

	3.309	<p>Ad intelligētiā suis quicq[ue]is, qui satisfuerit, & h[ab]uit aductoribus tractat, recolenda s[er]v. ea, quod dicitur in p[ar]te 1. o[ste]ri 2. uenere, logica in aque de mem, argumentatione, & i[n]finito. q[uod]am summa & captus fratre, actu, & folio int[er]t[er]to instrumento, quo f[ac]ilius ha- bendu[m] s[er]v. p[ar]te 1. medicis resu[m]ptis.</p>
---	--	---

1221
21
adfralys dicitur illas inter nos, ex vi quorum rem de finita, absq; vni-
versitatis, qd tamquam gressus has in finitam intui: tali, c. defini-
tia, qd definitiva cognitio, su definiatio hoc, qd sic de-
cens secundi obliniis.
sed non respondentem captibus ipsi; sed qd voces sicut et ratio de se, monu-
mentis, qd subiectis locis summo mentalis, scilicet cogitio, quo bonum quod latitare, et definitio
monstratio tota, obsequioria logica, qd demotio et, amobis logiq; et moris scientie fralys,
obliniis, am non vegetat ad moris scientie vocalem, in qua di scultate tot sive est quod capit,
per nos saltem non est, eoz, ne infinitissim, remoraber, in reconsidere ex aliis opinionibus, sive memoriis
et aliis, et hinc etiam sive et ratione ponam. sit.

² P. voc nullatum preallogiam spectant, ne
97. sic que regum obitum periculat e Am. C. q. si omniis, C. que pericula regum respectant ad obitum
autem regum mortales, cuius et nominibus propriis significantibus id, q. intendimus; C. quoniam nomina, sive
quibus utrumque generis, cuius et mecum vobis vocum respectant allogia, C. ad Petronius, S. sive nominibus
98. cuius in suis regis actionibus, sicut in locutione, et oratione, S. nibil in vocibus, de quo age bene, Dicitur
ut in potest, C. supradicto, C. loquuntur, et res ipsa potest habere, et non, potest in modo, C. potest
potest preallogia, ab eo, q. est in suis, et non modo, potest, sive de finibus, deinde, sive argumentis, C. Et
99. sicut in dictis, sive in locutione, et in oratione, C.

gratia: a. Sicut et intelligentia aduersitatem, quae mad
dis. Et uoluntate tractant de citharibus. Et motibus instrumentorum faciunt sibi cogitationem modum et utilitatem modum, quo ex iis in multis dispositis exercituntur; Et de variis iis illius, earumque motibus diu curant et facilius et
conducere cogitare, ut per eam modum structurae sint exercitatae, deponit preceps. At id dialecti agentes ergo de
momentali, cuiusque pars est in aliis, ut per vocalem, ut sic latuus, que est non
syllogismi materialis, et quae mortificatur ex tempore immobile, sicut et nesciat, de typis
et operis, de loco et tempore materiali, Et tunc quia pars ita remanserat mentis potest indicare, ob
ligeat enim pars vocalem, ut utrifice sapientia sive syllogismi materiali, ex parte
nisi in aliis rationibus, quae in logica organica inveniuntur, de hoc modo iuris
Normales, ex parte voca-

ti) a resuere. *l'ordre d'enonciation est obtenu par l'ordre de la diapositive*, cette conséquence. Si le narrateur
nous n'a pas dit; c'est que nous n'avons pas demandé à ce qu'il nous dise. Cela, qui est à nous, nous l'aurions
désiré si nous l'avions su, mais il n'y a pas de logique entre les ensembles significatifs adjacents de phrases vocalisées. C'est une

Si en su caso se considera que la dificultad es de tipo funcional, se procederá a la evaluación funcional.

Etiam in I. monimac pueri ex Africa ex alijs debet ex alijs, & I. stat;

2nd ed. qd. d

-*tegōmēdu*

ગુરુમાનાલિંગ

glande;

azoo y dice

adjective.

q. Calycula

$\sigma^{\delta} =$

Agria

أی اگرچہ!

grey pica

most recent

Xaoij, xaoe

10² ° 2₃ min

possit mutuo di converso; atque hoc videtur fieri ex eo quod definitio alterius est cognitio propria
et tantum in ipsius ratione sua extat cognitio resultat in recognita ex ratione suae. et invenit
sebet enim ratio ad hunc instrumentum sciendi in qua habeatur recipiente logica. et ratiocinatio excepit
cognitio ex parte alterius per se. et istam cognitio est remata, poterit autem dici caro de definito ut et evidens. et
accidentis relatio ex ratione ad ea, que logica dicitur instrumentum sciendi videtur.

id est logica videtur in his, quibus rationes sunt in inferioribus. quod illi predicantur sicut atque in
instrumentis facultatum est enim de ratione instrumentis, poterunt ab instrumentis
inferioribus per actus realiter in his. et nos enim illas in inferioribus. sed inde poterunt fieri causae illius
per actus realiter affinitatis illius in inferioribus. quod logica videtur in generalibus, speciesbus imp-
limentorum relatae entia ratione. hoc via classificent, quod de vestibus, et predictabilibus agamus. dicas: ad quam
ratione pertinet entia ratione? Propter tamen ad methodos, cuius et agere de oriente reali, sive ficto; ad
deinde et facultates ordinis, agere de existentia, et de existentia illi operis, quae esse gloria, qui agit de
fato substantiae, agit et inquisitio et que deprimunt illi operis, unde quod per se, logica et methodos agere
de existentia, et nullum quod methodos agat de ente reali. Logica de entia ratione, et enuntiis suis vero
dialecticay. Et secundum quod methodos agat de oriente tam reali, qui ratione est intentio natus rumpto; et logos
caduciori tam reali, qui ratione est intentionalis accepto.

ex his inferitur, quod etiam in instrumentis, videtur
modus aliquo sit in ratione, et id videtur ei similia ramusque sapientie et per se sensus, et logico sententias;
et ideogaphie ex ratione, et qualitas. et grauius emplidat actus in his, quod qualitas, et instrumentum
ratione sententia ex militari, et loco, et civitate inquit, ubi in logica deactibus in hunc tractare. Respondendum est
quod illius inquisitio et ibi est deus, Pet. 1. ubi deus non est? neque tu adhuc estis stultus in terroga-
tionem respondebitis. ubi in logica alii tractabut in tribus, quoniam est deactibus in his?

questio 9. Videlicet logica sit scientia practica, an specie
latina an?

mentem
et ille est logica
separata
scientia
scientia
universalia
et significativa
et significativa
et significativa
et significativa
et significativa

PHYSICAE SECUNDA PARS IN QUA.

QUATUOR LIBRI IN PRIMA NON
ab oīuri, in hac secunda simul cum duobus de Generatione,
& Corruptione, de Elementis, & Cœlo elucidantur.
Operे, & labore

FRATRVM FR. IOANNIS A TRINITATE,
Salmantici, Sacre Theologie Lectoris, Ordinis Seraphici
Patrii nostri Francisci Discalceatorum, Provincia Divi
Pauli veteris Castelle Diffinitoris, Provincieque
S. Gabrielis, Commissarij Visitatoris, &
illius Capituli præsidis.

ET FRATRIS FR. IOANNIS A
Nativitate (alias Villa-Caslin) eiusdem Provinciae
D. Pauli Lectoris Sacra Theologiae, non semel
ad officium Guardianatus assumpti.

Probato *ante te* *D. probato*
TOMUS QUARTUS.

Superiorum licentia, & permisso, ut constat ex
Tertio Tomo.

In Conventu Sanctæ Mariæ, vulgo de los Huertos,
civitatis Segoviensis excudebat. Anno 1712.
Sebastianus Rodriguez.

20 Oct 1750

FHYSICAE E C U N D A P A R S I N G O A

ОУАТУРЫ ИМЯНИИ
СЕГО ВЪ СЛѢДУЮЩИХ ОСНОВАХЪ
АСКОЛАГИЧНОСТИ ОСНОВНЫХЪ
СВѢДЕНИЙ ОБЪЕКТИВНОСТИ
ПРОЦЕССОВЪ

ЛІЧНОСТЬ ОБЪЕКТИВНОСТИ
СВѢДЕНИЯ ОБЪЕКТИВНОСТИ
СВѢДЕНИЯ ОБЪЕКТИВНОСТИ
СВѢДЕНИЯ ОБЪЕКТИВНОСТИ
СВѢДЕНИЯ ОБЪЕКТИВНОСТИ

СВѢДЕНИЯ ОБЪЕКТИВНОСТИ
СВѢДЕНИЯ ОБЪЕКТИВНОСТИ
СВѢДЕНИЯ ОБЪЕКТИВНОСТИ
СВѢДЕНИЯ ОБЪЕКТИВНОСТИ
СВѢДЕНИЯ ОБЪЕКТИВНОСТИ

СВѢДЕНИЯ ОБЪЕКТИВНОСТИ
СВѢДЕНИЯ ОБЪЕКТИВНОСТИ
СВѢДЕНИЯ ОБЪЕКТИВНОСТИ
СВѢДЕНИЯ ОБЪЕКТИВНОСТИ
СВѢДЕНИЯ ОБЪЕКТИВНОСТИ

СВѢДЕНИЯ ОБЪЕКТИВНОСТИ
СВѢДЕНИЯ ОБЪЕКТИВНОСТИ
СВѢДЕНИЯ ОБЪЕКТИВНОСТИ
СВѢДЕНИЯ ОБЪЕКТИВНОСТИ
СВѢДЕНИЯ ОБЪЕКТИВНОСТИ

СВѢДЕНИЯ ОБЪЕКТИВНОСТИ
СВѢДЕНИЯ ОБЪЕКТИВНОСТИ
СВѢДЕНИЯ ОБЪЕКТИВНОСТИ
СВѢДЕНИЯ ОБЪЕКТИВНОСТИ
СВѢДЕНИЯ ОБЪЕКТИВНОСТИ

СВѢДЕНИЯ ОБЪЕКТИВНОСТИ
СВѢДЕНИЯ ОБЪЕКТИВНОСТИ
СВѢДЕНИЯ ОБЪЕКТИВНОСТИ
СВѢДЕНИЯ ОБЪЕКТИВНОСТИ
СВѢДЕНИЯ ОБЪЕКТИВНОСТИ

CLARIS-
NOBILITATIS
inexpug-
ri fortitu-
dentiæ, &


coruscant i Speculo, Senatui amplissi-
mo, antiquissimæ Civitati Segovien-
si, à vetustissimo Hercule Ægyp-
tio iactæ, dignissimo Ex-
tremaduræ Capiti.



On tam gloriæ tui præclarissimi nominis
(Princeps Illustrissime) quam propriæ
consulit dignitati hoc Phylosophicum
Opus, Dominationi Tuæ per multis titu-
lis



SIMÆ
EMPORIO,
nabili tur-
dinis, pru-
fidelitatis



lis debitum, dum tuarum vicitricium palmatum umbra
desiderabilem ambit; etenim, ut Guillielmus Piel
Turonensis cecinit,

*Virides resert Segovia palmas,
Tempora frondenti ringens vicitria lauro.*

Tanto si quidem præsidio munitum, conquiescat se
corum, nec ullatenus flectetur infra, aut opprimitur,
quamvis forsitan sortiter vigeatur, graviterve oneretur,
cum palma eius indolis sit, ut importabilibus prægrava-
ta ponderibus, non deorsum cedat, sed adversus pondera
refrigat, sursumque nitatur, ac recurvetur.

Statura tua, Civitas procera, profecto similis facta est
palmarum; si enim, ut D. Ambrosius ait: *Palma virens semi-*

S. Amb.
lib. 3.
Hex. a.
cap. 17.

per manet conservatione, & diuturnitate, non immutacione fo-
liorum; virtutis tuae solium nunquam defluit, semper idem,
semper stabile perseverat. Palmam, inquit Hugo Victor-

inus, nec frigus hyemis, & veloximus calor aestatis impediunt,
Hugo quin semper virescat. Belliciti ensis nitidissimum solium
victoris, radiantia referens umbrosas palmarum folia, quae cultratio
Beatis, sunt mucrone lateribus in se bifidatis, nec decidit, nec
mutatur unquam. Hac tempestate viret, radiat, strepit,

& triumphat. Et licet non curaveris membranis scrip-
tos tradere insignes natorum triumphos, circumlate
volitans fama vulgavit per Orbem, nobiliumque pal-
marum comantia foliatib[us] pro papyro fuere, & facino-

ra egregia, quæ produxisti semper, s^eper prodidere. Ipsa
necbis memorant duo illa fulmina belli Ferdinandum
Garcia, & Dia Sanz, celeberrimos Matriti Expugnato-
res, quorum sedes occupas, & sanguinem refers; clarissi-
mum Heroem Catum, cuius Mavortius ensis Romanis
Copijs excidium fatale fuit; bellicos, ac præpotentes Du-
ces Petrum, & Guterrium Bezudo, Conchæ insignes
Domitores, à quorum præclara stirpe originem ducere
gloriatur Hispania prima nobilitas; Martinum Fernan-
dez Portocarrero, Comitum de Palma clarissimum
progenitorem, Principis D. Petri O'Economum Maxi-
mum, qui Castellæ agminum Generalis Dux ex Autri-
gonibus illustrissimos triumphos reportavit; Magnum
Dominicum Muñoz, celebratissimæ expugnationis Cor-
dubæ authorem præclarissimum, à quo trahunt origi-
nem Marchiones de Pliego, Comites Agabæ, Mar-
chiones de Comares, Comites de Alcaudete, & Duces
de Sessa; Perrum Arias, patrio idiomate, *el Justador*, ap-
pellatum, filium fortissimi viri Petri Arias cognomina-
ti *el Valiente*, Comitem de Puñoenrostro, Hispani pedi-
tatus Tribunum, qui in Bugia debellatione anno millesi-
mo quingentesimo decimo primus scandit muros, &
Mahometanum perimens vexillarium, extulit Chris-
tianum signum, posteaque custodię Castelli præposi-
tus, strenue defendens illud ab ingenti Maurorum
multitudine, solis quatuor decim, novem pestifera lue-
per;

percussis, Christianis militibus stipatus, abstulit septem, quas admoveare scalas, quibus simul cum vexillo, octoque Castellis in purpureo campo, significandæ causa plurimæ Maurici sanguinis effusionis, cuius causa extitit ipsius fulmineus ensis, ut refert meriti privilegium, clarissimo insigni donatus est à Catholico Ferdinandostrenuum Ducem Ioannem de Roca Maldonado, qui solus, non tantum velut Ægeon, sed longissime præstantior ipso, centum cui brachia dicunt, centena que manus, quinquaginta oribus ignem, pectoribusque arsile, Iovis cùm fulmina contra, tot paribus streperet clypeis, tot stringeret enses, verè inexpugnabilis murus, vere adamantina rupes (mirabile dictu) sola hasta bippenni, tutelare Numen Deiparæ Virginis de la Fuen cista suppliciter poscens, à Christo nato anno millesimo quingentessimo octogessimo nono restitit integrum Anglorum exercitui, Cluniz pontem invadentium, eisque aditum omnino præclusit, illæsus evadens, victor, & triumphator inclitus; atque (ut præterea plurimos alios magnanimos Heroes, è quibus non nunquam aliqui in Lucenti campis tres barbaras Coronas calcavere) insignem Christophorum Xarez de la Concha, mira facinora patrantem in navalí Lepanti celeberrimo bello. Sunt igitur natorum Dominationis Tuæ enses palmarum virentia folia, staturaque tua palmæ assimilata, adeoque procera, ut giganteam pertingat. Quare iure qui

quidem optimè merito Guillielmus Petit Columbariensis, cuiusdam Dominationis Tux filij, insignis Theologi, laudes celebrans, sic cecinit:

Vrbs micat, & pulchro splendescit lumine famæ:

Dicitur, & celebri sublima Segovia cultu:

Splendicat à longis laribus, pinnacula scandunt

Æthereas nubes, & Regna superba Gigantum.

Propriæ igitur dignitati, utilitatique consulit hoc qualcumque Opus, dum sedere anhelat sub tam potentissimæ umbra, Dominationis Tuæ nomini consecratum. Enim verò cum in tuo, velut in patro solo, exortum sit, & lucem aspicere cæperit, tuum debet esse, ac Dominationis Tuæ nomini illustrissimo inscribi. Quod & exigit, quam pertractat materia; agit enim de Cœlo, Generazione, & Metheoris: & tu quidem, in primis, Cœlum es, stellis nitidis coronatum, claro splendore coruscum Firmamentum: si enim, ut sacra testatur Pagina: *Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti;* & qui ad iustitiam erudiunt mulios, quasi stellæ in perpetuas Æternitates; cum tribus supra quadraginta sapientissimis glorieris filijs, qui sua doctissima scripta in magnum Reipublicæ Christianæ emolumentum typis tradidere, quatuor OEcumenicæ Tridentinæ Synodi preclaris Oratoribus, Eximissisque Theologis, Andrea de Vega, Dominico Soto, Petro de Fuentidueña, & Gaspare de Villalpando, uno Basileensis Concilij Patre, Ioanne de Segovia, quem

Dan.
12.

V. 32

quem Reverendus usque ad stuporem eruditus P. Fr.
Petrus de Alva & Astorga, veteris Castelle preclarissi-
mum decus, maximumque Seraphici Ordinis Orna-
mentum asserit, ingenio, & subtilitate pari passu decur-
rere cum Subt. Doct. quod equidem est ad supremi in-
genij laudem pervenire; haud immetitò appellari pote-
ris Cœlum, & Firmamentum, præsertim cum Domina-
tionem Tuam illustrent tria illa fulgentissima Astra,
Sanctus Fructus Confessor inclitus, Sanctus Valenti-
nus, invictus Martyr, & ut quidam gravis testatur Au-
thor, Segoviensis Episcopus, atque Sancta Engratia,
virgo Cœlica, & constantissima Iesu-Christi Martyr,
lilium puritatis, ac purpurea Rosa.

Castro
Histor.
Conv.s.
Doni-
nici de
Silos.

Deinde generationis, vel originis claritas Domina-
tionem Tuam glorioissimam reddit, ut ex relatis (pla-
ta omitto relatu dignissima, necessaria brevitate com-
pulsus) satis superque constat. Sed prætereundum non
est, quod Serenissimus Aquitaniæ Dux Carolus Falco-
ni de Borbòn, filius Caroli septimi de Valois, Regis
Francie, cognomento Sapientis, & Ducissæ de Borbòn
nuptias celebraverit cum D. Catharina de las Aguilas,
fausta prolis nobilissimæ Segoviensis familie cognomi-
ne de las Aguilas insignitæ, à quibus legitime originem
ducit non exigua pars tuæ nobilitatis. Nec præterire li-
cet tres alios gloriosos Dominationis Tuæ filios, Exce-
llentissimum Dominum D. Gasparem de Mendoza & Sego-
via,

via, Marchionem Mondejarensem, de Valhermoso, &
de Agropoli, Excel. item Dominum D. Gasparem Ra-
mirez de Arellano, Ducem de Sotomayor, & Comitem
de Peñarrubias, necnon Illustrissimum Dominum D.
Franciscum de Cenizeras, Granatensem Senatorem,
Ordinum Militarium Censorem, Iacoborum Equi-
tum Legionensem Pro Magistrum, & Regni Castelle
Præsidem. Denique Metheora ignita sunt tot, taliaque
Militiarum Christianæ, Mavortiæ, ac litterariæ fulmina,
quot mira Dominationis Tuæ sœcunditas edidit, quam
admirans præallegatus Guillermus Piel in uno eorum,
Ludovico Nuñez Coronel, Parisensi Doctore, ita ceci-
nit:

*Fauſta quid in celebres non iſ ſege via cultus,
Cum ſi tam magna laudis adepta virum.*

Ceterum cum plurimis alijs, Ludovico haud inferiori-
bus gaudeat clara Dominationis Tuæ sœcunditas, sic ex-
pediu legere:

Cum ſi tam magna laudis adepta viros.

Tot igitur titulis Dominationi Tuæ debitum fuscipē-
ferentia ſi onte opus, ut obſervantie ſymbolum, venera-
tionis monumentum, & amoris, quo Dominationem
quam prosequor, qualecumque pignus. Faxit autem

Deus Optimus Maximus, ut Dominatio Tu a ter feli-
citer eternetur. In hoc Summe Virginis Paronympho
sacro, Segoviensi Cœnobio.

**Dominationis Tui obsequentiissimus
servus.**

Fr. Ioannes à Trinitate;

FEE

FEE DE ERRATAS.

Pag. 8. column. 1. lin. 26. primum , primo. Pag. 23. column. 2. lin. 19. ponerentur , penetrantur. Pag. 32. column. 2. lin. 11. loci , locis. Pag. 47. column. 2. lin. 27. est , ex. Pag. 77. column. 2. lin. 5. terminativum , terminativo. Pag. 78. column. 2. lin. 17. conservare , conservari, Pag. 120. column. 1. lin. 20. negatione , negariones. Pag. 131. column. 2. lin. 36. communicitur , communiceetur. Pag. 132. column. 2. lin. 24. pulsus producit. Pag. 166. column. 1. lin. 17. corruptas , corruptus. Pag. 176. column. 2. lin. 37. aut , air. Pag. 178. column. 1. lin. 1. existit , resistit. Pag. 181. column. 2. lin. 37. post ly iunta adde est , ita ut legas iuncta est. Pag. 233. column. 1. lin. 27. mutilationem , multiplicationem. Pag. 252. column. 1. lin. 30. palmeri , palmari. Pag. 264. column. 1. lin. 15. apertatur , operiatur. Pag. 279. column. 2. lin. 24. De exhalationibus , De exhalationibus. Pag. 288. column. 1. lin. 10. coservationis conservationis.

He visto este libro, intitulado: Segunda parte de Phylosophia, y con estas erratas corresponde con su original.

Lic. D. Benito de Rio Cordido,
Corrector general por su Mag.

SVMA DE LA TASSA.

TAffaron los señores del Consejo este libro, intitulado: *Segunda parte de Physica*, compuesto por Fr. Juan de la Trinidad , à leis maravellidas cada pliego, sin principios, ni tablas , à cuyo precio mandaron se vendiese, y no à mas, segun parece del despacho que pàra en el oficio de Don Juan del Varco y Oliva, Secretario de Camara.

SE-

ЗАТАКИ ЗДЕНЬ

Describir el manejo de la información en la administración de la salud es una actividad que se ha desarrollado en los últimos años. La información es un recurso que debe ser gestionado de manera eficiente y efectiva para garantizar la calidad de los servicios de salud. La gestión de la información es un proceso que implica la recolección, procesamiento, almacenamiento, transmisión y utilización de datos y conocimientos para mejorar la toma de decisiones y la prestación de servicios. La gestión de la información es un tema complejo que requiere la participación de todos los actores involucrados en la salud, desde los profesionales de la salud hasta los pacientes y sus familias.

College of Saint Peter in Ms.
L. D. B. 1900-1901 Vol. 11 No. 1

A22KT KJ 3G KMF42

Lauda dei Astici a Otilia, poetasterio de Cetona.



SECUNDA PARS PHYSICAE.

CUM in prima Physicæ parte iam quatuor libri Physicorum sint completi; hæc secunda pars ad alios quatuor gradum fecit. Incipit que à tractatu de Loco, de quo etiam Phylosophus Libro Quarto Physicorum.



LIBER IV. PHYSICORUM.

QUIA motus physicus sit in loco, ideo Phylosophus cum in praecedenti libro de natura motus egisset, iam in hoc Libro Quarto disputationem de loco aggreditur; vbi etiam de vacuo propter affinitatem quam habet cum loco sermonem instituit. Et quia omnis motus sit, vel in tempore, vel in instanti, etiam de tempore, & duratione differit, quem ordinem, & nos sequentes in tres disputationes de loco, vacuo, & duratione materiam præsentis libri dividemus.



DISPUTATIO PRIMA.

De Loco.

NON loquimur in praesenti de loco metaphoricè sumpto, scilicet, pro subiecto, in quo inheret forma; quo sensu materia solet dici locus formarum, & intellectus specierum intelligibilium. Nec de loco artificiali; quo sensu, vas dicitur locus aquæ, sed de loco physico, seu immobili extrinseco rei locatæ, & ab ipsa separabili; & qui necessariò requiriatur ad motum localem, tanquam eius terminus à quo, vel ad quem. De quo inquirimus, in quo consistat?

Quest. I. Quid sit locus, & in quo consistat?

Supponimus, datur locum, & eius constitutivum inquisimus; non quidem pro formili, sic enim est ipsum ubi consistens in relatione extrinsecus adveniente; sed pro materiali, scilicet, que sit res illa; cui convenienter manera loci, & in qua ubi actuum fundatur.

s. I.

Triplexe sententia circa constitutivum loci refellitur.

Relatis quibusdam minoris momenti placitis. Primi sententia tenet, locum nihil aliud esse, quam spatium inter latera corporis containit includsum, & à corpore contento occupatum; afferuntque, tale spatium esse ens reale positivum, scilicet

cèt, corpus aliquod de genere substantiæ, aut quantitatis. Sed hæc sententia, & rejicitur à Phylos. & fere apud omnes male audit. Unde impugnatur. Tum: Quia si tale spatium esset corpus de genere quantitatis, daretur accidentis naturaliter sine aliquo subiecto; sed hoc repugnat: erg. Tum: Quia si est corpus de genere substantiæ, quando lapis, v.g. est in loco, esset cum tali corpore compenetratus; sed hoc naturaliter implicat: ergo. Tandem: illud corpus debet etiam esse in loco, cum omnia corpora de facto in loco sint: ergo designari debet aliud corpus, quod sit locus istius, & sic in infinitum, quod est absurdum.

2 Secunda sententia afferit, locum quidem in spatio consistere, non ita ut spatium sit aliquod corpus, sed intervallum illud vel inane, in quo nunc intelligimus esse corpora realia, v.g. cum aqua est in vase, totum illud spatium, quod

est ab uno latere vasis ad alterum, seu vacuum illud internum, quod remaneret, si Deus extraheret a tali vase omne corpus; in tali spatio, inquit, locum consistere.

Sed rejechitur primo: quia cum res aliqua dicitur esse in loco, debet ipse locus permanere; alias esset nullibi, vel esset in loco, quando non est locus; sed spatiū illud, adveniente corpore, tollitur, & non est: ergo implicat tale spatiū esse locum. Mai. est nota. Min. probat. spatiū illud in se est mera negatio repugnante ad capienda corpora. Vnde etiam ab ipsis appellatur quedam capedo negativa; sed talis negatio tollitur per adventum corporis, sicut cæcitas per adventum visus: ergo spatiū illud tollitur, & non est adveniente corpore; & con sequenter corpus erit in spatio sine spatiū, erit in loco sine loco. Secundo: de ratione loci est recipere rem locabilem, ab ipsa repleri, eam que continere, sed hæc nequeunt de spatio illo verificari: ergo. Prob. min. recipere, continere, & repleri sunt munera realia, & positiva; sed spatiū non est aliquid reale positivum; immò adhuc negativè non est, dum ibi est corpus: ergo illa munera nequeunt de spatio illo verificari.

3 Respondet Palanc. illa munera convenire loco extrinseco, qui propriè, & rigorosè dicitur locus; & sic ab Arist. definitur; non autem convenire loco intrinseco

occupato, qui tantum impropriè dicitur locus, & non pertinet ad Physicam; & hunc locum, ait, esse spatiū. Et si ab illo inquiras, quid sit illud spatiū, seu capacitas? Resp. non esse puram privationem, aut aliquid chymericum; sed esse corpus extensum possibile, cum determinata ubicatione; per hoc enim, quod imaginamur extensio nem possibilem sub ubicatione illa, imaginamur spatiū replebile per realem existentiam corporis extensi. Vnde dum sub illa ubicatione imaginamur corpus extensum possibile, est spatiū imaginarium; dum autem redditur corpus realiter existens sub illa ubicatione, iam spatiū est realiter occupatum, actuatum, & reple tum.

4 Sed solutio parvi mementi est; quia omnino distingui debet corpus, vt locabile, & locatum ab ipso loco locativo, & locante: ergo capacitas corporis locabilis non est eadem cum capacitatem loci, sed distincta. De illa ergo capacitate spatiij, inquirimus, quid sit? Et cum nequeat esse aliquid reale positivum; quia vel illud esset corporeum; & sic daretur naturaliter cō penetratio, vel spirituale? & sic ad nihilum deseruiret; necesse est, vt sit mera negatio existentie corporis extensi; sed negatio tollitur per adventum positivi: ergo adveniente corpore, destruitur spatiū; ac proinde non remanet in loco ratione spatiij.

Confirm. Vel talis locus intrinsecus est idem cum corpore extenso possibili, aut realiter existenti, vel quid ab illo distinctum? Si hoc secundum, vrgit ratio supraposita. Si primum: ergo corpus posse esse in loco, nihil aliud est, quam posse esse in se; & esse in loco nihil aliud est, quam esse in se ipso, quod ridiculum est. Demum: Quia licet talis negatio ex parte spatij concipiatur a nobis per modum receptaculi, & capendiis; revera tamen non est aliud, quam possibilitas obiectiva corporis, ut ibi existat; sed possibilis obiectiva corporis ad ibi existendum non est capacitas loci ad recipiendum corpus: erg. etiam ex parte loci debet assignari alia capacitas locativa corporis; sed haec in spatio non est actu, & quando advenit corpus, tollitur: erg. implicat in capacitate spatij rationem loci consistere.

5 Arg. i. Si Deus destrueret omnia corpora, quae sunt inter coelum, & terram, adhuc nos vere essemus in loco; sed hoc non alia ratione, nisi quia repleremus aliquanta partem illius magni spatij: erg. in spatio locus consistit. Secundo omnes proprietates, quae loco tribui soleant, convenient spatio; est enim omnino immobile, repletus a corpore, corpus continet, recipit in se locatum, separatur a locato; & quandiu corpus in spatio manet, dicitur esse in eodem loco; & mutato spatio dicitur mutare locum: erg. idem quod prius. Tert. Ex translatione corporum suc-

cedentium in eundem locum colligimus locum; sed corpora succedunt in idem spatiū; nam ubi nunc est aer, postea erit homo: ergo spatiū habet rationem loci. Quart. Motus in vacuo factus, dicitur motus localis; sed in vacuo non est aliquod corpus continens, sed solum spatiū: erg. sufficit spatiū ad constitutendum locum.

6 Resp. ad primum, neg. mai. In casu enim nulquam essemus localiter, sed solum in loco imaginario; quod adhuc non est spatiū, quia hoc tollitur per adventum corporis, sed est superficies imaginaria nos ambiens. Unde existremus realiter, & entitativè, sed non in loco. Ad secundum, neg. antec. & implicit prob. Cū enim spatiū sit quid negativum, nequit illa munera exercere, quae positiva sunt, & modo reali exercentur; imò cum spatiū tollatur per adventum corporis, nequit adhuc negativè illa munera exercere; & solum merè ficticiè, & per apprehensionem nostram concipimus spatiū talia munera exercere respectu corporis. Ad tertium: conc. mai. neg. min. Nata corpora, non succedunt in idem spatiū, quia adveniente corpore, spatiū tollitur; sed succedunt in idem concavum corporis ambientis; & ratione illius concavi dicimus, vnum corpus nunc esse, vni erat aliud. Ad quartum, neg. mai. Taliis enim motus non est localis, quia cum ibi non sit locus, non est ad locum,

sed esset motus lationis ad aliam, & aliam presentiam in ordine ad partes virtuales divitiae substantiarum; quatenus mobile non coexistit illi toti, & totali. Vnde potius debet dici motus praesentialis; & adverbia hic, ibi, ubi, quibus vieneremur ad explicandas illas presentias, non essent adverbia, sed praesentalia.

Tert. Tandem sententia docet, locum consistere in situ, quem habent corpora in universo, quatenus quodlibet corpus situm quemdam occuparet in mundo: qui situs designari solet per comparisonem ad puncta fixa universi, scilicet, ad polos, & centrum mundi, quia per comparisonem ad ipsa, dieimus, rem esse hic, aut ibi. Hæc autem sententia dupliciter, intelligi potest, vel ita, ut constitutus locum in superficie cum ordine tantæ, vel tantæ distantie ad polos mundi, & centrum terræ; qua ratione defenditur communiter à Thomist. & quid circa hoc sententiamus; postea dicimus, vel præscindendo à qualitate superficie, & constituendo locum in solo situ, aut positione. Et

Contra istam insurgimus primo: de ratione loci est, quod sit extrinsecus rei locatæ; quod sit in locante, & non in locato; quod contineat & recipiat locatum; sed hæc omnia non convenient positioni, aut situ. erg. Præmissus enim aut positione est relatio intrinsecus adveniens, fundatur enīa mediante supra res,

& immediatè suprà vocationes, & nihil aliud est, quam tanta, vel tanta distantia locaterum inter se, aut cum polis, & centro. De quo videtur Mast. disp. 8. Log. q. 12. art. 2. §. Queritur hic) sed relatio est intrinseca rei locatae, non continet, nec recipit locatum, nec est ipsi æqualis; nam relatio non habet æqualitatem, aut in equalitate: ergo munera loci non convenient positioni, aut situ.

Secundo: Si quiescente aliqua columna in eodem numero aere, Deus comprimeret, aut ampliaret Sphaeras, variaretur positio, seu distantia, quam nunc habet ad polos; sed tamen columna maneret immota in eodem loco: erg. Tert. Si, è contra: Deus totum mundum moveret per spatium imaginarium, servata dispositione omnium corporum, ac nunc iacent; tunc corpora, quæ sunt inter corpora, quæ sunt inter Cœlum, & Terram, mutarent locum, sed non mutarent situm, aut positionem, cum æquæ distarent à polis, & centro: ergo.

§. II.

Nostra sententia ex definitione Aristotelica loci deponitur.

8 **D**icimus ergo: Locus materialiter sumpitus consistit in superficie ultima corporis continentis primò, & immobilitate. Ita Arist. hic text. 41. sic definit locum: *Est ultimum corporis continentis immobile primo.*

Ex qua deducitur communis definitio: *Locus est superficies corporis continentis immobilius primo*; seu, ut alii legunt *prima*. Proh nunc generatim conclusio, & postea particulas definitionis evolveremus. *Locus nihil aliud est*, quam aliquod extrinsecum continens, & recipiens rem locatam; nam esse in loco nihil aliud est, quam esse in aliquo extrinsecum ambiente, & continente locatum; sed hec munera soli superficie corporis continentis convenient: ergo in sola superficie ratio loci materialiter sumpti consistit. Min. patet ex dictis; non enim convenient ratio loci spatio, aut situi, nec etiam ubi passivo; quia spatium non remanet cum corpore; & situs, aut ubi passivum sunt intrinseca, & recepta in re locata; locus autem non recipitur, sed rem ipsam locatam recipit, & continet: erg. Circa definitionem autem.

9. Prima particula, scilicet *superficies* ponitur loco generis, non propriè, sed substitutivè sicut in definitione cuiuslibet concreti accidentalis. *Subiectum* ponit loco generis, quatenus superficies est subiectum rationis formalis constitutentis locum, scilicet continentiae, vel ubi activi; nam sicut ex subiecto, & albedine resultat album; ita ex superficie, & continentia, seu ubi activo resultat locus. Ex quo colliges contra aliquos, *locum esse* nomen concretum primariò significans continentiam, & secundariò,

seu de connotato superficiem; nam universaliter concreta accidentalia de principali dicunt formam, & connotant subiectum.

10. Dices primo: id est principale significatum in definitione, quod ponitur in recto; & id est connotatum, quod ponitur in obliquo; sed in data definitione *superficies* ponitur in recto, & *continentia* in obliquo: ergo. Secundo: illa est ratio formalis loci, cui competunt ipsius proprietates; sed ille convenient superficie; nam ipsa est, que continet, est equalis locato, est immobilis, &c. ergo.

Resp. ad primum, conc. mai. neg. min. Nam illa predicatio: *Locus est superficies* est predicatio materialis, & sensus est: *Locus est relatio continentiae fundata in superficie;* & sic generatim explicantur definitiones concretorum; per subiectum definiuntur. Unde si resolvantur per predicationem formalem, forma erit in recto, & subiectum in obliquo. Vel neg. mai. Quia non est bona regula attendere rectum ad dignoscendam rationem formalem concretorum; quia omnia solent definiri per rationem materiale in recto. Ad secundum, dist. mai. proprietates consequentes rationem formalem, conc. mai. consequentes rationem materiale, neg. mai. & dist. min. in eodem sensu, neg. conseq. Ferè enim omnes proprietates ab Arist. enumeratae sunt loci materialiter sumpti; nam

Phylos. in hoc libro præcipue agit de loco pro materiali; de qua re erat cum veteribus controversia.

11 Dicitur *superficies ultima*, quia corpus locans non locat im- mediata secundum omnes dimen- siones, seu partes, sed secundum ul- timam, & indivisibilem superfi- ciem; nam continens aliquid debet esse indivisible, quia debet esse im- mediata applicatum contento; di- visibile autem ut tale, nequit im- mediata applicari alicui, ut conti- nens ipsum. Vnde si per impossibili- le daretur superficies concava se- parata à corpore, haberet rationem loci; ac proinde, per sé, non requi- ritur, quod sit ultima; sed dicitur talis, quia nequit illa superficies, per sé, existere, nisi in aliquo cor- pore. Subditur *corporis continentis*, & non superficies continens, quia licet casu, quo daretur superficies concava à corpore separata, verè esset locus, sicut modo coniuncta; tamen quia de facto non datur talis superficies, nisi in corpore, ideo dicitur *corporis continentis*, id est, id ratione cuius corpus continet lo- catum.

12 Dices: Locus debet esse æqualis locato; sed continentia non dicit æquilitatem, sed majoritatem respectu corporis contenti: ergo nequit formalitas loci in contine- ntia consistere. Resp. conc. mai. dist. min. Dicit majoritatem ratione corporis, cui est coniuncta, conc. min. ratione sui præcisè sumptar.

neg. min. & conseq. De facto enim illa superficies est maior locato, quia est coniuncta cum corpore maiori; at si esset separata, esset æqualis, & non maior contento; nam superficies concava continens, & convexa contenti non facerent maiorem extensionem, quam si es- set tantum una superficies; quia in- divisibile non facit maius.

13 Instabis: continens ut tale, est maius contento; aliás non esset ratio cui vnum potius esset conti- nens, quam alterum: ergo adhuc il- la superficies separata esset maior locato. Resp. omnes teneri hanc dif- ficultatem solvere. Quia locus in- quocumque consistat, debet conti- nere locatum, ac proinde in quo- cumque ponatur consistere, erit maior, & non æqualis. Neg. ergo antec. Nam licet imaginatio ita percipiat, ratio tameo mathematica oppositum suadet; cum enim superfi- cies convexa locati, & concava locantis se mutuo tangent ad æqua- tè, implicat, quod superficies conti- nens, ut talis, sit maior; aliás secun- dum aliquid sui maneret intacta, & daretur naturaliter vacuum. Ad implicit prob. resp. potius superfi- ciem concavam continere conve- xam, quam è contra, quia concava, convexam includit, ita ut nihil hu- ius sit extra illam; & consequenter concava superficies continet con- vexam.

Additur, *immobilis*, quia locus, ut talis, non debet localiter move-

ri. Ratio est: Quia moveri localiter idem est, ac recedere ab uno loco, & tendere in alium; sed locus nequit sic moveri; alias maneret idem locus, vt supponitur; & non maneret idem; quod implicat: erg. Secundo: Quia si locus moveretur localiter, loci daretur locus, & sic processus in infinitum. Per quod excluduntur loca artificialia, quae sicut cū locato moveri possunt; vt patet in vase aquæ, in navi, in carru, &c. Hec autem particula non ponitur loco differentiæ, vt non bene advertit Froyl. hic; nam in nobilitas non includitur in conceptu loci, tanquam ratio formalis constitutiva, aut principale significatum; sed tantum veluti connotatum; ideoque Arist. 4. Physic. text. 41. ait: Quod in ratione formalis, & principali significato loci conveniant vas, & locus; & consequenter immobilitas est connotatum respectu loci.

Tandem dicitur *primum*, aut *prima*, quod appellat supra *superficies*; ac si diceret immediata, ac proximæ; quia hic non loquitur Arist. de loco communis, qualis est illæ, qui ita continet locatum, vt etiam alia plura contineat; vt aqua dicitur locus piscium, terra quadrupedum, aer avium, quia præter illa, alia continent, sed de loco proprio, qui ita continet locatum, vt sit immediata coniunctus, & prima superficies, quæ ad extra in ipso corpore continentem reperitur.

Arg. contra illam particulam *immobilitatem*: superficies aeris ambientis turrim, & aquæ circundantis arborem in medio fluvij fixam, sunt locus turris, & arboris; sed tales superficies moveruntur localiter, quia flante vento, movetur aer circundans turrim; & aquæ decurrentes continuo transirent, & succedunt, cum tamen turris, & arbor manent immotæ: ergo de ratione loci non est immobilitas.

Resp. communiter thomistæ, quod licet moveatur superficies aeris, vel aquæ, non tamen mutatur, seu movetur locus; sed turrim, & arborem in eodem loco confistere, & rationem reddunt; quia locus non confistit in superficie materialiter sumpta, sed formaliter accepta; qua ratione dicit superficiem cum determinata distantia ad polos mundi, & centrum terræ, & cum superficies aquæ, & aeris succedentes, succedant in eadem distantia ad centrum, & polos; inde est, quod formaliter in ratione loci semper est eadem, licet entitativè, & materialiter diversa.

Sed solutio, nisi melius explicetur, sustineri non debet; quia si Deus dilatarer spheras, vt potest, aut ipsas comprimeret, manente terra immota; adhuc turres, & vribes essent in eodem loco, vt nunc; sed non retinerent eamdem distantiam a polis, vt patet: ergo talis distantia non ita per se requiritur ad identitatem, vel distinctionem loci;

ut illa variata, non possit adhuc locus idem manere; & consequenter possit turris; & arbor, variatis superficiebus ambientibus, & distantia à polis manere in eodem loco.

19 Resp. ergo dist. mai. superficies sunt locus materialiter, seu fundamentaliter remotè, conc. mai. sunt locus fundamentaliter proxime, neg. mai. & dist. min. tales superficies materialiter, & in esse entis moventur localiter, conc. min. in ratione loci, neg. min. & conseq. Ita que succedentie aere, & aqua mutantur illæ superficies, sed non locus. Et ratio est: quia superficies est quid materiale, & indifferens ad constitutendum hunc, vel illum locum; & determinantur per tantam, vel tantam distantiam; non quidem ad polos, & centrum mundi, ut dicebant Thomistæ, sed per ordinem, quem res dicunt ad partes virtuales divinæ substantiæ, quæ ob suam immensitatem est ubique diffusa etiam extra universum.

20 Pro cuius intelligentia nota, quod licet divina substantia non habeat partes formaliter, quia sic est indivisibilis, & tota in toto universo, & tota in qualibet eius parte; habet tamen partes virtualiter. Nā cum substantia spiritualis ob sui illi mutationem quasi extendatur per locum, non minus ac si esset corpora, & divisibilis; necessario in ipsa concipere debemus pluralitatem partium virtualem, ut patet in anima rationali, quæ esto sit indivisi-

bilis, tamen virtualiter est divisibilis, quia coexistit partibus divisi- bilibus. Dicimus: ergo locum consistere in superficie ambiente, non ut cumque, & nudi sumpta, sed per intimam præsentiam ad hanc partem virtualem divinæ substantiæ, & non ad illam: nam cum quilibet superficies sit limitata, non potest esse præsens tori, & totaliter divinæ substantiæ; alias esset immensa. Licet erg. superficies atri, & aquæ, in casu argumenti, mutentur, non tamen mutatur locus, quia superficies transiens derelinquit ibi distantiam ad determinatam partem virtualem divinæ substantiæ, & alia succedens acquirit talen distantiam; & consequenter est idem locus cum variatione superficie- rum.

Et quidem melius constituitur immobilitas loci per respectum ad partes virtuales divinæ substantiæ, quam ad polos, & centrum mundi; quia cum divina substantia, & quilibet eius pars virtualis sit prorsus immobilis, etiam erit immobilitis respectus præsentiae, quem dicit superficies ad ipsam; respectus enim non est mobilis, nisi utrumque extre- mum mobile sit: ergo ex tali intima præsentia, desumi debet loci immobilitas; at centrum, & poli, licet de facto sint immobiles, ab solute tamen moveri possunt; & ideo per ordinem ad ipsa non bene desimitur loci immobilitas. Bene verum est, quod ex suppositione

immobilitatis polorum, & centri
benè desumti potest loci immobi-
litas per tantam, vel tantam dis-
tantiam ad illa. Et si alicubi Doct.
Subt. per ordinem ad h̄s loci im-
mobilitatem desumit, intelligi de-
bet, facta suppositione immobili-
tatis; absolute tamen, & per sē lo-
quendo desumti debet in ordine
ad partes virtuales divinæ sub-
stantiæ; quia h̄c omnino immo-
bilis est.

2 r. Inquires hic: in quo for-
maliter constat locus? Resp. for-
maliter consistere in respectu ex-
trinsecus adveniente, & spectante
ad prædicamentum vbi. Ita Subt.
Doc. quolib. 11. per tot. Ratio est:
Quia illa continentia activa, qua
dicitur locus continere locatum
nequit formaliter intelligi sine or-
dine ad locatum: ergo est respectus
continentis ad contentum; & pro-
inde appellatur vbi activum. Quod
autem sit relatio extrinsecus ad
veniens, patet ex dictis in Logica;
& similiter, quod realiter distin-
guatur à superficie. Idemque pro-
portionabiliter dicendum est de
vbi passivo; nam potest esse hoc
corpus v. gr. in rerum natura, &
etiam h̄c superficies absque eo,
quod tale corpus dicatur esse h̄c,
seu in tali loco: ergo corpus esse
hic seu in tali loco aliquid super
addit entitatibus loci, & corporis.
Nec hic aliquid addendum, cum
satis constet ex principijs iactis
de vnione, & relatione extrin-
secus adveniente.

Quest. II. Quibus rebus conve-
niat esse in loco, & quomodo?

1 C Irca primam partem
questio[n]is, suppo-
nimus, omnia corpora, que ab ul-
timō Cœlo, seu Empyreō cōtinē-
tur, esse propriè in loco; cum om-
nia illa habeant extra sē aliud cor-
pus cōtinens. Supponimus etiam,
Deum propriè non esse in loco;
quia nequit habere extra sē ali-
quod corpus, quod ipsum conti-
neat, & localiter terminet. Et
quando scriptura; & Patres insi-
nuant, Deum esse in loco, non lo-
quuntur de loco, vt locus est, seu
vt exercet munus continendi lo-
catū, sed vi res quædam est, idē-
que non est in illo per conti-
nentiam passivam, sed per simplicem
indistantiam; sicut est in alijs re-
bus. Unde dubium est de Cœlo
Empyreō, & de substantijs spiri-
tualibus cōcreatib[us]. Circa quod.

2 Dicimus 1. ultimum Cœ-
lum non esse in loco. Ita Subt.
Doct. in 2. dīst. 2. q. 6. §. ad ques-
tionem num. 6. & quodlib. 11. §.
de primo. V. ad tertium n. 5. Prob.
ex Arist. 4. Physic. text. 43. vt ali-
quid sit in loco debet habere ex-
tra sē aliud corpus cōtinens; sed
ultima sphera non habet extra sē
aliud corpus, vt patet: ergoulti-
ma sphera non est in loco.

3 Arg. 1. corporeitas est ra-
tio essendi in loco circumscriptive;
sed

Quæst. II. Quibus rebus conv. esse in loco, & quonodo? f. 1
sed ultima sphaera habet corporeitatem: ergo necessario est in loco. Nec dicas, corporeitatem esse rationem solum fundamentalē effendi in loco circumscripтивē, non verò formalem. Nam contra est: quia saltim quantitas est ratio formalis effendi in loco circumscripтивē; sed ultima sphaera habet quantitatē: ergo habet rationem formalem effendi in loco, & consequenter in loco est. Resp. solutionem inter arguendum datam esse bonam. Et ad impugnationem, dist. mai. est ratio formalis remota effendi in loco circumscripтивē, conc. mai. est formalis proxima, neg. mai. & conc. min. neg. conseq. Nam quantitas sè sola non constitut in loco, nisi etiam locus sit, in quo constituantur; & cum ultima sphaera, licet habeat quantitatē, non tamen habet locum, quia non habet aliud corpus ipsam continens; idēc non est actualiter, & formaliter in loco.

4 Arg. 2. ultimum Cœlum, saltim in sententia Arist. movetur localiter: ergo habet locum, in quo moveatur; quia locus inventus est propter motum localem; & consequenter est in loco. Resp. ex Subt. Doct. quodlib. cit. dist. antec: movetur localiter secundum locare, conc. antec; secundum locari, neg. antec. & conseq. est dicere, ultimam spharam per illum motum acquirere aliū, & aliū respectum in suis partibus conti-

nentiæ activæ ad alia, & alia corpora contenta; non tamen aliū, & aliū respectum, continencie passivæ; quia non habet actu aliud corpus extra sè continens, cum quo tamen stat, quod per talē motum acquirat distinctum vbi præsentiale passivum in ordine ad diversas partes virtuales divinæ substantiæ, ubique diffusæ; quod propriè per sè est motuslationis, ut dicemus agentes de motu in vacuo.

5 Dicimus 2. omnes substantiæ spiritualies creatæ sunt in loco. Prob. 1. ex illo Apoc. 12. vbi de Angelis reprobis dicitur: *Nec locus inventus est eorum amplius in cælo.* Secundo ratione: id propriè dicitur esse in loco extra quod est ipsum corpus continens; sed extra Angelos (existentes in hoc mundo) est aliquod corpus ipsos continens: ergo. Prob. min: Angeli, ut potè entia limitata, non adeò replent, & diffunduntur per orbem, quin habeant terminum suæ sphæræ localis: ergo in circuitu designari potest certa superficies, quam pertingant nec ulterius progrediantur; ac proinde infra talē superficiem continentur; quod est esse in loco. Idem dicendum de anima rationali, sive intra corpus, sive à corpore separata.

6 Arg. locus debet esse proportionatus locato; sed superficies non est proportionata Angelis: ergo. Prob. min. substantia spiritua-

Ita est indivisibilis; sed indivisibile non est proportionatum divisibili, quale est superficies: ergo. Prob. min. quia alia punctum, quod est omnino indivisibile, posset se solo esse in loco, quod est falsum. Secund. quod est in loco facit distare latera corporis continentis; sed Angelus id nequit facere; quia nequit ab rompere aliquod corpus, ut intra eius superficiem concavam recludatur: ergo. Tertio. Nequit Angelus contineri adequare ab aliqua superficie: ergo nequit vere, & propriè esse in loco. Prob. antec. & ponamus, Angelum esse in aere, & replere palmum, v.g. tunc Angelus, si est in loco, utique pertinget totum palmum, & non pertinget superficiem immediatam, quæ continet palmum intra se; sed hoc implicat: ergo. Prob. min. attingens totam magnitudinem divisibilem, attingit quoque indivisibile terminativum, quia indivisibile additum divisibili non facit maius: ergo. implicat, quod Angelus continetur superficie, quam intrinsecè non attingat: ergo illa superficies non erit locus Angeli, quia locus debet esse extensus rei locatæ.

7. Resp. conc. mai. dist. min. ut ipsos contineat circumscripтивè, conc. min. definitivè, neg. min. Ad probat. dist. min. in eodem sensu. Non enim omnia, quæ sunt in loco, sunt in ipso circumscripтивè; sed aliqua, ut Angeli, sunt in ea definitivè; ita ut verum sit dicere, Angelum infra hanc superficiem contineri, & non esse extra illam. Ad illud de punto, dicimus, esse indivi-

sibile tam formaliter, quam virtutaliter; Angelum verò esse formaliter indivisibilem, sed divisibilem virtualiter, non ita ut Angelus replicetur in singulis partibus corporis, sed ita ut coextendatur in loco ad quato per unam totius sui esse diffusione, ita ut sit totus in toto loco, & totus in qualibet loci parte.

Ad secundum dist. mai. quod est in loco circumscripтивè, conc. mai. definitivè neg. mai. & conc. min. neg. conseq. Abrumpere enim corpus continens, & facere distare eius latera solum convenient locabilibus corporeis, non verò si i ritualibus ista enim non sunt in loco per superficiem terminantem, sed per hoc, quod infra unam superficiem ita continantur, ut nihil eorum sit extra. Unde si Angelus esset in aere, non ipsum ab romperet; sed tamen in extremitatibus loci assignari posset in circuitu quædam superficies, ad quam pertingeret, nec ultra progressoretur, & ab illa diceretur actus contineri.

Ad tertium neg. antec. Ad prob. conc. mai. neg. min. Ad prob. conc. entym. dist. secund. conseq. Illa superficies, quæ est extra palmum, conc. conseq. intra neg. conseq. In hoc enim differt spiritus à corpore: quod corpus nequit esse intime pressus superficiè concavæ corporis continentis. At spiritus potest spatiū ipsum, quod est intra concavam superficiem, pertingere, quia eius extensio est indivisibilis. Unde in locatione spiritu superfcies est terminus intrinsecus, in locatio-

Quæst. II. Quibus rebus contr. esse in loco, & quomodo? 13
ne corporum est extrinsecus; quia
moles corporis nequit esse intimè
prælens spatio correspondenti su-
perficiei concavæ corporis conti-
nentis. Et quando Arist. dixit, lo-
cum esse terminum extrinsecum rei
locatæ; debet intelligi, quod locus
non sit pars rei locatæ, vel aliquid
eius. Itaque Angelus pertingit in-
trinsecè, & inclusivè ultimam super-
ficiem palmi illam verò, quæ est ex-
tra palmum, nullo modo attingit.
Nec hoc repugnat, quia corpus non
componitur ex solis superficiebus,
vt postea dicemus.

8 Circa secundam partem quæ-
stionis nota, quod locus est duplex,
circumscripтивus, scilicet, & definitivus.
Circumscripтивus est ille, qui
continet locatum; & ita cum illo
ceramensuratur, vt totus locus toti
locato corraspondeat, & partes par-
tibus. Definitivus est sine vlla com-
mensuratione; sed ita vt res sit tota
in toto loco, & tota in qualibet par-
te loci.

Nota etiam, quod non solum
quantitas, sed etiam corporeitas est
ratio fundamentalis essendi in loco
circumscripтивè. Ratio est: quia ac-
cidens corporeum, & substantia ma-
terialis adhuc sunt divisibilia in par-
tes integrales, seclusa quantitate; nā
quantitas solum afferit illis impene-
trabilitatem; ideoque substantia
corporeæ quantitate destituta, ad-
huc divisibiliter, & circunscrip-
tive in loco maneret per commersura-
tionem suarum partium ad partes
loci. Unde ratio fundamentalis es-
sendi in loco divisibiliter provenit

à corporeitate; sed ratio fundamen-
tal is essendi in loco impenetrabili-
ter à sola quantitate. Hoc notato
supponimus, quod res corporeæ sunt
in loco circumscripтивè; & res spiri-
tuales definitivè. Quare disidiū est,
an substâlia spiritualia sit in loco pe-
suam substantiam, vel per suam ope-
rationem? Et an sufficiat vnum vbi,
vt partes essentiales, & accidentia in
composito existentia sint formaliter
in loco?

9 Dicimus 1. Loquendo de vbi
circumscripтивo impenetrabili suffi-
cit vnicum vbi, vt corpus, & eius
partes essentiales, ac cetera acciden-
tia, quæ in eo inveniuntur, dicantur
vbi cata; at loquendo de vbi circuns-
cripтивè sine impenetrabilitate mul-
tiplicandum est ad multiplicationē
retum corporearum, quæ sunt in
composito. Prima pars prob. in uno
quoque composito vna sola quanti-
tas reperitur, qua omnes partes es-
sentiales, & eius accidentia exten-
duntur; & impenetrabilia reddun-
tur, vt patet: erg. si sufficit vna quan-
titas, vt omnia, quæ sunt in compo-
sito dicantur quantitativè, & impe-
nitrabiliter extensa, etiam vnicum
sufficiet vbi circumscripтивum, vt om-
nia, quæ sunt in composito, dicantur
impenetrabiliter vbi cata. Vnde
sicut corpus, per se primò, dicitur
extensum quantitativè, & impene-
trabiliter; cetera verò concomitan-
ter, & per se secundo, & quantitas,
per se primò, dicitur circumscrip-
tive vbi cata; cetera verò, quæ in co-
posito reperiantur, solum secunda-
rio, concomitanter, & per accidens.

10 Prob. secunda pars: Multiplicata ratione proxima fundandi, debet multiplicari relatio in ipsa fundata; sed corporeitas est ratio formalis fundandi vbi circumscriptionis sine impenetrabilitate; & in composito substantiali, v.g. in lapide multiplicatur; si enim substantia materialis, & accidentia corporea, quae sunt in lapide conservarentur, sine quantitate, modo adhuc extenso, & divisibili conservarentur: erg. multiplicari debet vbi circumscriptionis saltim penetrabile. Ex quo colligitur, quod etiam situs multiplicari debet. Et ratio est: quia esse in loco circumscriptive, est esse in loco dimensione, ita ut totum locatum toti loco correspondeat, & partes locati partibus loci; sed situs nihil aliud est, quam praeditus ordo partium locati ad partes loci: ergo multiplicato vbi, situs etiam debet multiplicari.

11 Dicimus 2. Substantia spiritualis creata, ut Angelus, & anima rationalis est in loco fundamentaliter per suam substantiam, non per suam operationem. Ita Subt. Doct. in 2. dist. 2. quest. 6. quem sequuntur discipuli, & Iesuitæ contra Thomistas. Prob. Angelus potest à quacumque operatione cessare, vel ob suam libertatem, vel ob denegatum à Deo concursum; & tamen eius substantia in eodem loco remaneret, vbi prius operabatur: ergo non est in loco per suam operationem, sed per suam substantiam. Prob. mi-

nor. Angelus ille per se tam negationem concursus Dei ad eius operationem non est anihilatus: erg. Deus videt illum esse in universo, v.g. in hoc gymnasio: ergo Angelus in tali casu remaneret alicubi; & consequenter eius substantia est in loco independenter ab operatione.

Confirm. Angelum esse hic, & nō alibi, nihil aliud est, quam hic, & non alibi habere presentiam entitativam sine locali circumscriptione, sed in casu positivo, in hoc gymnasio haberer Angelus entitativam praesentiam sine circumscriptione locali: ergo. Prob. min. entitativa praesentia unius ad aliud connotat negationem distantie unius ab alio; sed Angelus independenter ab operatione esset inde stans ab hoc gymnasio: ergo in hoc gymnasio haberer entitativam praesentiam, quam fundaret eius substantia independenter ab operatione. Sed de hoc latius in Theolog. tract. de Immensit. Dei. Videat. Subt. Doct. cit. & Maist. hic disp. 11. quest. 5. art. 2.

12 Inquirimus hic: An Deus actu sit in spatijs imaginarijs? Pro resolutione nota, quod spatium imaginarium est illud inane, quod dicitur esse extra cœlum; & est negatio realis corporum, cum non repugnantia ex parte eorum, ut ibi sint, nullo intellectu consideranti. Dicitur autem imaginarium, non quia sit merum ens rationis; sed quia à nobis concipitur per modum extensionis positivæ realis, imaginan-

Quæst. II. Quibus rebus conveniat esse in loco, & quomodo. 15

de in eo trinam dimensionem realibus dimensionibus corporum correspondentem. Hoc notato.

Dicimus, Deum auctu esse in spatijs imaginarijs, ita ut ratione suæ immensitatis, non solum sit in toto hoc mundo, sed etiam extra hunc mundum per illud inane reperitur diffusus. Sed ante probationem, nota, quod spatium imaginarium, cum sit mera negatio, nequit veram, & positivam relationem presentię fundare, aut terminere. Vnde, cum dicimus, Deum auctu esse in spatijs imaginarijs, sensus non est, quod spatia imaginaria presentiam realem, & positivam terminare possint sed quod Deus illi negationi coexistit, seu quod ab ea negatione non est distans, nec absens. Conclusio sic explicata.

Prob. si Deus auctu non esset in spatijs imaginarijs, posset verè, & propriè moveri; hoc implicat: ergo. Prob. mai. Posset hunc mundum, v.g. mouere de hoc spatio ad aliud, & simul cum ipso transferri, velut nau ta movetur ad motum navis: ergo verè, & propriè moveretur. Patet conseq. verè enim hoc spatium deficeret, cui modo est præsens cum mundo; & alium de novo acquireret, in quo prius non erat, & consequenter moveretur.

13. Prob. 2. Extra cælum, seu in spatijs imaginarijs potest Angelus, vel lapis moveri; nam iuxta principia 3ubt. Doct. & secundum veritatem, motus potest fieri in ya-

cuo: ergo iam in illis supponitur Angelus, vel lapis existere: ergo si- cut in vacuo tunc verè existeret la- pis, vel Angelus absque existentia alterius corporis; ita Deus modò est in spatio inani extra cælum, & in spatijs imaginarijs; sed Angulus, vel lapis non existerent in vacuo per positivam, & realem presentiam defectu termini, sed per simplicem indistantiam, seu per negationem absentie: ergo similiter Deus non est in spatijs imaginarijs per sim- plicem indistantiam.

14. Dices: si Deus esset in spatijs imaginarijs, posset etiam dici esse in negationibus, privationibus, in chymbris, & rebus possibilibus, v.g. in Antichristo; hoc est falsum: ergo. Confirm. 1. Quia spatium non est quid positivum, & reale: ergo non potest verè dici, quod Deus in eo existit. Patet conseq. quia unum esse in alio dicit existentiam abso-lutam illius, in quo dicitur esse. Confirm. 2. Spatium nihil est: ergo quod est in spatio est in nihilo; sed quod est in nihilo, nullibi est: ergo idem est dicere, Deum esse in spa- tio, ac esse nullibi; & consequenter non est in spatijs imaginarijs.

15. Resp. neg. seq. Inter nega- tiones enim, & privationes datur suo modo distinctio; ac proinde non quælibet negatio tollitur per quamlibet formam, sed per hanc, & non per illam; sic cæcitas tollitur per visum, non per lucem, & tene- bræ tolluntur per lusum, non per ysum.

visum. Sic in proposicio, negatio per spatium importata est negatio à ceteris distincta, cui convenit repleri; & ideo dicitur, Deum esse in hac negatione, & non in alijs. Ad illud de chymeris, & rebus possibilibus, dicimus, quod repleri est denominatio, quæ loco, & huic soli negationi per spatium importatæ specialiter convenit. Vnde res possibles, & chimeræ sunt omnino ad talēm denominationem ineptæ. Præterquam quæ res possibles, & chymera omni proposita realitate actuali carent; preinde que nec potest cum veritate dici, Deum eis actu coexistere; at spatium importat negationem realēm actualēm, cui potest coexistere.

Ad primam confirm. conc. antec. dist. conseq. Non potest dici, quod Deus in eo existit, tanquam in aliquo reali, & positivo, conc. conseq. tanquam in aliquo reali, & negativo, neg. conseq. Deus enim non est in spacio, tanquam in aliquo reali positivo, quia spatium positivè, & realiter non exigit; tamen coexistit ei, sicut oculus cæcitat, & mundus tenebris; & consequenter, tanquam in aliquo reali negativo; quod sufficit, ut dicatur, Deum esse in spacio. Ad secundam dist. antec. Spacium nihil est positivè, conc. antec. nihil est absolute, neg. antec. & eodem modo, dist. conseq. & dist. subsumpt. quod est in nihilo absolute, nullibi est, conc. min. quod est in nihilo positivè, neg. min. Licet

enim Deus non sit in spacio, ut in loco; ad hoc enim requiritur existentia positiva; est tamen in spacio per simplicem indistinctam; & hoc sufficit, ut dum est in spacio, sit aliquid; & consequenter ut non possit dici, esse nullibi.

Quæst. III. An idem numero corporis physici circumscripтивè bilocari?

* **H**æc est præcipua difficultas in hac materia, in qua Thomist. & Scotist. agmina totis viribus inter se digellantur. Sensus autem illius est, an corpus unicum existens circumscripтивè hic, possit divinitus esse circumscripтивè alibi? Et ut ad rem accedamus, aliqua, quæ apud omnes certa sunt, licet ab aliquibus latè disputentur, breviter supponere oportet.

s. I.

Aliqua supponuntur.

i Supponimus r. Duo corpora quanta naturaliter non posse esse simul in eodem loco. Cuius ratio est: Tum experientia ipso, qua videntur, duo corpora quanta se invicem expellere, nec ultra vi naturaliter fieri posse, ut unum ingrediatur locum alterius, quin illud locum derelinquet. Tum: Quia quantitas, ut potè impenetrabilitatem rebus afferens, naturaliter exigit esse extra

locum alterius; sed duo corpora ha-
bent quantitates distinctas: ergo.
Neque experientiae aliquae oppo-
sitorum suadent; nam inferro canden-
ti non penetratur ignis cum ferro,
sed partes ignis introducuntur in-
poris ferri continentibus aerem,
qui per ignem applicatum accen-
duntur. Idem dic de vino in pane
recenti inclusu. Similiter cum ex
aqua, & farina fit panis, aqua misce-
tur farinæ, non per penetrationem,
sed per iuxta positionem viriusque
corporis. Et cum vas aquæ plenum
admittit secum multum auri, non
adest penetratio, sed aqua intumes-
cit, & elevatur; sed non statim dif-
funditur ob siccitatem labiorum
vasis. Pariter, cum vas cinere ple-
num admittit multum aquæ, aqua,
& cinis non penetrantur invicem,
sed aqua resolvitur à cinere in cra-
sos vapores, qui etiam secum ele-
vant alias partes ipsius cineris;
ideoque partes, quæ in vase rema-
nent, comprimuntur. Per quod pa-
tet ad alias similes experientias.

2 Supponimus 2. cum com-
muni sententia contra Durand. pos-
se divinitus duo corpora esse pene-
trata in eodem loco. Id que patet ex
Scriptura, & Patribus; valde que
consonum est nostræ Fidei Myste-
rijs, nam Christus D. natus est in
violato virginis utero; surrexit è se-
pulchro, immoto lapide; ingressus
est ad discipulos, ianuis clausis; & in
Ascensione penetravit cælos, vt ait
Paul. ad Heb. 4. sed hec omnia facta

sunt per penetrationem corporum
coexistentium in eodem loco: ergo.
Prob. ratione. Non minus exigit
quantitas, quod eius partes sint ad
invicem impenetratae, quam quod
sint impenetratae cum partibus al-
terius quantitatis; sed partes unius
quantitatis possunt supernaturaliter
ad invicem penetrari: immo de fa-
cto in venerabili Eucharistia sunt
penetratae partes quantitatis corpo-
ris Christi D. vt patet: ergo. Con-
firm. quantitas corporis Christi D.
& quantitas specierum sunt duæ
quantitates; & tamen sunt in eodem
spatio compenetratae: ergo.

3 Vbi adverte, quod ex quan-
titate oritur duplex potentia, & ap-
petitudo. Prima est aptitudo replendi
locum divisibiliter. Secunda, quæ,
quasi ex priori oritur, est potentia
expellendi aliam quantitatem ab
eodem spatio, quæ dicitur impene-
trabilitas. Cuilibet autem ex his pro-
priis actus correspondeat: prima ac-
tualis occupatio loci, & repletio,
qui est effectus positivus; secundæ
actualis expulsio alterius quantita-
tis ab eodem spatio, qui est effectus
negativus. Possunt ergo duo corpo-
ra esse in eodem loco duobus mo-
dis; vel ita, vt Deus impedit utrum-
que effectum, ita vt unum corpus re-
pleat, & occupet unum locum, &
alterum non, & sic contingit in Eu-
charistia, vbi quantitas specierum
replet locum, sed non quantitas Chi-
sti D. neutra tamen se invicem ex-
pellit; vel ita, vt impedit solum esse

atūm negativum, scilicet, expulsionē quo casu ambo corpora replete, & circumscripтивē essent in loco ; & in hoc sensu præcipue procedit suppositio.

4. Quæ vterius prob. quia ex pulsio actualis vnius corporis respectu alterius est effectus accidentalis, & secundarius quantitatis; sed potest Deus impedire quenlibet effectum secundarium: ergo. Prob. min. idèo potest Deus impedire effectum extensionis in ordine ad locum , ut patet in Eucharistia , quia actualis extensio partium in ordine ad locum est effectus secundarius quantitatis ; sed expulsio alterius corporis etiam est effectus accidentalis, & secundarius quantitatis; immo minus inclusus , quam extensio, aut repletio, quia in illa fundatur: erg.

5. Dices 1. Sic se habent partes quantitatis continuae permanentis ad suum totam, sicut partes quantitatis successivæ ad suum ; sed partes quantitatis successivæ nequeunt adhuc divinitus penetrari, seu simul existere in eodem spatio duracionis: ergo nec partes quantitatis permanentis possunt esse simul in eodem loco. Secundo: sequeretur, locum non esse adæquatum locato, quia postquam continet vnum corpus, posset aliud continere. Tertio: Si duo corpora penetrarentur in eodem loco, tunc essent duo locata, & non esset nisi vnum locatum; hoc implicat: ergo. Mai. quoad primam partem, constat, quia re vera essent

duo corpora contenta; & consequenter locata. Quoad secundam verò partem prob. Si duæ superficies se compenetrauerent; & sic compenetrate idem corpus ambirent, non constituerent, nisi vnum locum : ergo duo corpora penetrata sub eadem superficie non constituunt, nisi vnum locatum.

Resp. neg. maiorem, & paritatem. Discrimen est: quia successio essentialiter importat vnum esse post aliud , seu præteritum , præsens , & futurum ; ac proinde nequeunt esse simul; alias præteritum , & futurum essent præsentia, & destrueretur essentialis conceptus quantitatis successivæ; partes verò quantitatis permanentis possunt esse simul in eodem loco , quia hoc i. ullatenus opponitur essentiæ permanenti , nec illam destruit.

6. Replicabis : Impenetratio, vel est effectus primarius quantitatis ut sic communis permanenti , & successivæ; vel secundarius , & impeditibilis ? Si primum : ergo nulla quantitas poterit carere impenetratiore. Si secundum: erg. adhuc quantitas successiva poterit penetrari. Patet conseq. quia quod convenit accidentaliter generi , cuilibet speciei accidentaliter convenit. Resp. impenetrationem esse effectum accidentalem, & secundarium quantitatis ut sic ; ac proinde omnia veræ quantitatib; accidentaliter convenit. Successivæ autem non sunt veræ species quantitatis, ut diximus

Quæst III An idem num. corpus possit circumscrip bilocari? 19

in Logica; ac proinde non est necesse, vt eis accidentaliter conveniat impenetratio; immo nulla impenetratio eis convenit, quia illa intēderabilitas, aut repugnansia simultatis partium verè impenetratio non est; hæc enim est repugnansia corporum circa eundem locum.

7 Ad secundum dist. seq. non esse adæquatum secundum magnitudinem, & extensionem, neg. seq. secundum multitudinem subdist. seq. iuxta capacitem naturalem, neg. seq. obedientiam, conc. seq. Locus itaque est adæquatus locato secundum extensionem, quia nihil maius continere potest, quam sit eius ambitus; nec locatum habere potest minorem locum. At secundum multitudinem est naturaliter adæquatus locato, quia naturaliter nequit nisi unum corpus recipere obedientiam liter verò non est adæquatus, quia potest plura corpora continere.

Ad tertium neg. mai. quoad secundam partem. Ad prob. conc. antec. neg. conseq. Casu enim, quo dux superficies compenetratè idem corpus ambirent, dicerentur duo continentia, & duo locantia, sed tamen unus numero esset locus, quia continerent, & locarent cum ordine ad easdem partes divinae substantiae; iuxta quem ordinem, præfertim, attenditur unitas, vel multiplicitas loci. Et pariter duo corpora compenetrata essent duo locata; quia habent duplex ubi passivum.

Vndà in primo casu essent duo locantia, sed unus locus; & in secundo essent duo locata, sed in uno loco.

8 Adverte tamen, quod si una superficies contineret duo corpora compenetrata, non dicerentur duo locantia, licet haberet duas continentias, aut locationes activas; quia concreta accidentalia non multiplicantur ad multiplicationem formæ; diceretur tamen una superficies habens duas continentias activas, aut locationes.

9 Supponimus 3. Idem numero corpus posse divinitus esse simul in pluribus locis, ita ut in uno sit circumscriptivè, & in alio, vel in alijs definitivè; nam Corpus Christi D. est circumscriptivè in cælo, & definitivè, seu sacramentaliter in pluribus Ecclesijs; immo posset esse in pluribus locis definitivè, quin in aliquo esset circumscriptivè; in hoc enim nulla appetet repugnatio. Supponimus denique, nullum corpus posse naturaliter simul esse in pluribus locis, neque adæquatius neque inadæquatius extra suam sphæram naturalem, nec circumscriptivè, nec definitivè. Quare difficultas adhoc devolvitur, an, scilicet, idem corpus possit divinitus replicari in pluribus locis adæquatius circumscriptivè, idest, cum correspondentia partium corporis ad partes cuiuslibet ex illis locis? In qua.

Thomistæ partem negativam communiter tueruntur; affirmativam verò Subt. Doct. in 4. dist. 10. quest.

2. & quodlib. 10. §. Viterius. v. Praeterē à num. 13. quem sequuntur discipuli, & sere omnes Iesuitæ. Unde immerito Palanc. hanc sententiam Patri Iuario attribuit, quasi Doct. Subt. non fuerit illius antesignanus. Iuxta quam sit.

§. II.

Nostra sententia proponitur, & probatur.

10 **D**icimus ergo: Idem numero corpus potest divinitus esse in pluribus locis circumscripтивè. Hac est adē consona venerabilis Mysterio Eucharistie, ut eximius Suarez miretur, quo modo catholici Doctores oppositum dicere potuerint, tementes de fide, corpus Christi D. esse in pluribus locis simul; ideoque receptissima est inter Scriptores dogmaticos contra Hereticos, valde enim conductit ad retundendam eorum impietatem circa maximum Sacramentum fidei. Prob. ratione fundamentali. Corpus Christi D. defacto est in pluribus locis, in uno circumscripтивè, & in alijs definitivè, seu Sacramentaliter, ut docet fidès: ergo divinitus potest esse simul in duplice loco circumscripтивè. Prob. conseq. nam facilius est illud, quam illud; magis enim consentaneum est corpori existenti in uno loco modo quantitative, & naturali, consti-tui in alio loco modo, etiam natu-

rali, & quantitativo, quam modo definitivo, & sacramentali, seu absque ullo modo extensionis in ordine ad locum: ergo, &c. Prob. antec. facilius est, rem conservari cum suo modo naturali, quam sine illo; nam ad hoc ultimum necessarium est novum miraculum, cum res nequeat absque miraculo privari suo modo, ac proprietate naturali; sed presentia circumscripiva est modus, & quasi proprietas naturalis corporis: ergo, &c.

11 Respondent Thomist. negando paritatem. Quia ut corpus sit in uno loco circumscripтивè, & in alijs sacramentaliter, non requiritur duplex extensio localis; sed ad primū sufficit quantitas cum propria extensione locali; & ad secundum sufficit eadem quantitas, & conversio sacramentalis; ratione cuius substantia panis convertitur in substantiam corporis Christi D. At verò ut corpus sit in duplice loco circumscripтивè, requiritur, quod multiplicetur realiter extensio localis, non multiplicata quantitate; quod repugnat, quia nequit multiplicari effectus secundarius, non multiplicata forma praebente talēm esse sum.

Sed contra primo: Quia quantitas non est ratio essendi in uno loco tantum, sed indifferens, ut sit in uno vel in pluribus: ergo ex ratione quantitatis, & extensionis eius non repugnat, eandem quantitatem, aut idem corpus esse in pluribus locis. Prob. antec. ratio formalis essendi in uno

vno loco est vbi passivum, quod est determinata ratio, quare corpus sit hic, vel ibi: ergo talis ratio non est quantitas, nec extensio; & consequenter multiplicata quantitate, & eius extensione, poterit corpus esse in pluribus locis adæquatim. Confirm. quia albedo non est ratio formalis, sed solum fundamentalis assimilandi, potest vnum alium esse simile pluribus per solam multiplicationem relationis similitudinis absque multiplicatione albedinis; sed quantitas tantum est ratio fundamentalis praesentia localis: ergo immultiplicata quantitate per multiplicationem praesentiarum locorum, poterit idem corpus esse circumscrip. in pluribus locis.

Contra 2. transubstantiatio panis in substancialia Christi D. non est ratio formalis, quare Christus D. sit hic; transacta enim transubstantiatione, manet hic corpus Christi D. ergo ratio formalis, quare Christus D. est in pluribus locis definitivè, est aliquid distinctum ab ipsa transubstantiatione. Confirm. quia, ut ait Doct. Sub. in 4. dist. 1 r. quæst. 3. §. Hic duo. V. Pro prima opinione, n. 3. Sacramentum Eucharistie potuisse institui absque eo, quod desinere substantia panis: *Æquè enim potest salvare verum corpus Christi cum substantia panis, si ut eum accidentibus:* ergo potest aliquid ponit in pluribus locis sine conversione alterius in ipsum.

32 Nec dicas cum Complut.

conversionem esse rationem causalem, quare Christus Dominus sit præsens in hostia, substantiam verò esse rationem formalem. Vnde hæc duo (addit Palanc.) inter se non opponuntur, quia convenient sub diversis rationibus. At verò esse in duobus locis circumscrip. convenire corpori sub eadem ratione, scilicet, ratione eiusdem quantitatis, & ut effectus formalis illius. Quare cum repugnet ab eadem quantitate resultare duplē effectum formalem naturaliter; inde est, quod hoc repugnat, secus autem primum.

Sed contra: Tum: Quia falsum est rationem formalem essendi in loco circumscrip. esse quantitatem; hæc enim tantum est ratio fundamentalis; ratio autem formalis est vbi, ut diximus erg. esse in loco circumscrip. non convenit rei, secundum eandem numero rationem formalem; & consequenter nulla implicantia in hoc apparet; sicut non apparet repugnans in eo, quod eadem quantitas plures sit alba casu, quo plures habent albedines. Tum: Quia substantia corporis Christi D. in qualibet hostia habet propriam quantitatem, licet non ex via conversionis, concordanter tamen: ergo potest eadem quantitas esse in calo circumscrip., & modo extenso; & in Sacramento definitivè, seu per vbi extensum, & indivisibile: ergo poterit quoque habere duplex vbi extensum, cum hic sit modus illi conaturalis.

Con-

Confirm. hoc: Quantitati Christi D. existenti modo extenso in cælo non repugnat absolutè in pluribus locis esse: ergo nec repugnat esse in pluribus locis circumscripтивè. Probat. conseq. præsentia definitiva, & indivisibilis omnino est contra naturam quantitatis; hæc enim modo extenso, & divisibili petit naturaliter esse: ergo quantitati Christi D. in se existenti sub pluribus hostijs magis connaturale est vbi circumscripтивum, quam definitivum. Prob. conseq. vbi cumque est quantitas, servat suam naturam, & exigentiam: ergo adhuc in hostia habet exigentiam, vt sit modo extenso (non quidem reduplicativè, & prout in hostia, vt respoudet Froyl. sed specifativè, & secundum suam naturam) ac proinde facilius est, quantitatem esse in dupli loco circumscripтивè, quam in uno circumscripтивè, & in alio definitivè.

13 Aliter respondet Palanc. Corpus Christi D. posse considerari, vel prout est sub speciebus Sacramentalibus, & in ipso Sacramento contentum; vel in ordine ad locum, in quo sunt species sacramentales, v.g. sacrarium. In primo sensu ibi non est localiter, seu tanquam in loco, sed ad modum substantiarum occultarum, & velatarum ipsi accidentibus modo mirabili, & præsentatione locali, sed Sacramentali. In secundo sensu corpus Christi D. est quidem in pluribus locis; sed hoc accidit per plures quantitates, nem-

pè, in cælo per propriam in uno scacario per quantitatem unius speciei, in alio per quantitatem alterius. Hoc autem non repugnat, quia multiplicata quantitate, bene possunt multiplicari præsentia locales; at in casu questionis idem corpus per eandem quantitatem esset in pluribus locis adæquatis, quod repugnat.

Sed contra 1. Quia si quantitas panis esset corpori Christi D. ratio essendi in loco, non esset in loco circumscripтивè, & modo extenso; sed hoc est falsum: ergo quantitas panis non est corpori Christi D. ratio essendi in loco. Prob. mai. quantitas panis est ratio essendi in loco modo extenso, & circumscripтивè: ergo non potest aliam præsentiam, quam extensam, & circumscripтивam praestare: ergo corpus Christi D. est modo extenso in loco, si esset in illo ratione quantitatis specierum. Confirm. ideò quantitas Christi D. est in Sacramento indivisibiliter, quia est ibi præsens ratione substantiarum, que solum præsentiam indivisibilem afferre potest: ergo si esset præsens localiter ratione quantitatis panis, esset circumscripтивè in loco.

Contra 2. Quantitas panis non est formaliter in corpore Christi D. ergo non est illi ratio essendi formaliter in loco; sed corpus Christi D. est formaliter præsens: ergo non est præsens huic loco per speciem panis, sed per aliquid aliud, scilicet, per

Quæst. III. An idem num corpus possit circumscrip. bilocari? 23

per propriam substantiam, & quantitatem. Et reddit argumentum: si non repugnat esse in uno loco circumscrip. & in alijs definitivè per eandem entitatib. quantitatib., & substantiam; quare repugnabit esse in pluribus locis circumscrip. cum hoc sit connaturalius corpori ex suppositione, quod ponatur in pluribus locis?

14. Prob. 2. conclusio: Duo corpora quantitatib. extensa possunt divinitus esse simul in eodem loco circumscrip.: ergo etiam idem corpus quantitatib. extensem poterit divinitus esse circumscrip. in duplo loco.

15. Respond. Froyl. quod sicut duplex corpus penetratum potest esse in eodem loco, quia corpora penetrata se habent per modum unius formaliter; ita propter eamdem rationem, idem corpus potest esse in duplo loco, dummodo loca penetrantur. Sed contra 1. duo corpora penetrata in eodem loco, nec sunt unum materialiter, & entitatib.; nec formaliter, & in ratione loci ergo si duo corpora, sic distincta, possunt esse in eodem loco, etiam corpus indistinctum poterit esse in duplo loco. Prob. antec. quia duo corpora, & sunt duo entia completa corpora, & sunt in loco per distinctas vocationes, & presentias: ergo tam entitatib. quam formaliter in ratione locati sunt distincta.

Contra 2. locus, quem habet Christus D. in celo non penetratur

cum loco, quem habet in Sacramento: ergo non est necesse loca penetrari, vt corpus sit in duplo loco. Contra 3. ideo per te, duo corpora possunt esse in eodem loco, quia se habent per modum unius formaliter; sed corpus existens in pluribus locis circumscrip., se habet formaliter per modum plurium; quia licet esset eadem quantitas, quæ solum est ratio fundamentalis, essent tamen in illo plures praesentiae, & vocationes, quæ sunt rationes formales essendi in loco: ergo sicut unitas formalis duorum corporum sufficit, vt sint in eodem loco; ita multiplicatas formalis eiusdem sufficiet, vt sint in pluribus, quamvis loca non ponerentur.

16. Respond. aliter Palanc. duo corpora posse existere in eodem loco; quia bene potest Deus, quantitate integra permanente, impedire effectum secundarium illius, qui est expulsio unius corporis ab altero. At unum corpus esse in duobus locis nequit fieri, nisi multiplicando effectum formalem quantitatis; quod repugnat, quia nequit multiplicari effectus formalis, non multiplicata forma. Sed haec solutio sat improbata est: nam quantitas non est forma constituens formaliter locatum; posset enim corpus quantum esse sine omni loco, casu, quo poneatur a Deo in spatio imaginario. Forma ergo constituens rem formaliter in loco est vocatione, quæ in casu non esset unica, sed multiplex;

& consequenter tot essent formæ, quod effectus formales.

17. Prob. 3. conclusio ex historijs ecclesiasticis: plures enim sancti simul extiterunt in duobus locis circumscripтивè, ut legitur de S. Martino Episcopo, de S. Antonio Paduano, de magno parente Ignatio, eximio Xaverio, & alijs; & quod caput est, Christus D. apparuit post Ascensionem Petro Apostolo Romanum deserenti, & etiam Paulo Damascum petenti, ut ipse testatur i. Corinth. 5. sed non apparuit deserendo cælum; nam act. 3. dicitur: *Quem eporter cælum suscipere usque ad tempus resurrectionis hominum.* Et D. Aug. in decreto de consec. dist. 2. cap. prim. hæres, ait: *Donec finiatur seculum, sursum est Dominus;* ergo simul fuit circumscripтивè in cælo, & extra cælum.

18. Nec dicant contrarij Scripturam solum velle, Christum D. non recessurum à cælo ante diem iudicij per notabile tempus; ac proinde non esse inconveniens, in aliquo casu cælum relinquere per brevem morulam. Nam contra est: quia Scriptura afferit, Christum D. non reliquerum cælum usque in diem iudicij; sed in die iudicij non relinquet ipsum, nisi per brevem morulam, in qua fieri iudicium: ergo ante illum diem, nec per brevem morulam relinquet cælum.

19. Nec dicant alij, tales apparitiones fuisse imaginarias, aut medio Angelo factas; nam illæ ap-

partiones assumuntur à Paulo ad probandam veritatem resurrectionis; sed non satis probaretur ex apparitione imaginaria, aut angelica, cum Christus D. ad hanc veritatem statuendam semetipsum videndum, & palpandum exhibere consueverit.

Solvuntur argumenta.

20. Arguant Thomist. 1. Qui libet locus in illo eventu esset adæquatus corpori, ut supponitur, & non esset adæquatus: ergo implicat contradictionem, idem corpus esse simul in duplici loco circumscripтивè. Prob. antec. quoad secundam partem: locus adæquatus est ille, quem corpus non excedit, sed adæquat sed in casu corpus excederet quemlibet ex illis locis, quia esset extra quemlibet illorum; & non solum repleret unum, sed etiam extra illum se extenderet, & repleret alium: ergo locus esset adæquatus, & non esset adæquatus corpori.

Confirm. sequeretur, idem corpus esse æquale maiori, & minori loco; & consequenter æquale, & maius se ipso, quod implicat. Prob. seq. Corpus positum in duobus locis esset æquale cuilibet ex illis, & etiam utriusque simul; sed uterque simul est maior quolibet seorsim; ergo esset æquale maiori, & minori loco; & se ipso æquale, & simul maius. Obiectio hæc, & similes aperte impugnant presentiam sacramen-

talem Christi D. in Eucharistia; cum enim sit circumscriptivē in cælo, ille locus erit utique adæquatus corpori Christi D. & aliunde non erit adæquatus, quia extra cælum reperitur in qualibet hostia consecrata; parum enim refert, quod sit extra cælum hoc, vel illo modo, si de ratione p̄sentiae circumscriptivæ est, quod corpus extra illum non reperiatur.

21 Resp. ergo neg. antec. quo ad secundam partem. Ad prob. conced. mai. neg. min. & dist. implic. prob. esset extra quemlibet illorum, id est habèret aliquam partem non contentam ab aliquo ex illis locis, neg. h. abèret easdem partes contentas ab uno etiam contentas ab alio, sub dist. ratione eiusdem præsentiarum, neg. ratione multiplicis præsentiarum, conc. & neg. conseq. De ratione enim adæquationis loci cum corpore solum est, quod totum corpus, & omnes eius partes continetur intra ambitum loci; ita ut nihil illius sit, quod à tali loco non continetur; non tamen tollit, quin idem corpus, posset etiam ab alio loco contineri. Sicut de ratione comprehensionis intellectualis est, quod totum, & totaliter obiectum cognoscatur; ita ut non excedat cognitionem, & tamen potest per duplum cognitionem comprehensivē cognosci. Nec inde sequitur contradic̄tio, quia non secundum eandem rationem formalem esset corpus hic & ibi, seu intra, & extra; sed secundum diversam rationem formalem, seu diversa ubi in eadem quantitate fundata.

Ad confirm. instatur argum. sicut locatum debet esse æquale loco, ita locus locato; erg. duo corpora penetrata nō possunt esse in eodem loco. Patet cōseq. quia si locus habeat amplitudinem vnius vlnæ, non poterit esse equalis duplici corpori ad vlnæ extenso; alias locus esset vnius vlnæ, vt supponitur; & alias duplicitis vlnæ, quia contineret duas quantitates ad vlnam exteras. Resp. neg. seq. & dist. mai. esset æquale semel sumptum, & secundum eandem presentiam, neg. mai. replicatum, & secundum diversas presentias, cōc. mai. & conc. min. neg. conseq. Itaque corpus est equaliter fundamentaliter pluribus locis; formaliter vero erit solum æquale vni, si non multiplicantur præsentie & pluribus simul, si illæ simul multiplicantur; sicut palmus quater replicatus adæquat vlnam; & si simul replicaretur, ipsam adæquat, nō quia habèret tantam quantitatem, sed quia habèret unam quater replicatam per acquisitionem quadruplicis præsentie.

22 Dices: quilibet presentia localis est terminatio passiva adæquata corporis; erg. implicat, quod per aliam presentiam adæquatam terminetur. Antec. est certum. Prob. conseq. natura adæquata terminata per unam personalitatem, non potest ad huc divinitus per alteram terminari; & quantitas adæquata figurata, non potest terminari per alteram figuram; erg. corpus adæquata terminatum per unam præsentiam, nequit per aliam terminari.

Resp. conc. antec. in sensu suprà explicato, neg. conseq. Ad primam partem prob. conc. antec. neg. conseq. Discriumen est: quod altera subsistentia præstaret eundem effectum formalem; ac proinde nequit eadem natura duplici subsistentia terminari; quia idem effectus nequit à dupliciti causa totali præstari. At duplex præsentia præstaret duplex effectum formalem, quia ratione vnius esset corpus hic, & ratione alterius ibi. Vide dicta lib. 1. disp. 3. quæst. 3. à num. 9. Ad secundam partem dist. antec. adæquatè figurata per figuram intrinsecam, conc. antec. extrinsecam, neg. antec. Licet enim quantitas nequeat habere duplimentum figuram intrinsecam, quæ consistit in positione de genere quantitatis. seu attenditur penes ordinem partium in toto, & ad invicem, quia nequit habere plures partes, quam habet, aut aliter ordinatas, servata eadem figura; potest tamen habere duplimentum figuram extrinsecam. Cum enim hæc attendatur penes ordinem partium in loco, quia fundatur in positione de genere situs: ideo multiplicem figuram simul habere potest, quia accidentia, quæ sunt posteriora, aut simili natura loco, & ab ipso dependent, multiplicari possunt, ut postea dicemus.

23 Arg. 2. Implicat, effectum radicatum multiplicari, non multiplicata radice; & effectum secundarium, non multiplicato primario;

quia effectus secundarius essentialiter à primario dependet, & adæquatatur cum illo; sed præsentia localis radicatur in quantitate, sicut dependenter à loco; & est effectus secundarius quantitatis: ergo in eodem corpore, & in eadem quantitate implicatoria erit præsentia localis, ratione cuius corpus possit esse in dupliciti loco simul. Instatur argumentum. implicat, effectum radicatum, & secundarium multiplicari, non multiplicata radice, & effectus primario; sed cum corpus est successivè in dupliciti loco, multiplicantur successivè effectus radicati, & secundarij: ergo debet etiam multiplicari radix, & effectus primarius; ac proinde nequit una, & eadem quantitas esse in dupliciti loco adhuc successivè.

24 Resp. ergo dist. mai. effectum radicatum, & secundarium adæquatum, conc. mai. inadæquatum, neg. mai. & conc. min. neg. conseq. Quælibet enim præsentia localis determinata est inadæquata respectu quantitatis. Quod patet ex eo, quod naturaliter successivè potest habere plures præsentias; effectus verò adæquatus, est omnis locus possibilis; ideoque naturaliter potest esse in quolibet loco possibili; successivè, & divinitus potest esse simul in pluribus.

25 Dices: Corpus nequit habere naturaliter duplimentum præsentiam localem simul: ergo nec supernaturaliter. Prob. conseq. Quantitas

Quæst. III. An idem num. corpus possit circumscrip bilocari? 27

ratione suæ naturæ , & intrinsecæ entitatis est prima ratio per quam corpus redditur aptum ad præsentiam localem; sed quod non est naturaliter aptum ratione suæ entitatis, & naturæ, nequit fieri, adhuc divinitus , in genere causæ formalis, aut radicalis aptum ad aliquem effectum : ergo si quantitas ratione suæ entitatis naturalis est inepta ad duplicum præsentiam localem simul habendam, etiam divinitus erit inepta. Confirm. Potentia obedientialis est in ordine ad ea, quæ excedunt facultatem naturæ ; sed effectus, quem forma præstat in genere causæ formalis, non potest excedere facultatem naturalem illius ; calor enim, ut quatuor, non potest adhuc divinitus constituere subiectum calidum ut quinque; nec albedo, ut duo facere album ut octo: ergo nequit à quantitate supernaturaliter provenire simul duplex præsentia localis.

26 Resp. conc. antec. neg. conseq. Ad prob. conc. mai. neg. min. Quantitas enim naturaliter est apta ad habendam duplicum præsentiam localem successivè , & divinitus ad duplicum præsentiam simul; sed non est imaginandum , quod potentia naturalis , & obedientialis distinguantur entitativè , sed in ordine ad agens. Vnde eadem potentia, & entitas quantitatis , aut corporis dicitur naturalis per comparisonem ad agens naturale , & obedientialis per ordinem ad agens supernaturale. Quare istæ potentia et quantitas solum est ratio fundamen-

non arguunt distinctionem in ipsa entitate , sed solum connotationem diversorum agentium ; ac proinde eadem nec entitas quantitatis, vt subest actioni agentis naturalis, solum potest esse in duplice loco divisim; vt verò subest actioni agentis supernaturalis, potest esse in duplice loco simul. Malè ergo dicitur in replica, quod quantitas sit naturaliter inepta ad duplicum præsentiam simul , si per hoc significetur , id esse contra naturam ipsius; nam eius natura absolutè est indifferens ad duplicum præsentiam simultaneam, vel successivam ; & per connotationem ad diversa agentia quasi determinantur ad unum, vel ad aliud. Ex quo.

Ad confirm. dist. mai. quæ excedunt facultatem naturæ in sè , & entitativè sumptæ , neg. mai. naturæ comparata ad agens limitatum , & sub illa connotatione, conc. mai. & conc. min. neg. conseq. Effectus enim, quem forma præstat in genere causæ formalis, nequit adhuc divinitus præstari, si naturaliter à forma præstari non potest ; quia talis effectus est ipsa forma , secundum suum esse naturale , & proprium communicata subiecto, ut bene probatur in calore, & albedine. Sed restat probandum, quod quantitas sit ipsa forma constituens rem formaliter in loco ; talis enim forma est ipsa ubi, ut iam diximus. Ex quo solum sequitur , quod res ratione huius ubi , & præsentia non possit esse in alio loco, quod verum est; at

tal is essendi in loco; ac proinde posse est esse in duplice loco simul per distinctam praesentiam illi simul superadditam.

27 Arg. 3. si corpus esset in duplice loco esset idem, ut supponitur, & etiam non esset idem; sed hoc contradictionem involvit: ergo. Prob. mai. quoad secundam partem 1. Tale corpus esset divisum a seipso; sed corpus divisum non est idem: ergo. Prob. mai. quantitas, ratione cuius esset in uno loco, non esset continua cum quantitate, ratione cuius esset in alio; nam inter quantitatem ut in uno loco, & quantitatem ut in alio mediarent plura corpora non continua cum praedictis quantitatibus; sed hoc arguit discontinuationem: ergo. & divisionem. Segund. Tale corpus haberebat diversas positiones: partium in loco, seu diversos situs; sed cum unitate reali non potest stare diversa positio partium in loco: ergo non esset idem realiter. Tert. Tale corpus posset esse sibi ipsi contiguum; nam illa duo loca, in quibus corpus posset existere, possent esse contigua; sed contigua non sunt unum, & idem, sed sunt plura, quorum ultima sunt simul: ergo. Quart. Tale corpus haberebat duplarem extensionem in ordine ad locum; si quidem haberebat duplex esse in loco, & esse in loco habetur per extensionem localem: ergo. haberebat etiam duplarem quantitatem; & consequenter non esset unum.

28 Resp. neg. mai. quoad secundam

partem. Ad prob. dist. mai. givenum entitative, neg. mai. divisum localiter, conc. mai. & dist. min. eodem modo, neg. conseq. Solum ergo sequitur, quod idem corpus indivisum entitative, & substantialiter, ut existens in uno loco, esset distans, & divisum localiter a se ipso reduplicative, ut existenti, & presenti in aliis; sicut idem corpus Christi D. ut existens sacramentaliter in hac hostia, est divisionem localiter a se ipso, ut presenti circumscripitive in calo, & sacramentaliter in alia hostia; & sicut anima rationalis, ut existens, & presentis in pede, est divisa a se ipsa, ut presente, & existente in capite. Ratio huius est: quia unitas, & pluralitas subiecti non sumuntur ex unitate, vel pluralitate accidentis, qualis est praesentia respectu corporis, sed ex aliquo intrinseco ipsi subiecto. Unde, si ute ex unitate praesentie duorum corporum, quando penetrantur, non sequitur, quod sint unum; ita neque ex pluralitate praesentie sequitur pluralitas corporis.

Ad 2. conc. mai. neg. min. & conseq. Nam situs est accidens corporis, ac proinde multiplicabilis, stante corporis unitate. Sola ergo positio, quae dicit ordinem partium in toto, que non est situs, multiplicata, argueret distinctionem quantitatis, aut corporis. Ad 3. neg. mai. In tali enim casu illud corpus esset sibi continuum absolute, & in se; at ut existens in duplice loco nec esset sibi continuum, nec contiguum; nam tam

con-

Ques. III. An idem num. corp. posſit circumscrip. bilocari? 29
continuatio, quam contiguitas requirunt duplex extreum. Corpus autem, vt in duobus locis non fieret extreum à se ipso condistinctum, ac proinde nec posset sibi, vt alteri, extremo continuari per vnonem, nec contiguari per immediationem. Solum ergo diceretur sibi ipsi immediatum secundum præsentiam, quia hæc immediatio fundaretur super vocationes multiplicatas in eodem corpore.

Ad 4.conc.tale corpus habere duplē extensionem in ordine ad locum, sed negamus, habere duplex esse in loco, quia aliud est duplex locatio passiva, & aliud duplex esse locatum seu res locata. Vnde proprius modus loquendi debet esse, quod idem esse corporeum habèret duplē extensionem, seu locationem; inde tamen non sequitur, habere duplē quantitatem, quia non habet duplē extensionem quantitatis in sè, sed solum in ordine ad locum. Illa autem extensio esset prior, & veluti fundamentum illius; ac proinde potest illa una, & eadem manens fundare plures extensiones locales, quia non est necesse multiplicari prius ad multiplicationem posterioris; alias dicant contrarij, an multiplicetur successivè quantitas, quando multiplicantur successivè extensiones in ordine ad locum per acquisitionem plurium locorum successivè?

29 Arg. 4. si corpus posset esse in duplī loco simul, posset etiam esse in quadruplici, & sic ultra, usque in

infinitum: ergo posset esse vbiique, & consequenter immensum, quod implicat. Instatur argum. 1. Corpus Christi Domini potest esse sacramentaliter in hac, & illa hostia; immō infinitis, si essent creabiles; ergo potest esse vbiique, & immensum. Neq; dicant contrarij, quod in infinitis speciebus esset ratione diversi principij; & quando ratio formalis esset di infinite multiplicatur, vt est in præsentijs sacramentalibus, non arguitur infinitas; illam tamen arguitur esse in infinitis locis per eandem quantitatē, & ratione eiusdem formæ qualiter esset corpus replicatum in casu. Resp. enim, etiam corpus replicatum esset in duplī loco ratione diversi principij formalis, seu præsentiarum. Præterquamquod falso est, quod conversio sit ratio formalis, cur corpus Christi D. sic præsens in hostia, vt iam diximus. Instatur 2. ex eo, quod corpus crearetur ab æterno, non participaret æternitatem Dei, licet repleret totum spatium durationis imaginarij; ergo neque esset inamensum, quamvis repleret infinitum spatium loci. Disparitatem expectamus, & interim.

30 Resp. directe, permisso antec. neg. conseq. Nam licet corpus possit esse in infinitis locis, non tamen vbiique; quia cum ad essendū in loco requiratur corpus locans, cum quo locutum non penetraretur, non posset corpus replicatum occupare illud spatium, quod occuparet corpora locatia; ac proinde neque esse vbiqua-

Neque imaginandum est , quod corpus replicatum per totum spatiū aeris, v.g. habēret vnicam præsentiam, ac si esset vnum corpus replens totum spatium aeris; quia nequit adhuc divinitus corpus palma-re ratione vnius præsentię occupare maius spatium, quam palmi ; sed in casu habēret plures repletiones, & præsentias palmares replicatas, & invicem interruptas ; ideoque ex replicatione in infinitis locis non sequitur ubiquitas.

Resp. 2. Permissō, quod tale corpus posset esse ubique, negando, hinc sequi, fore immensum. Nam ad im-mensitatem requiritur , sicut ad æternitatem, quod conveniat rei ex principijs intrinsecis , & non merè contingenter , sed necessariò ; & etiam, quod à nullo loco possit cir-cunscribi ; & pariter quod per vni-cam præsentiam sit necessariò in pluribus locis, etiam infinitis ; si da-rentur; & denique , quod sit totum in toto spatio , & totum in qualibet parte; quæ omnia nullatenus conve-nirent corpori etiam in infinitis lo-cis replicato.

31 Dices ex Complut. si aliqua crea-tura posset tanquam causa prin-cipalis producere aliquid ex nihilo, licet per participationem à Deo, il-la esset & non esset crea-tura, quia ha-beret ; & non haberet omnipoten-tiam : ergo si aliquod corpus habè-ret à Deo virtutem principalem re-ppletivam in actu primo omnium lo-corum, tale corpus esset, & non esset

immensum. Resp. instando argu-mentum in crea-tura producta ab æterno, & respon-sioneem contrario-rum adhibemus pro solutione. De-inde resp. 1. neg. seq. Si enim esset participabilis virtus productiva ex nihilo , crea-tura illam participans, non esset omnipotens, quia haberet virtutem cum dependentia ab alio. Resp. secundo, conc. antec. neg. con-seq. Disparitas est : quia potentia crea-tiva est virtus activa, quæ per-fectionem importat; at potentia re-ppletiva loci in corpore est potentia merè passiva ad plura , & plura vbi recipienda, quæ nullam dicit perfe-tionem. Vnde ex hoc non argue-retur infinitas, bend tamen ex illo.

32 Urgebis adhuc: corpus re-plicatum in infinitis locis produce-ret simul , tanquam fundamentum infinitas præsentias ; sed hoc arguit infinitatem : ergo. Resp. neg. mai. Quia corpora locantia tale corpus replicatum, etiam haberent relatio-nes præsentia ; nam deberent esse etiam in alio loco , vt diximus ; ac proinde impossibile est, tale corpus infinitas præsentias producere. Vel dic, & melius, vbi passivum, seu præ-sentiam produci in re locata per motum, seu per actionem moventis. Cum ergo illud corpus non posset virtute propria se mouere versus infinita loca; ideo infinitæ illæ præ-sentia producerentur à solo Deo replicante illud corpus; proindeque tale corpus merè passivè se habēret ad illa vbi recipienda.

Quest. III. An idemnum corpus possit circumscripsi bilocari? 31

33 Arg. 5. Implicat, aliquid simile esse in pluribus temporibus: ergo implicat, idem corpus esse in duplice loco simul. Conc. antec. neg. conseq. Disparitas est: quod plura tempora sunt essentialiter successiva; & ideo nequeunt esse simul, nec aliquid ipsis simul coexistere; plura vero loca simul coexistunt; atque ita idem corpus potest simul illis esse praesens. Praeterquam quod argumentum, sicut, & resqua, impugnat Mysterium Eucharistiae, ut ex se patet.

34 Denique obiciunt contraria plura inconvenientia, quae ex nostra sententia sequuntur. Primum est: quod corpus positum in duplice loco posset etiam naturaliter se ipsum in duplice loco constituere; nam tale corpus in quolibet loco posset naturaliter sua virtute moveri; & consequenter viribus naturae acquireret duas novas praesentias. Ex quo sequitur secundum: nam posset tale corpus naturaliter tibi ipsi occurrere; & tunc vel se ipsum expelleret; vel se ipsum penetraret, quantum verumque repugnat. Tertium: posset idem homo magnum exercitum confidere, & secum Chreas ducere, quod est radicalum. Quartum: posset eadem gutta aquae toutes replicari, ut inundaret univer- sam terram, & super illam solam na- vale premitum, sicut super totum ma- re posset committi.

Quintum: homo in uno loco exi- stens posset comedere, & nutriti, &

in alio egere, & esurire; immo posset homo in uno loco comedere, & in alio a Leone discerpi; vel in ore contundi, & dentibus destituiri; & idem panis in uno loco manducari ab homine, & in alio a cane. Sextum: si eadem aqua esset in duplice vase Romae, & Matriti, posset in uno loco effundi, & non in alio, ut patet; ac proinde fieret discontinuatio partium existentium in uno loco, & non in altero; eademque quantitas esset sibi continua, & a se ipso divisa. Septimum: corpus existens Romae, & Matriti posset Romae calefieri ab igne approximato, & non Matriti; & consequenter erit calidum in uno loco, & non in alio.

Octavum: si in uno loco corpori applicaretur ignis, & in alio nix; in uno loco calefieret, & in alio frigescieret; ac proinde naturaliter esset simul calidum, & frigidum. Nonnum: idem diaphanum, v. grat. idem crystallo, aut aer posset esse lucidus Romae, & Matriti tenebrosus, pricipue si Matriti poneretur in loco tenebroso, & Romae in loco lucido, & claro; quod quidem ait Palanc. non minus contradicit, quam esse mortuum, & vivum; nam sicut mors est privatio vitae, ita tenebrae lucis. Decimum: posset corpus moreri ad terminum ad quem, non recedendo a termino a quo, quod implicat; quia omnis accessus ad terminum ad quem essentialiter est recessus a termino a quo. Sequitur prob. si enim Deus vellat in homine

se movente conservare omnes præsentias circumscripтивas, quas successivè acquirebat per motum, tunc accederet ad terminum *ad quem*, & non recedefet à termino à quo. Ex quo sequitur, hominem posse currere, & non moveri, quod implicat. Undecimum: posset homo in uno loco infirmari propter aeris intemperiem, & in alio habere sanitatem. Duodecimum: posset in uno loco videre, quia adesset obiectum præsens, & in alio non videre, quia non adesset tale obiectum.

Hæc, & alia similia innumera, quæ intellectus contrariorum deterrunt, sublimi Doct. Subt. ingenio facillima sunt; pendent enim ex deceptione imaginationis innitentis Lensi; qui assuetus est corporibus in uno loco tantum existentibus. Sed ut fundamentaliter solvantur, dubium sequens excitat Subt. Doct.

DUBIUM INCIDENS.

An corpus in pluribus locis existens habet utrobique eadem accidentia?

* **S**upponimus 1. Corpus non fore ponendum in duplice loco per replicationem substancialijs ut iam productum in hoc loco, reproduceretur iterum in alio; & toties de novo producatur, quoties poneretur simul in distincto loco; sed solum id contingat per simplicem adductionem

eiudem corporis, producendo in ipso plura vbi. Et quidem primum constat ex eo, quod eadem res semel producta, & existens nequit iterum substancialiter reproduciri, quin prius destruatur, sicut res semel corrupta, & destructa, nisi prius iterum producatur, non potest esse terminus alterius corruptionis, & destructionis. Secundum vero patet: quia per positionem rei in pluribus locis corpus tantum acquirit esse accidentale, ratione cuius dicitur, esse, vbi prius non erat; & consequenter solum per simplicem adductionem poneretur in pluribus locis. Et confirm. quia rem esse in loco, est accidentis respectu illius: ergo esse in pluribus locis nihil aliud est, quam habere plura accidentia.

2. Dices: si res primo producatur à Deo in pluribus locis, nequit assignari, cur in uno sit substancialiter producta, & ad alium adducta, cum æquè primo supponamus à Deo creari, & in pluribus locis ponni; ergo semel producta in uno nequit in alijs simul ponni, quin de novo producatur. Resp. in tali casu recte substancialiter producendam in pluribus locis, non per plures productiones, sed per unicam cum pluribus praesentijs. Sicut enim quando est successivè in pluribus locis, succedunt distinctæ præsentiaz, sed non distincta substancialiter producta cum primo producetur in pluribus locis, esset substancialiter producta in omnibus, sed unica substancialia, &

valica actio, seu substantialis produc-
cio; quia ex multiplicatione po-
sterioris, seu accidentis non habe-
tur multiplicatio prioris, aut sub-
stantialis, licet hec substat omnibus
illis simul.

3 Supponimus secundo, acci-
denter, quo ad præsens, esse in du-
plici differentia: alia sunt essentialiter
priora ipso ubi, seu præsentia lo-
cali, id est, nullomodo in suo esse à
præsentia corporis in loco depen-
dent, licet petant, tanquam condi-
tionem insupplebilem produci per
motum in aliquo loco facta; huius-
modi sunt calor, frigus, mors, vita,
scientia, ignorantia, &c. Alia sunt
vel simul natura cum cum ipso ubi,
vel essentialiter posteriora ipso, id
est, dependent in suo esse à præsen-
tia in loco; ut sedere, ambulare, esse
distant, vel propinquum, esse sur-
sum, vel deorsum, videre, calefieri,
percuti, & alia similia. Hoc suppo-
sito. Triplicem propositionem suo
ingenio dignam affert Subt. Doct.
in 4. dist. 10. quæst. 2. §. Et pro istis
per tot. quibus omnia inconvenien-
tia contra replicationem corporis
in duplice loco adducta, tanquam
Sol nebulas disolvit.

4 Prima propositio est: *Quæcumque sunt priora essentialiter ipso ubi, uniformiter insunt corpori, quamvis habenti diversa ubi; nec variabuntur, variato ipso ubi. Quæ vero posterius, vel simul natura, variabantur secundum varietatem ipsius ubi.* Hoc patet: quia prius essentialiter non variatur propter variationem

posterioris, sed posterioris bene varia-
tur ad varietatem prioris. Quæ vero
sunt simul natura cū illo, variantur
cū illo. Secunda pars huius propositio-
nis à nullo. Auctore nostra senten-
tiæ negatur; atque ita corpus in du-
plici loco existens, posset habere
aliud accidens in uno loco, & non
in alio; quia posset in alio scribere,
& non in alio; & similiter posset ha-
bere accidentia opposita, ut hic esse
sursum, ibi deorsum.

Quoad primam verò partem ne-
gatur ab aliquibus Iesuitis conter-
dentibus posse corpus in uno loco
esse calidum, in alio frigidum hic
egrum, ibi sanum, hic mori, ibi vive-
re. Pontius tamen cum aliquibus Sco-
tistis sentit, quod licet naturaliter ac-
cidentia, quæ sunt priora, seu inde-
pendentia à loco deberent cum cor-
pore replicari, tamen supernaturaliter
posset aliter evenire, ita ut cor-
pus posset hic esse album, ibi nigru,
hic esse calidum, & non illuc.

Sed falluntur, quia accidentia in-
dependentia à loco, non possunt non
comitari corpus ubicumque illud
sit. Prob. corpus existens in duplice
loco est idem numero: ergo omnia,
quæ ei conveniunt absolute, & inde-
pendenter à loco, debent illi esse
nire ubicumque sit. Prob. conseq. im-
plicat, quod aliquid absolute con-
veniat alicui, & quod absolute non
conveniat; sed talia accidentia cor-
pori conveniunt absolute, & inde-
pendenter à loco: ergo implicat,
quod illi ratione loci non conve-
niunt;

5 Prob. 2. ex Sacro Sancto Eu-
charistiae Sacramento, in quo ex vi
verborum sub speciebus panis tan-
tum ponitur corpus, sub speciebus
autem vini tantum sanguis; attamen
quia naturale est, corpus comitari à
sanguine, & utrumque à quantitate
definiunt concilia, sub utraque spe-
cie esse corpus, sanguinem, & reli-
qua accidentia Christi D. ergo om-
nia accidentia absoluta (idem que
potiori iure dicendum de partibus
essentialibus, & integralibus) comi-
tantur corpus, ubiquecumque fuerit.

6 Prob. 3. præcipue contra
Scotistas: duo contradictoria, adhuc
divinitus verificari non possunt; sed
si corpus replicatum habèret acci-
dens absolutum in uno loco, & non
in alio, sequeretur contradicatio; nam
est etiam album, & non album, v.g. ergo
adhuc divinitus repugnat habere
aliquid accidens in uno loco, &
non in alio.

7 Nec respondere valet, illam
non esse contradictionem, quia non
est secundum idem, quia solum se-
quitur, corpus esse album hic, & non
ibi ratione diversorum locorum; si-
cet non est contradicito: *Petrus cur-
rit in foro, Petrus non currit in Ec-
clesia.* Nam contra est: quia ut ar-
guit Subt. Doct. in 4. dist. 10. quest.
4. §. De secundo membro à num. 10.
licet responsio teneat de affectioni-
bus, quæ convenient subiecto ra-
tione loci, ut sedere, & non sedere,
&c. non tamen est vera de accidenti-
bus absolutis, quæ rebus non con-

veniunt ratione loci; quia sicut af-
firmatio albedinis, v.g. non est nata
convenire ratione ubi; ita nec nega-
tio albedinis: ergo esse in hoc, vel
illo loco non potest efficere, quod
Petrus sit, vel non sit albus; ac pro-
inde nequit ratione loci esse albus
hic, & non albus ibi. Confirm. vr-
genter. ideo, (per vos) corpus potest
esse album in uno loco, & non in
alio, quia potest replicari corpus,
non replicata albedine; cum utrum-
que habeat distinctum ubi locale;
sed corpus equi, v. g. & eius anima
habent etiam distinctam præsen-
tiā, & sunt entia separabilia: ergo
poterit Deus replicare corpus equi,
& non eius animam; & consequen-
ter ratione diversorum locorum,
posset verificari, quod equus hic es-
set vivens, ibi mortuus, in uno loco
genitus, & in alio corruptus, quod
nullus Scotist. admittit.

8 Arg. 1. Licet albedo, v.g. in
sè, & secundum suam entitatem ab-
solutam non dependeat à loco, de-
pendet tamen, quatenus informans,
quia nequit dari informatio, nisi ex-
rema sint intime præsentia in eo-
dem loco: ergo præsentia localis
conducit ad hoc, quod corpus sit
album, vel non album. Confirm. li-
cet formam esse ut cumque unitam
subiecto non dependeat à loco, eam
tamen esse Matri unitam est de-
pendens à loco: ergo ex indepen-
dentiā unitatis à loco, ut absolute
existat, malè infertur independentiā
à loco, ut illa uno sit Matri: ergo

Dub.incid.an corp.in duob.loc exist.hab.vtrob.ead.accid. 35
vt corpus sit album hic, & ibi debet
albedo esse hic, & ibi; sed potest al-
bedo esse hic, & non ibi:erg. Secun-
do:accidens, & subiectum realiter
distinguuntur, & vtrumque habet
proprium vbi: ergo poterit Deus
producere in subiecto duplex vbi,
& non in albedine inhærente; &
consequenter poterit subiectum es-
se Romæ, & Matriti, & albedo in-
hærens solum Romæ. Tert. quæ con-
tingenter inter sè, & cum tertio
conjunguntur, potest vnum coniungi
cum tertio sine altero; sed albe-
do, & præsentia huius loci coniungun-
tur contingenter inter sè, & cum
corpore: ergo poterit accidens esse
in corpore, & non coniungi cum
aliquo loco, in quo est corpus.
Quart. humanitas Christi D. est vni-
ta Verbo Divino independenter à
loco; sed tamen non est in omni lo-
co, vbi est verbum: ergo non est ne-
cessere, quod forma vnitæ corpori in-
dependenter à loco sit, vbi cùmque
est corpus.

9 Resp. ad primum dist. antec.
dependet à certo, & determinato
loco, neg. antec. dependet à loco va-
gè, subdist. tanquam à causa, neg.
antec. tanquam à conditione, conc.
antec. & neg. conseq. in sensu expli-
cato. Licet enim anima, & albedo,
vt corpus informent, petant inti-
mam præsentiam (tanquam condi-
tionem) cum corpore in eodem lo-
co, non tamen petunt hanc, vel il-
lam præsentiam determinatè; &
ideò variato hoc, vel illo loco, ad-

huc corpus dicitur animatum hac
anima, & dealbatum hac albedine;
sed non dicitur præsens eadem præ-
sentia, nec distans eadem distantias;
ac proinde ad salvandum contradic-
tionem de formis absolutis à loco,
diversitas locorum impertinenter se
habet.

10 Dices: Tempus ita limitat,
& afficit huiusmodi prædicta, etiā
absoluta, vt diversitas temporis tol-
lat contradictionia: potest enim Pe-
trus esse hodie iustus, & cras pecca-
tor; sed talia prædicta non insunt
ratione temporis: ergo licet illæ
formæ non insint ratione vbi, diver-
sitas tamen loci poterit contradic-
toria tollere.

Resp. conc. mai. dist. min. non in-
sunt ratione temporis, nec illud con-
significant, neg. min. non insunt præ-
cisè ratione temporis, conc. min. &
neg. conseq. Disparitas inter tem-
pus, & locum in ordine ad contra-
dictionem salvandam est, quod ad
veritatem propositionum conti-
ngentium maximè facit temporis di-
versitas; quia cum verbum in illis
significet cum tempore, ideo veri-
tas talium propositionem respicit
determinatum tempus consignifica-
tum, in quo exerceatur. At talis ve-
ritas non semper respicit determi-
natum locum, quia verbum non con-
significat locum; ideoque in hoc in-
stanti potest esse vera hæc propo-
sitio: Petrus est albus, vbi cùmque sit
Petrus. Clarius: propositio contin-
gens idem sonat ac Petrus nunc est

albus; non verò sonat: *Petrus est albus hic;* & cum hoc sit non absolvi à tempore, pendet eius veritas à tempore consignificato; cum verò sit absoluta à loco, nullomodo à loco pendet eius veritas; ac proinde poterit esse vera, aut falsa ratione diversi temporis consignificati, sed non ratione loci.

11 Ad confirm. princip. argum. conc. totum usque ad subsumpt. quæ sic dicit. stante unione eius ad subiectum in aliquo loco, neg. subsumpt. non stante tali unione, conc. subsumpt. de quo postea. Licet ergo Petrum esse album Matriti reduplicativè pendeat ab ubicatione Matritense; tamen esse album absolute à nulla determinata ubicatione dependet, sed à qualibet praescindit; ac proinde nequit salvari contradic̄tio, quod sit albus, & non albus per hoc quod sit album Matriti, & non complut̄.

Ad 2. conc. antec. neg. utraque conseq. Quia licet quando accidens, & subiectum sunt separata, possit Deus replicare unum, aut praesentiam in illo sine alio, non tamen quando sunt coniuncta; necessitatur enim ex suppositione ad replicandum utrumque, ut vñctetur contradictione, quæ vitari non potest per diversitatem locorum, cum illæ formæ sint absolute à loco.

Ad 3. conc. mai. dist. min. quoad secundam partem, albedo absolute sumpta, conc. min. ex suppositione unionis cum subiecto, neg. min. & conseq. Licet enim albedo absolute

sumpta contingenter respiciat subiectum, & locum, in quo est subiectum, tamen supposito, quod sit unita, & informans subiectum in aliquo loco, necessariò est præsens cuicunque loco subiecti; quia ubicumque corpus est tale, necessariò habet illud, per quod est tale.

Ad 4. conc. mai. & min. neg. conseq. Disparitas est, quod humanitas ob eius limitationem est in adequatè unita verb. quod illimitatum est. At forma totaliter, & adæquatè unitur subiecto, si illud sit adæquatum. Vnde bene arguitur: *Corpus est hic,* & ibi: ergo albedo ipsi unita, etiam est hic, & ibi; non tamen valet: *Verbum Divinum est unitum humanitati in celo;* ergo humanitas est ubicumque est verbum; quia ille modus arguendi ab unione ad presentiam solidum valet, quando unito est totalis, & adæquata, ut est in corpore, & albedine; non verò quando est in adæquata, ut est in humanitate respectu verbi divini. Id constat in exemplo de anima: licet enim caput sit illi unitum, non equitur; erg. caput est ubicumque est anima; hæc enim est in pede, ubi non est caput. Videat Subr. Doct. cit. q. 3. §. Coelus. V. ad tert. n. 6

12 Dices cum Pontio: si ut verbū divinum est naturaliter illimitatum, ita corpus quoad esse in loco est illimitatum supernaturaliter; sed propter illimitationem naturalēm verbī divisiō non est necesse, quod humanitas sit, ubicumque est verbum; ergo propter illimitationem supernaturalē corporis non est necesse, quod

quod prædictæ formæ ſint, vbi cumque eſt corpus.

Respondent aliqui, diſparitatem eſſe quod illimitatio, & immensitas verbi divini neceſſariā p̄ſupponi- tur ad vniōnem naturæ humanae; ac proinde vno nature ad iſpsum ſe ha- bet ſicut formæ posteriores vbi reſ- pectu corporis, que ideo poffunt in vno, & non alio loco in eſſe corpori. At verò illimitatio ſupernaturalis corporis non p̄ſupponitur neceſſariā ad formas, que ſunt priores vbi, ideoque debent eſſe vbi cumque eſt corpus.

13 Sed contra 1. quia formæ ab- ſolute, v.g. calor adveniens corpori iam replicato, etiam ſunt posteriores replicatione, non quidem essentialiter, ſed accidentaliter: ergo poterit Deus non replicare formam, & illā vniōne ſubiecto in vno tantum loco: erg. ſaltim per accidens poterit for- ma abſoluta non eſſe, vbi cumque eſt corpus. Patet conseq. quia tunc cor- pus in ordine ad locum ſe habēret, ut illimitatum reſpectu formæ limi- tata. Secund. ad vniōnem naturæ hu- manæ, ut vno eſt, non p̄ſupponi- tur per ſecū, & essentialiter immenſitas verbi; ſic etiā enim per imposſibile verbum divinum non eſſet vbi que, poſſet & que benè terminare vniōnē naturæ humanae, ſicut modo: erg. ra- diis vno non eſt posterior per ſecū, & essentialiter verbo, ut immenso; ac proinde ſi hec accidentalis p̄ſup- poſitio ſuſcipt ad vitandam contra- diſtionem, etiam accidentalis p̄ſu- ppoſitio corporis replicati ſuſcipt ad illam tollendam. Tert. humanitas

verbo vnita, ſi eſſet vbi que, etiā vbi- que abſque nova vniōne eſſet vnita verbo (nō enim de novo vnitur mil- lies replicata in ſacramento) erg. im- mensitas parum conduceat ad ſalvan- dam contradictionem vniōnis hic, & non ibi. Patet cōſeq. quia novitas p̄ſentia non conduceat ad novita- tem vniōnis; ac proinde ſola immenſitas non eſt ad rem, ut humanitas dicatur hic vnita, & non ibi.

14 Melius erg. resp. neg. mai. Quia verbum divinum eſt illimitatum, non ſolum in ratione immenſi, ſed etiam in ratione vniſibilis; ac proinde ſe habet ac ſi habēret plures partes vnam vnitā, & alias non vnitas; pro- indeque ob novam virtualitatem po- teſt eſſe in hoc loco vnitū, & non in alio. At corpus non eſt illimitatum in ratione vniſibilis, quia nec formæ literæ nee virtualiter habet partes vniatas, & partes non vniatas; ideoque vbi- cumq; ponatur, ſecum fert ſuam vni- bilitarem ad actuū reductā, & ne- quit eſſe ſua entitas ſine tali actuatio- ne; & conſequenter verbū poterit eſ- ſe vnitum hic, & non ibi, ſecus autē corpus. Nec ultima impugnatio ad- ſolutionē p̄cedentē nos vrgit. Vbi- cumq; enīm ponatur humanitas verbi divini, ſenper eſt limitatam vni- bile, ac limitatæ, ſeu in adiquatè vni- ta; nee magis vniuit per novā p̄ſen- tiā, quā anteac conſequenterq; fieret de novo p̄ſens, ſed nō de novo vni- ta; ſenper enīm maneret illæ partes virtualeſ verbi divini non vnitæ reſ- pectu humanaſtatis, quia non eſt idē eſſe p̄ſens, & vnitū. Hoc autē, iux- ta ſolutionē impugnatam, non benè ſolvatur.

15 Secunda propositio Doct. Subt. haec est: *Sicut passum existens in uno ubi acciperet formam à duobus agentibus sibi ibidem approximatis; sic ipsum in duobus locis existens patierit ab eisdem sibi in illis duobus ubi approximatis;* & hoc intelligo de passione, quæ est ad formam absolutum. Cuius sensus est: quod quotiescumque passum existens in duobus locis immutatur ab aliquo agente extrinseco per receptionem alicuius entitatis absolutæ, & independenter à loco; eandem receptionem utrobique præsentem habet; intellige, materialiter; id est utrobique habet formam absolutam, licet non utrumque agens in utroque loco producat, sed unum hic, & aliud alibi.

Ubi adverte, quod quando Doct. Subt. ait: *Secundum formam absolutam*, non ideo excludit quamcunque formam relativam à coexistentiā cum corpore in diversis locis, sed solum illas, quæ sunt posteriores ubi; si enim formæ relativæ sunt à loco independentes, ut similitudo, identitas, & qualitas, &c. etiam essent replicatae cum corpore in pluribus locis. Prob. Subt. Doct. suam propositionem: ut aliquid subiectum patiatur ab agente, solum requiritur forma activa ex parte agentis, potentia passiva ex parte passi, & approximatio utriusque; sed lignum; v.g. approximatum igni Romæ, & idem lignum approximatum igni Matriti hoc haberet; ergo posset

pati ab utroque igne in utroque loco; id est calor ab utroque igne productus, qui est actio, & passio materialiter, esset in utroque loco cum ligno, licet nec actio, nec passio pro formaliter essent in utroque loco, sed una hic, & alia ibi.

16 Tertia propositio est: *Sicut corpus in uno ubi existens se haberet in ratione activi ad diversa sibi approximata in illo ubi, sic ipsum ut existens in duobus ubi, se haberet ad eadem sibi in illis ubi approximata.* V. g. pone mille ligna in uno loco penetrata, & debitè approximata huic igni; si ignis posset simul illa ligna comburere, hoc etiam posset replicatus in distincto loco cum quolibet ligno; si verò non posset nisi centum penetrata comburere, non amplius posset, etiam si in infinitis locis simul replicaretur, quia per replicationem præsentiarum, non augetur virtus activa rei locatæ, nec intensivæ, nec extensivæ. His propositionibus benè intellectis, facile est, omnia inconvenientia ex cogitabiliā disolvere. Quare.

17 Ad primum quæst. antea obiectum, conc. seq. & neg. id esse absurdum, ut patet ex tertia propositione Doct. Subt. sicut enim cæcus naturaliter videret (post receptum visum à Deo) & movens se moveret virtute propria per vacuum à Deo divinitus factum; & Christus D. ambulavit super aquas, quia illæ actiones essent naturales quoad substantiam, & solum supernaturales quoad

modum; ita supposita replicatione corporis, posset virtute propria moveri in pluribus locis; illæ tamen præsentia, quas de novo acquireret essent naturales secundum substantiam, licet similitas cum alia, & cum alijs solum refunderetur in Deum volentem adhuc corpus conservare in multis locis, in quo staret supernaturalitas talis motus.

18 Ad secundum conc. tale corpus posse sibi occurrere loquendo tamen de expulsione distinguendum est. Si enim corpus sibi occurreret secundum eandem partem quantitatis, nec se penetraret, nec se expelleret, sed solum esset sibi incompatible reduplicativè ut locatum, seu sub tali præsentia (intellige casu, quo Deus veller adhuc in duplo loco illud conservare, & alias non se expelleret, nec de novo vniatur, sed solum amitteret unam ex præsentia sibi invicem immediatis, & coniunctis.) Si vero sibi occurriret secundum diversas partes quantitatis, v.g. parte dextra occurrente sinistra, non se penetraret, sed se expelleret quoisque per eandem partem sibi occurrat, & Deus nollet amplius esse replicatum, quia pars sinistra cum dextra adhuc defacto impenetrabilis est.

19 Ad tertium conc. totum, sed notando, iuxta secundam propositionem, quod ille homo replicatus non majori virtute pugnaret, quam si esset in uno tantum loco. Ad quartum patet per idem, adverten-

do, quod illa gutta possit omnia animalia summerge; ad hoc enim non requiritur additio virtutis, sed sufficit replere guttur animalis impediendo ingressum aeris, quo respirare non possent; non tamen posset supra illam committi navallè bellum, quia hoc in ipsa videtur arguere maiorem virtutem activam, vel sustentativam. Casu tamen, quo Deus veller guttam aquæ immortam manere, & cum præsentia, quas ante habebat, posset fieri bellum super illam; tunc enim nullum pondus, aut corpus ipsam posset ab aliis quo ex illis locis expellere.

20 Ad quintum: ille homo in uno tantum loco comedere, quia haec actio est motus localis pendens à præsentia loci; immò habèret cibum intra sè in uno loco, & non in alio, quia cibus incoctus, cum non sit vnitus viventi, sed tantum approximatus, posset esse cum ipso in uno, & in alio non. At in omnibus locis nutritur, quia nutritio fit per uniuersum continuativam partis noviter aggenerata cum vivente, & cum uno sit independens à loco, nequit nutriti hic, & non ibi. Vnde in uno loco ægeret, si saturitas consistat in acquisitione partium; si vero consistat in repletione corporali stomachi, posset in uno ægere, & non in alio. Videat. Subt. Doct. quest. 2. tit. num. 16. Ex quo patet, quod si à Leone discerperetur in uno loco, non posset in alio comedere, præcipue si in primo impetu ora commi-

nueret, quia destrueret vniōnem partium, quibus sit comēsio. Tandem: possent homo, & canis come- dere eundem panem, ac si invicem compenetrati, iuxta secundam pro- positionem; notando, quod cum pa- nis frangatur per destructionem vniōnis continuativæ, pars disconti- nuata ab uno non posset ab alio dis- continuari; nam vniō, vel carentia illius prēscindunt à loco; & nequit dari discontinuatio in uno, quin detur etiam in alio. Vnde non pos- set totaliter ab vitroque discontinuari. Si autem totus panis immit- teretur in stomachum hominis, & canis, una pars converteretur in sub- stantiam hominis; & alia in substan- tiam canis, iuxta maiorem, vel mi- norem activitatem virtutis conver- givæ cuiuslibet.

21 Ad sextum concedimus ca- sum, & neg. seq. Duplex enim con- tinuitas potest considerari in aqua, una per comparationem ad totum, & ista si deperditur in uno loco, etiam deperderetur in alio, licet di- visio in uno tantum loco fiat. Alia continuitas est per comparationem ad locum; & hæc, si amittitur in uno loco, non ideo amittetur in alio. Nunc ergo si aqua effunderetur in uno loco; non ideo effunderetur in alio, sed cum hac differentia, quod si effunderetur tota in uno loco abs- que discontinuazione partium, tunc in alio loco neque esset effusa, neque discontinuata. Si verò in uno loco effunderetur pars, remanente parte

in vase, cum per hanc effusionem tol- latur continuatio partium, etiam in alio debèret tolli, quia hæc vniō non dependet à loco. Vnde in illo alio loco semper maneret collecta in illo vase; nam figura situalis, & extrinseca dependet à loco; & sic mutata in uno, non mutaretur in alio; atque ita in alio vase aqua col- lecta, vel esset continua, vel solum contigua, iuxta modum effusionis, nunquam tamen esset ibi effusa.

22 Ad septimum: vel calefa- ctio sumitur pro actione, vel pro termino actionis, seu pro forma pro- ducta, & vniōne illius ad subiectum. In primo sensu calefieret in uno lo- co, & non in alio; quia actio, & pas- sio, cum siant per contactum, & approximationem agentis ad pas- sum, dependent à loco. In secundo sensu in quolibet loco habèret ca- lorem sibi vnitum. Vnde calor non produceretur in eo, nisi hic, nec ca- lefieret nisi hic; sed tamen esset ca- lidum in quolibet loco; non quia agens creatum habeat virtutem ad agendum extra propriam sphærām; sed quia per se primo producit for- matam in hoc loco; & concordanter ratione identitatis subiecti teneret. Deus ex vi prioris miraculi, seu re- plicationis replicare etiam formas, (quæ non dependent à loco) ab agente naturali hic, vel ibi produ- cas; ad quod necessitatibus ex sup- positione replicationis, ne sequatur contradic̄tio.

23 Liges vniō pertinet ad præ- dicas

dicamentum Passionis, vt diximus ex Subt. Doct. lib. 1. disp. 4. quest. 3. num. 3. sed vno replicatur per nos: ergo, & passio; & consequenter etiā actio; ac prinde vel ignis Romæ non producit calorem, vel producit in omni loco, quod implicat agenti creato. Resp. vniōnem esse passionem, non relata ad formam habitam, sed etiam ad agens; ideoque solum erit passio in instanti, & in sphæra activitatis agentis; ac proinde post tale instans, & extra illam sphæram non erit passio, cum ei deficit correlativum, scilicet, agens, & remanet in ratione vniōnis, non passionis. Præterquam quod Subt. Doct. ibi non assertivè, sed conditionatè loquitur.

24 Ad octavum dicant contrarij, quid contingere si corpori nunc existenti in uno loco simul nix, & ignis applicarentur? Et suam solutionem adhibemus. Dicimus erg. in tali casu, vel unam causam impediare aliam; ita vt neutra ageret, vel illa tantum ageret, quæ prævaleret; vel agerent ad effectum quemdam medium; atque ita illud corpus esset ratiōnē frigidum, & calidum, quod modo naturaliter contingit. Nota tamen, quod ignis, & nix si applicarentur corpori in uno tantum loco, se impeditent, vel remitterent per se primo propter approximationem ad invicem; si vero applicarentur corpori in diversis locis, non per se primo, sed tantum concomitanter se impeditent, vel remitterent: quatenus Deus replicaret calorem, aut

frigus, quo redderet corpus indistinsum ad recipiendam actionem ignis, vel nivis; vel saltim temperaret connotatum vtriusque.

25 Ad nonum conc. casus. Quia esse lucidum, vel illuminari dependet in fieri, & conservari ab agente; & cum hoc non possit agere ad quacumque distantiam, solum posset illuminare corpus intra sphæram suæ activitatis. Vnde posset crystallum esse lucidum hic, & non Romæ absque contradictione, quia illæ propositiones dependent à loco in sui verificatione; nec sunt sicut vita, & mors, quæ non dependent à loco, sed sunt absolute ab illo.

26 Ad decimum. Casu, quo Deus conservaret in homine præsentias, quas successivè acquireret, non ideo absolute maneret immotus, sed immotus in uno loco, & motus ad aliud. Et cum dicitur, quod accessus ad terminum ad quem est recessus à termino à quo distinguitur: loquendo de terminis secundarijs, & concomitantibus, qui sunt positivi, neg. loquendo de terminis primis, quales sunt forma, & privatio; vel esse, & non esse in hoc loco, sub dist. accessus ad terminum ad quem essentialiter est recessus à termino à quo secundum eandem presentiam, neg. secundum diversas, conc. corpus igitur successivè motum cum conservatione presentiarum maneret in uno loco, & recederet ab illo, non ratione illius presentie, sed alterius absque

contradicione; quia cum motus localis fiat in loco, posita distinctione loci, potest poni distinctio motuum; immo quies in uno, & motus in alio. Et cum additur, quod posset homo currere, & non moveri, resp. implicare cursum sine motu in aliquo loco, sed non requiritur motus in omnibus; & ideo bene sequitur: *Currit: ergo moveretur, sed non sequitur: Currit: ergo in omni loco, in quo est moveretur.* Nam casu quo Christus D. curreret in celo, moveretur ibi, & non in Eucharistia; & si Sacerdos successivè consecraret mille panes ordinatim positos, acquireret Christus D. alium, & alium locum absque desitione prioris.

27 Ad undecimum iuxta qualitatem activitatis aeris proficii, vel noxijs deberet attendi infirmitas, vel valetudo hominis, ut dicebamus de igne, & nive. Unde qualitates imprimis in omni loco replicarentur; sed quilibet aer non nisi in suo loco exerceret actionem, iuxta dicta.

Ad ultimum conc. seq. Nam visio pendet a presentia locali obiecti. Unde extra sphaeram sive activitatis videre non posset, cum hac

tamen differentia: quod si actus vitiales identificant secum respectum tendentiae in obiectum, tunc homo nec videret, nec haberer qualitatem absolutam visionis, nisi in illa sphera, in qua obiectum esset praesens; nam ex duobus realiter identificatis nequit unum esse in loco, in quo non sit aliud. Si vero respectus tendentiae est separabilis a qualitate absoluta actus, haberer qualitatem unitam in omni loco, quia hec a presentia locali praescindit; non tamen haberer respectum attingentiae obiecti, quia id dependet a presentia locali; & ideo hic videret, non ibi, quia ad exercitium visionis non sufficit qualitas absoluta, sed requiritur etiam respectus attingentiae obiecti. Loquendo vero de intellectione, volitione, imaginatione. & alijs, que non dependent ab actuali presentia obiecti in se, licet in uno solo loco occasionarentur, quia tamen permanent, deberent in omni loco exerceri, & concomitanter replicari. Unde cogitationes, vel voluntiones bona, vel male, peccatum internum, & actus virtuosus in omni loco deberent esse.

DISPUTATIO II.

De Vacuo.

Qvia ad eandem scientiam pertinet agere de contrariis, ideo post quam egimus de loco, modo de vacuo, quod privativelli opponitur, hic breviter egimus.

QUÆSTIO VNICA.

Continens plura dubia circa vacuum.

¶ **U**acuum, aliud est negativum, seu interminatum; aliud privativum, seu terminatum. Primum est inane illud extracælum, seu spatiū imaginarium; & vocatur interminatum, quia non terminatur, aut cingitur aliquo loco, vel corpore. Secundum est locus non repletus corpore; vt si Deus ab hoc gymnasio auferret omnia corpora contenta, quæ sunt intra illum, tale spatiū diceretur vacuum, aut locus vacuus; & de isto agimus cum Arist. in præsenti. Definitur que ab Arist. hic: *Est locus non repletus corpore, aptus tamen repleti.* Ly locus ponitur loco generis, non tamen sumitur formaliter, seu pro respectu ad locatum, sed materialiter pro superficie corporis potentis aliud continere; nec est propriè genus, sed subiectum, per quod tanquam per genus concretum accidentale vacui, sicut, & cætera definitur. Additur *carens corpore*, quia si existeret ibi aliqua substantia spiritualis, aut corporea sine quantitate, neutra impediret vacuitatem. Licet enim substantia se sola repleteat & occupet locum, non tamen tollit vacuum in sensu, quo hic loquimur; sed sola quantitas, sive corpori unita, sive separata id præstat; nam repletio opposita vacuo est illa, quæ

facit partes loci extensas, & distantes, ne in unum coeant. Vnde aliqui (nec immerito) addiderunt definitioni *corpore quantitative*. Denique dicitur *aptus tamen repleti*, ad denotandum, quod negatio, quam vacuum importat, non est simplex; sed privatio, quæ connotat aptitudinem subiecti. De hoc ergo vacuo.

2 Inquires 1. An detur de sa-
do in rerum natura? Resp. regai-
vè cum communī. Et ratio proba-
tiva desumitur ex varijs experien-
tijs certè mirabilibus, quibus appa-
ret, naturam maximopere vacuum
refugere; nam aqua, quando per fi-
stulam atrahitur, ascendit sursum
ad replendum locum relictum ab
aere; & quando tabula super aquam
expansa vndequaque simul eleva-
tur, tunc aquam suum attrahit, ne
detur vacuum inter ipsam, & aquā,
adhuc per brevissimum tempus; si-
militer scopulem, cum tormentum
bellicum proiicit, magnum sonitum
efficit ratione aeris subintrantis per
foramen, in quo prius acceditur
sulphureus pulvis; item aqua contra
propriam inclinationem detinetur
in clipsidra, clauso superiori orifice,
quanquam inferius sit apertum
pariter latera folium nulla vi sepa-
rari possunt, si impediatur aeris in-
gressus ad implendum vacuum. Ex
quibus, & alijs experientijs colli-
gunt Philosophi, hanc esse rerum
naturam, vt vacuum abhorreat. Sed
licet hoc ita sit, non tamen facile in-
venitur ratio, cur natura tantopere

vacuum refugiat? plures enim quæ adducuntur ab Auctori bus, nihil convincunt. Quare illis omissis.

5 Resp. cum Subt. Doct. in 3. dist. 27. §. Iterationes, num. 12. to am rationem esse voluntatem Dei, seu extrinsecum Dei decretum, quo determinavit hoc universum unum, & contiguum conservare. Sed tamen huius voluntatis aliqualis conuentia assignari potest: nam enim est perfectior, quam pluralitas, & discontinuitas; ideoque natura semper tendit ad unum e modo, quo possibile est; sed mundus, non potest esse unus unitate continuitatis; aliis non possent corpora moveri, quin totus mundus moveatur: ergo saltim erit unus continuitate, & connexione; sed bonum totius debet preferri bono particuli alicuius: ergo ratio, cur multi effectus eveniunt contra proprias, & peculiares affectiones rerum, non alia esse potest, nisi ut salvetur ista contiguitas, quæ est bonū commune.

Nec experientiae aliquæ adduci soli⁹ oppositum suadent; nam cum vas plenum aqua, & omnino compactum hiemis tempore exponitur frigori, & aqua congelatur, minoremque occupat locum, quo videatur, aliquid vacuum remanere, re vera non datur vacuum, quia vel ingreditur aer per tenuissimas rimulas, vel si illæ non sunt, rumpetur vas per partem debiliorem, vel designandam ab Auctore nature, si omnes sint æquales in fortitudine, ut sepe experti⁹ est, & nos vidimus.

Similiter, cum due tabulæ perfectè planæ sunt coniunctæ, & una elevatur, tunc nec datur vacuum in centro, nec datur motus instantaneus aeris ingredientis; sed una ex tabulis nequit naturaliter elevari æquiter secundum omnes partes, sed prius secundum unam, quam secundum aliam; atque ita aer successivè ingreditur ad replendum illud spatium. Si vero secundum omnes partes simul elevaretur, vel elevaretur utraque tabula, si agens ad id haberet virtutem, vel nulla elevaretur, ut videtur in ipsa tabula existente in aqua, quæ ipsam aquam elevat, quovisque partes aquæ discontinuantur, incipiendo ab extremitatibus, faciendo gibbositatem, seu pyramidationem versus medium. Pariter licet cœli simi sphæricæ figuræ, & Empyreum sit quadratum, iuxta illud Apoc. 2. 1. *Civitas in quadro posta*, tamen inter Empyreum, & primum mobile non sunt cavitates aliqua vacuae, quia Empyreum solum est quadratum, quoad superficiem convexam, quoad concavam vero est sphæricum; atque ita ex illa parte non habet angulos, in quibus vacuitas dari possit.

4 Inquires 2. an naturaliter possit dari vacuum? Et supponimus, vacuum dari posse de potentia Dei absoluta; quis enī negat, posse Deum expellere totum aerem ab hoc gymnasio, non permittendo, aliud corpus succedere? Aut anihilare omnes creaturas sublunares, conservatis cœli? Unde dubius ad agentium naturalium

Vires devolvitur. Resp. ergo sub distinctione: quod, stante divino decreto, nullum agens naturale potest causare vacuum; at præcissivè ab illo, & attentis solum naturæ viribus, posset agens naturale causare vacuū. Prim. pars facilè prob. ex Subt. Doct. in 2. dist. 2. q. 12. n. 3. v. Videntur: ordo prefixus à superiori agente est necessarius cuicunque agenti inferiori, quia non potest agens inferius virtutem superioris superare; sed Deus determinavit universum esse contiguum; nec in illo dari vacuum: erg. non potest talis ordo à creatura immutari; quo sensu Paulus ad Heb. 2. dicit: *Non enim subiecit Deus Angelis orbem terræ.*

5 Secunda verò pars prob. Magis inclinatur res ad coniunctionem cum alia eiusdem rationis, quam cum alia diversæ rationis; nam duo carbones accensi, v.g. consueti conservantur, & unum contignum aquæ destruitur quoad ignem, & calorem; sed non obstante tali inclinatione, potest agens creatum illos separare: ergo poterit saltim Angelus expellere aerem ab hoc gymnastro, & arcere quodlibet aliud corpus, ne huc ingrediatur. Confirmat. ex Subt. Doct. in 3. dist. 27. §. *Illustrationes*, num. 12. corpus, v. g., aqua ascendens sursum non moveatur naturaliter, sed violenter ad replendum vacuum, moveatur enim extrinsecè à Deo, seu virtute regativa universi: ergo præscindendo à regione Dei, aqua naturaliter quiesceret: ergo naturaliter posset dari

vacuum, attenta natura rerum, & præcissivè à decreto.

6 Dices: quælibet res magis inclinatur in bonum totius, quam in bonum proprium, vt appareat in manu se se ictui offerente ad protegendum caput, vt potè magis bonum; sed contiguitas est bonum totius vni versi: ergo magis inclinatur in illud quam in sè; & consequenter nullum agens creatum potest causare vacuum. Neg. mai. Nec exemplum de manu quidquā probat. Solom enim sequitur, quod totum, scilicet homo magis diligit bonum sui, vel partis principalioris, quam minus principalis. Vnde manus ex suo appetitu non se exponit, sed homo exponit ipsam, quia magis vult perdere partem minus principalem, quam totum aut partem principaliorum. Et sic se habet Deus relatè ad universum; quia cum bonum totius magis diligit, quam bonum partis, moves illas violenter; & contra suam naturam propter bonum totius, seu universi.

7 Inquires 3. à quo moveantur corpora ad replendum vacuum? Circa hoc dubium varie discurrunt Auctores. Sed breviter dicimus, duo principia ad talē motum concurre. Primum est Auctor nature volens, universum esse unum contigitate, & ad eius colligationē semper concurre; qua supposita generali voluntate, illud corpus immediate moveatur ab agente móvēte illud corpus, scilicet loca aliquid corpus violenter móritus succedit, v.g. cū quis per

fistulam attrahit aerem , & post ipsum , aquam , aqua illa movetur ab attrahente aerem . Prob. ex Doct. Subt. in 4. dist. 43. quæst. 5. §. De secundo. v. Nunc autem , num. 6. quod esse & tivè moveat unum corpus localliter effectivè , quoque expellit aliud : ergo pariter quod effectivè moveat unum corpus , effectivè quoque moveat aliud naturali colligatione coniunctum . Patet conseq̄ Ideò qui moveat unam tabulam conglutinatam alteri , moveat quoque alteram , & plures , si conglutinatae essent , quia supposita colligatione virtusque , nequit unam moveare , quin & alias moveat ; sed corpora universi , quali conglutinata sunt , & colligata ex divina lege : ergo illa supposita , & conservante contiguitatem illud agens , quod effectivè moveat unum corpus , non potest non moveare etiā effectivè aliud . sibi succedens . Ex quo .

Constat , quod quando Doct. Subt. ait , virtutem regitivam totius movere partes univerbi , prout congruit bono totius ; non ita debet intelligi , vt solus Deus sine media causa secunda talia corpora moveat , sed ita , vt volens Deus conservare contiguitatem partium , agens illud , quod moveat corpus recedens , moveat quoque succedens , saltim mediatè , quia supposita colligatione à Deo statuta , connaturale est , quod agens movens effectivè unum corpus moveat consequenter aliud ei naturali vinculo coniunctum .

8 Dices : ex illa alligatione non potius debet corpus recedens trahere postea corpus subsequens , quā corpus subsequens impellere corpus recedens : ergo motus corporis ascendentis ad impediendum vacuum provenire potest à corpore impellente , & succedenti ipsi . Resp. neg . antec . Nam corpus succedens non potest virtute innata moveare corpus recedens , quia grave ex se non habet virtutem sursum impulsivam , sed deforsum ; at agens habet virtutem attrahendi aerem ex fistula , & cum videamus aquam ascendere talis motus tribui debet attrahenti aerem , præcipue ; quia talis motus non incipit ab aqua , sed ab aere , ut patet : quod fieri non posset , si aqua aerem moveret , & activè expelleret . Sed

9 Instabis : si aer fistula est colligatus aquæ , cur aqua non detinet aerem , ne discedat ; immo aer attrahit aquam , cum vitroque modo impeditur vacuum ? Resp. Deum suaviori modo res , quas condidit , administrare ; suavius autem est sine re causas secundas motus suos agere , quam illos impedire . Si ergo aqua detineret aerem fistula , impedit motum attrahentis ; ac proinde melius vitatur vacuum per hoc , quod attrahens aerem moveat aquam , quam è contra ; immo illa aqua non ab alio detineri posset , nisi à Deo , ad quem non est recurrentum , dum adhuc causæ naturales ; & ideo conaturalius est , aquam attrahi ab agen-

te naturali, quam aquam detineri.

10 Inquires 4. An motus gravium sursum, & levium deorsum ad impediendum vacuum sit illis naturalis, an violentus? Resp. esse absolute, & simpliciter violentum respicit aquæ, v.g. Prob. ex Subt. Doct. in 3. cit. ab eadem forma ad unum determinata nequeunt duo oppositi motus provenire simul, & semel; sed cum aqua attrahitur sursum ad impediendum vacuum, resistit, & conatur detinere, & impedire motum illum; nam in fistula sentitur pondus aquæ, quod est signum resistentiae: ergo nequit simul concurrere ad motum sursum. Confirm. si aqua naturaliter concurreret ascendendo ad replendum vacuum, tunc exercitium illius inclinationis, aut tolleret, aut minueret resistentiam gravitatis; sed hoc est contra experientiam; nam eadem portio aquæ in vase, & in clypeidraga qualiter ponderat, & eadem resistentia sentitur in elevatione unius lapidis alterius uniti ad replendum vacuum, ac si propter aliam causam elevaretur: ergo. Prob. mai. quia nequit eadem virtus activa duos motus oppositos eodem conatu exercere: ergo si aqua cauaret motum sursum, non posset simul eodem conatu propendere ad motum deorsum. Secund. multoties res ad replendum vacuum destruitur; ut si calor contiguaretur aquæ; vel frangitur, ut cum congelatur aqua in amphora omnino clausa; sed destructio repugnat esse conan-

turalis alicui: ergo.

11 Dices ex Doct. Subt. in 4. dist. 49. quest. 13. §. *Ad rationes.* ¶. *Ad tertium, num. 13.* Aquam esse sursum, ut salvetur plenum in universo, non est simpliciter violentum; immo si runc descendere, relitto vacuo esset simpliciter violentum, & secundum quid naturale: ergo. Resp. hunc textum non bene intellectum plures Scotistas decepisse, distinguentes in aqua, v. g. duplarem inclinationem; unam secundum propriam, & peculiarem naturali, quia appetit ascensum; aliam secundum quod est pars universi, qua appetit ascensum; ac proinde talis ascensus ad impediendum vacuum esse simpliciter naturalem aquæ, quia est iuxta inclinationem superiori, & secundum quid violentum, quia est iuxta inclinationem inferiorem. Sed falluntur, quia Doct. Subt. non comparat motum sursum ad aquam secundum se, & ut pars universi, sed ad aquam ex una parte, & ad universum est alia; si comparetur ad aquam, & omnino violentus; si ad universum est omnino naturalis. Vnde cum addit, quod simpliciter loquendo motus ille diceretur naturalis, & secundum quid violentus, non comparat naturalitatem, & violentiam ad aquam; sed ait, quod absolute, & simpliciter loquendo, motus ille esset naturalis, quia naturalitas universi, cui motus ille est conformis, est magis principium naturalitatis, quam natura peculia-

ris aquæ, cui motus ille opponitur; vñ diximus de manu, quam homo exponit ad protegendum caput; legatur attente Doct. Subt. ibi.

12 Inquires 5. an corpus possit moveri per vacuum? Resp. posse moveri tam in vacuo interminato, quam terminato. Prob. nunc absolute: ad motum sufficit, quod dentur movens, mobile, & extrema, à quorum uno possit mobile transire ad aliud sed tam in vacuo terminato, quam interminato est movens, scilicet Deus, & potest esse mobile, v.g. lapis, & extrema, nimirum presentia correspondentes diversis partibus divinæ substantiæ: erg.

13 Dices: motus localis non potest esse sine loco; sed in vacuo nullus est locus, quia nulla est superficies corporis ambientis: ergo. Resp. ex hoc solum colligi non posse corpus per vacuum localiter moveri: quia ad motum localem requiritur superficies immediate, & proxime continens, & ambiens locatum, non tamen, quod absolute non moveretur, quia moveretur modulationis, qui attenditur penes determinatas partes virtuales divini substantiæ per totum illud spatium diffusæ. Vnde per motum in vacuo acquireret ubi praesentiale, quod est terminus per se motus lationis, seu in vacuo factus.

14 Prob. 2. descendendo ad motus in particulari; nam in primis posset Angelus se ipsum, & aliud mobile localiter moyere, quia à

medio pleno nullomodo dependet. Similiter: posset in vacuo fieri motus proiectorum, præcipue si talis motus fieret per impulsum, seu qualitatem impressam. Et ratio est: quia defectus corporis in medio potius iuvaret ad motum, quam eum impedit, deficiente enim corpore intermedio, nihil datur, quod resistat motui: ergo in vacuo posset fieri motus proiectorum. Pariter: posset agens naturale proprijs viribus motus suos agere, quia in agendo non dependet essentialiter à motu celestis ita ut isto cessante, etiam illi cessare debeant; nam dum tempore Iosue Sol stetit, adhuc causa sublunares proprias actiones exercebant. Vnde si aliquod vivens habet aliquid applicatum, & respiratio non impediret, posset nutriti, augeri, & generare; si materia semenis esset in loco proportionato; & si esset homo, posset intelligere; immo sensationes tactus, & gustus exerce-re, si sensibilia essent approximata; quia non dependent iste operaciones à medio pleno; non tamen posset videre, & audire, quia ad visionem, & auditionem requiruntur species sensibiles in medio ab obiectis productæ; & in vacuo nullum esset medium, seu subiectum, in quo illa accidentia reciparentur.

15 Deinde gravia, & levia possent naturaliter in vacuo terminato localiter moveri, quia ad rationem loci naturalis non tantum corpus continens attenditur, quam situs

situs yniversi , ut videtur innuere Subr. Doct. in 2. dist. 2. quest. 10. §. Concedo. ¶ Ad istam conclusionem, vbi ait: *Quia si per impossibile nullum grave esset in centro, sed tota terra amata ab eo, & remanente centro sub sola ratione centri, ut prius adhuc grave naturaliter tenderet ad centrum.* Sed in vacuo terminato verè essent centrum sursum , & deorsum : ergo possent naturaliter moveri. Pater conseq. quia ad motum naturalem gravium , & levium ista solum præquiruntur; in vacuo autem interminato non possent naturaliter moveri; ibi enim neque esset sursum, nec deorsum, quas positiones petit motus naturalis gravium , & levium. Tandem possent animalia in vacuo. interminato motu progressivo moveri , quia ad talem motum non determinantur à tali positione , seu situ yniversi, sed à virtute motiva, scilicet, a suo appetitu , seu imaginatione, à qua determinantur, dum moventur in plenos imò. & in vacuo terminato moveri possent , quia utrobique eamdem virtutem haberent.

16. Adverte tamen, quod dum animalia motum progressivum in vacuo interminato exercerent, non indigerent aliquo nisi , quia hoc solum indigent , quando sunt capacia motus deorsum , in quem propter suam gravitatem , inclinantur; in tali enim casu non essent capacia eis motus ut patet. At in vacuo terminato, vbi ad situm attenditur, non possent moveri sine sustentaculo

sub pedibus ; alijs deorsum descendenter, cum essent gravia, sicut modo. Vnde sine substantante non posset in tali vacuo volatus avium confici.

17. Inquires denique : an talis motus foret successivus. Resp. affirmativè. Ita Subr. Doct. cit. quest. 9. §. Ad quartum, num. 40. Prob. Successio motus provenit ex aliqua resistentia ; sed in vacuo datur huiusmodi resistentia ergo. Prob. min. licet enim in vacuo non esset resistentia accidentalis ; nempe , illa , quæ provenit ex raritate , vel densitate medijs; esset tamen resistentia essentialis, scilicet illud spatium , & distantia terminorum, quæ nequit simul pertransiri ; sed prius debet secundum ynam partem pertransiri, quam secundum aliam : ergo in vacuo datur aliqua resistentia, & consequenter motus in vacuo debet esse successivus.

18. Prob. 2. quia si inter terram , & lunam esset columnæ , & reliquæ spatium vacuum ; & propè columnam descenderet corpus palmare, v.g. tunc tale corpus palmare non descenderet in instanti: ergo descendere motu successivo. Conseq. tener. Antec. prob. tale enim corpus palmarum in tali casu non esset simul praesens omnibus partibus columnæ; alias esset æqualis longitudinis cum illa, quod est absurdum: ergo debet modo esse praesens yni parti columnæ, & postea alijs; & consequenter successivè moveretur. Confirm. quia si unus lapis poneretur in su-

mitate istius columnæ, & alter in me-
dio, non possent æquè cito pertinge-
re terram, si essent æqualis gravita-
tis, & æquali impulsu impellerentur
à caulis moventibus: ergo unus mo-
veretur citius altero; & consequen-
ter motus esset successivus.

19. Dices: si corpus moveretur
à Deo per vacuum, moveretur in
instanti; divinæ enim virtuti non
repugnat, corpus in unico instanti
movere: ergo etiam corpus in in-
stanti in vacuo moveretur. Secund.
vbi nulla est resistentia, nulla est
successio; in vacuo nulla est resis-
tentia: ergo nulla est successio. Prob.
min. in primis non est resistentia ex
parte mediæ, ut supponimus; deinde
nec ex parte distantiae, seu spatiis;
ergo. Prob. antec. quoad secundam
partem. Tum: Quia hæc distantia
nihil est; & consequenter nequit suc-
cessionem realem causare. Tum:
Quia hæc distantia non impedit,
quoniam illuminatio in instanti fiat; erg.

Resp. ad primum, neg. antec. Li-
cet enim non repugnet ex parte vir-
tutis divinæ, corpus moveri in in-
stanti; repugnat tamen ex parte di-
stantiae, & ex parte corporis. Cum
enim corpus sit divisibile, & distan-

tia quoque sit divisibilis, resistente
potentia agentis etiam increati; ita
ut non possit tota illa distantia si-
mul acquiri, sed divisibiliter, seu
prius secundum unam partem, quam
secundum aliam.

Ad secundum conc. mai. dist. min.
nulla est resistentia accidentalis,
conc. min. essentialis, neg. min. Ad
prob. neg. antec. quoad secundam
partem. Ad primam prob. conc. an-
tec. dist. conseq. nequit causare effe-
ctivè, conc. conseq. quasi formaliter,
neg. conseq. Ille enim motus in
tantum est successivus, in quantum
mobile nequit simul habere distan-
tiæ illam, à qua exceditur. Vnde
distantia illa privativa non causat
illam successionem effectivè, sed
quasi formaliter. Ad secundam pro-
bat. conc. antec. neg. conseq. Dispa-
ritas stat in hoc, quod lux nullum
habet contrarium; vnde nihil est,
quod illuminationem possit retar-
dere; proindeque potest fieri in in-
stanti. At verò motus adhuc in va-
cuo habet, à quo possit retardari;
retardatur enim ab illo spatio, &
distantia privativa, quæ habet plu-
res partes, & nequeunt omnes simul
pertransiri.

DISPVTATIO III.

De Tempore.

IN hoc libro non solum agit Philosophus de loco, & vacuo, sed etiam
de tempore, quod est ipsius motus mensura, & duratio. At quia durare
non

non solum convenit mortali, sed etiam alijs rebus naturalibus; ideo non solum de tempore, verum de alijs quoque durationibus prestat agere, & prius de duratione.

Quæst. I. In quo duratio formaliter consistat? ubi de eius divisione.

1 **P**ro resolutione nota, quod nomine durationis intelligimus id, quo res est, & persistit in rerum natura; & proprie importat quamdam permanentiam inesse, & perseverantiam in eodem statu. Vnde ad durationem, prout à nobis explicatur, & adequare concipiatur, duo instantia requiruntur; nam res in primo istanti tantum dicitur esse, & existere; in sequenti verò dicitur durare; proindeque existentia correspondet productioni, velut effectus eius; at duratio correspondet conservationi; quia nihil aliud est quam existentia rei continuata, & conservata. Hoc notato.

2 Dicimus: duratio formaliter consistit in sola existentia rei, connotat tamen respectum coexistencie alicui durationi extrinsecæ, saltim imaginariæ. Ita colligitur ex Subt. Doct. in 2. dist. 2. quæst. 2. §. *Ad secundam. v. Ad propositorum, num. 11. Et quodlib. 6. §. Restat runc. v. Hac conclusio, num. 15. quæ sequuntur Scotiste. Prob. impugnando alios modos dicendi. Duratio enim non consistit in ratione mensuræ, nam mensura dicit ordinem ad intellectum, sed res, independen-*

ter ab intellectu dicitur durare; ergo. Mai. est certa; quia mensurare est intellectum certificare de quantitate ignota; proindeque dicit ordinem ad intellectum. Prob. min. per accidens enim est respectu rei durantis, quod intellectus sit, vel non sit certus de duratione ipsius, ut patet: ergo res independenter ab intellectu dicitur durare.

Deinde neque consistit in negatione desitionis; quia ut ait Subt. Doct. cit. quæst. 1. §. *Hic dicitur. v. Et confirmat. num. 7. negatio negationis est formaliter affirmatio positionis opposite; ut negatio negationis entitatis est ipsa entitas; & negatio negationis humanitatis est humanitas; sed destrutio, seu desitio est formaliter negatio existentiae rei; ergo negatio desitionis erit formaliter ipsam existentia rei, & consequenter si duratio consistit in negatione desitionis, consistit in ipsam existentia rei, & non in aliquo negativo ab illa distincto.*

3 Præterea neque consistit in respectu permanentiæ; duratio enim est quid reale, ut patet; sed respectus iste est rationis, quia est eiusdem ad se ipsum; ergo. Denique non consistit in aliquo reali ab existentia distincto; quia illud, vel est res, vel modus; neutrum dici potest; ergo. Prob. min. duratio hinc sit res,

hivè modus præsupponeret existentiam rei : ergo existentia posset separari à duratione. Antec. patet; quia existentia est prior duratione ; ac proinde independens ab ea. Prob. conseq. omne prius realiter distinctum à posteriori, à quo nulla ratione dependet , potest ab eo separari ; & separatum conservari: ergo si existentia est prior, & realiter distincta à duratione , posset ab illa separari , & sic separata conservari: ergo non consistit in aliquo realiter distinc-
to. Prob. conseq. quia rem durare, nihil aliud est, quam permanere, & ipse conservari: ergo si indepen-
denter ab aliquo realiter distincio permanet , & conservatur , duratio non consistit in illo , sed solum in existentia rei. Sed

4. Nota, quod licet duratio, & existentia de principali significato idem omnino impertinet, scilicet actualitatem rei extra causas , vel in rerum natura , non tamen id eodem modo significant , existentia enim importat actualitatem, vel absolute, vel cum respectu ad non esse prece-
dens; duratio vero cum respectu ad esse prehabitum ; aut potius cum coexistentia ad extrinsecam dura-
tionem. Ex quo sequitur, quod for-
male significatum durationis est exi-
stantia rei; respectu vero coexisten-
tia alicui durationi extrinsecam tan-
tu est connotatum; est enim rela-
tio rationis , aut realis secundum
quid , quæ nequit à duratione for-
maliter importari; quia nullum tale

poteſt eſſe de ratione formalis alicu-
ius entis realis poſitivi. Vnde licet
in duratione creata respectus iſte
poſſit eſſe realis , ſi ad tempus reale
comparetur, non tamen eſt neceſſa-
ria hæc realis coexistentia ad con-
ceptum durationis ; ſuſcit enim ſi
coexistentia intelligatur terminari
ad durationem imaginariam ; & ſic
terminata eſſet respectus rationis,
aut realis ſecundum quid defecta
existentiæ termini.

Arg. i. duratio separatur ab exi-
ſtentia : ergo in illa formaliter non
consiftit. Prob. antec. in primo enim
instanti res exiſtit ; ſed propria du-
ratione non durat: ergo. Confirm.
existentia invariata, variatur dura-
tio; ergo. Prob. antec. quia Petrus, v.
g. eadem retinet exiſtentiam , non
verò eandem retinet durationem;
aliás quoties Petrus duraret , eſſet
eadem duratione ; & conqueſter
quoties Petrus exiſtit in rerum na-
tura duraret hodie, quia manus du-
rationis hodiernæ Petri , eſt conſti-
tuere Petrum durantem hodie ; ſed
non quoties exiſtit Petrus in rerum
natura, durat hodie ; nam cras exi-
ſtet, & cras non durat hodie : ergo
duratio variatur , exiſtentia inva-
riata.

Resp. diſt. antec. duratio sepa-
ratur ab exiſtentia , quoad connota-
tum; conc. antec. quoad formale ſig-
nificantum, neg. antec. Ad prob. conc.
mai, neg. min. Duratio enim ſepa-
ratur ab exiſtentia eo modo, quo pra-
diuum ſeparatur à tempore matuti-
no,

no & cœna à vespertino. Sicut enim ista solum, quoad connotatum separantur; nempè, quoad diversa tempora, non verò quoad significatum formale, quod est commestio; sita duratio in secundo instanti solum quo ad connotatum separatur ab existentia in primo, quia, scilicet, in secundo instanti connotat coexistentiam ad durationem successivam temporis saltim imaginarij, quam non connotat in primo; non verò separatur quoad significatum formale, quod est existentia. Et in hoc sensu intelligendus est Subt. Doct. dum in 2. cit. quæst. 4. §. *Contra*, num. 4. ait: quod si Angelus unico tantum instanti existeret, adhuc duraret. Per quod patet ad confirm. In quocumque enim tempore, aut instanti duret Petrus, eadem duratione durat quoad principale significatum; non verò quoad connotata, quæ sunt diversa tempora; proindeque solum ratione connotati, scilicet, coexistentiae ad plus, vel minus temporis, verificatur, quod Petrus eadem duratione non durat hodie, & crass & quod plus durat pater filio.

6 Dices: aliquod fundamen-
tum reale debet assignari, ratione
cuius duratio sit maior in pare,
quam in filio; sed hoc fundamen-
tum non est ipsamet existentia præ-
cisè absque aliquo alio realiter di-
stincto; in utroque enim est æqualis
& indivisibilis; ergo debet aliud con-
notatum assignari distinctum ab illo
respectu, quo semel assignato, superfluuus erit respectus ille coexi-

stenie, vt verificetur, quod plus, vel minus res daret. Resp. conc. mai. neg. min. Licet enim existentia sit indivisibilis formaliter; est tamen divisibilis virtualiter; & per hanc divisibilitatem maiorem, vel minor-
rem potest dici res fundare maio-
rem, vel minorem respectum coe-
xistentiae. Vnde ratio, cur Pater fun-
dat maiorem coexistentiam, est:
quia ipso existente plures partes
temporis fluxerunt, quam existente
filio; proindeque existentia Patris
est magis virtualiter extensa per
spatium temporis, quam existentia
filii.

7 Arg. 2. sicut se habet res ad
essendum in loco, ita se habet re
durans ad durandum; sed res est in lo-
co per relationem realiter distin-
ctam: ergo res est durans per aliquid
realiter distinctum. Neg. mai. Dispa-
ritas stat in hoc: quod res non habet
necessariò esse in loco ex eo, quod
sit; posset enim produci, & non esse
in loco; habet tamen durare eo ip-
so, quod producatur, & conservetur.
Vnde ut sit in loco, aliquid aliud
debet advenire; non autem debet ali-
quid advenire, vt daret; & conse-
quenter erit formaliter in loco per
aliquid realiter distinctum, & for-
maliter durans per aliquid reper-
tum in ipsa re semper permanens;
quod est existentia rei.

8 Inquires hic; cur res non dici-
tur plus, vel minus durare per respe-
ctum ad divinā aeternitatē, vt virtualiter
divisibilis; sicut dicitur esse in hoc
vel illo loco per respectum ad divinā

immenitatem virtualiter divisibilem? Discriumen est: quod ad successionem, & multiplicitatem presentiae localis non adest solummodo **virtualis** divisio immenitatis, sed etiam variatio formalis ex parte fundamenti; adest enim distinctum **vbi**, quod est fundamentum immediatum propinquitatis, & distantie; Ideo enim Petrus, qui modo distat a Paulo uno stadio, postea distat duobus, quia prius erat hic, & postea ibi. Vnde ut sit alia relatio presentiae localis, requiritur distinctum **vbi**, ita ut sola distinctio **virtualis** immenitatis ad hoc non sufficiat, quia ad causandam actualem, & formalem diversitatem, & multiplicitatem, sola **virtualis** diversitas non est sufficiens; alias contradictionia à parte rei de eodem solum virtualiter diverso possent verificari; & sic rueret ratio, quia Subt. Doct. sapè probat distinctionem actualem, & formalem ex verificatione contradictionum à parte rei. Requiritur ergo distinctio formalis, aut fundamenti, aut termini ad multiplicitatem presentiae localis, & durationis. Vnde quia in duratione hodierna, & crastina non adest, nisi distinctio **virtualis** æternitatis per respectum coexistentiae ad divinam æternitatem, ut virtualiter divisibilem, non potest verificari, quod res plus, vel minus duret, sed solum per respectum coexistentiae ad formalem durationem extrinsecam, saltim imaginariam.

9 Circa secundam partem questionis, tres solem communiter assignari species durationis, scilicet, æternitas, ævum, & tempus. Æternitas, iuxta Boætium, 5. de consolatione Prof. 6. sic definitur: *Interminabilis vita tota simul, & perfecta possessio.* Vnde formaliter dicit existentiam divinam connotando respectum appetitudinalem coexistendi necessariò, & independenter ab alio cuicunque differentiæ temporis etiam imaginarij. **Ævum** est duratio rei permanentis creatæ, seu defectibilis. In hoc enim æternitas differt ab ævo, quod æternitas est duratio rei permanentis necessariò, simpliciter, & ab intrinseco coexistentis cuicunque differentiæ temporis; at ævum est duratio rei ex propria natura diu permanentis; & consequenter potentis coexistere, etiam cuicunque temporis differentiæ, si ab æterno fuisset producta; non tamen ab intrinseco, necessario, & simpliciter, sed contingenter, & ab extrinseco. Vnde omnia entia permanentia, que cumque illa sint, non mensurantur tempore, sed ævo. Et ratio est: quia omnia permanentia, quatuor inter se specie differant, convenient in hoc, quod est indivisibiliter permanere: ergo debet dari duratio omnibus communis talen exprimens conceptum, qualis est ævum; quod quidem non est unum unitate specifica at hominum, sed dividitur specificè, iuxta diversitatem specificam existentiarum rerum durantium, ita

Quæst. I. In quo duratio formaliter consistat, &c. 55

ut tot sint æva specie diversa, quot æviterna, seu existentia specie diverse. Tempus denique est *Duratio entis successivi*. De quo in quæst. seq.

Quæst. II. Continens plura dubia circa tempus.

I **D**imissis varijs, & improprijs acceptiōibus temporis; propriè accipitur pro duratione successiva rei per partes continuo fluentis. Vndē secundum communem, & vslitatam acceptiōnem non mensurantur tempore, nisi res successivæ, illæ, scilicet, quarum nulla pars est simul cum altera. Hoc igitur tempus est duplex: intrinsecum, scilicet, & extrinsecum. Primum est propria cuiuslibet motus successiva duratio. Secundum est duratio alicuius successivi; à qua ceteri motus mensurantur, ipsi que coexistunt, & in illa excentur; & est duplex: reale, & imaginarium. Tempus reale est duratio alicuius motus realis, qua cæteri motus mensurantur; talis est motus primi mobilis, qui est vuniformis, & ita per eius durationem omnes alij motus extrinsecè mensurantur. Tempus imaginarium est duratio alicuius motus non actualis, sed possibilis; imaginari tamen à nobis ad modum actualis, & positivi: v.g. si hodie non esset motus hodiernus cæli, totum hoc intervallum successivum, quod modo concipitur repleri, & pertransiri à motu diurno cæli, dice-

retur tempus imaginarium; quia conciperetur motus possibilis in tali spatio, & capacitate exerceri. De utroque tempore aliquæ difficultates sunt hic expediendæ.

2 Inquires primo: an partes temporis intrinseci existant ratione sui, an existant solum ratione instantis? Hoc dubium supponit, dari tempus intrinsecum, & durationem successivam. Quod patet, nam Actor. 1. dicitur: *Non est vestram nosse tempora, & momenta, &c.* D. Aug. lib. 11. confess. cap. 14. ait: *Nihil notius, quam tempus esse; nihil verò cognita difficultas, quam quid sit.* Patet etiam ratione; nam à parte rei nou solum datur ens permanens, verum etiam ens successivum; sed duratio entis successivi est tempus intrinsecum: ergo præter durationem permanentem, debet dari duratio successiva; & consequenter tempus intrinsecum supponit etiam, tempus componi ex partibus medijs indivisibilibus, seu instantibus copulatis. Hoe supposito.

3 Dicimus: partes temporis non existunt ratione instantis, sed ratione sui. Ita Subt. Doct. quodlib. 12. §. *De secundo. ¶ De tertio, n. 9.* Prob. quod non existit secundum sè non est ens actualis secundum sè, sed per aliud; ergo si partes temporis non existunt, nisi per instantes temporis, non erunt entia secundum sè, sed per instantes, quod est absurdum. Confirm. quia existentia instantis est simultanea, & indivisibilis; ergo

partes temporis nequeunt tali existentia existere. Prob. conseq. partes temporis sunt successivæ, & divisibiles: ergo nequeunt existentia indivisibili existere; existentia enim cum entitate debet proportionari.

Prob. 2. quia pars temporis, scilicet futurum definit per primum sui non esse; est enim ens successivum, de quo valet dicere, nunc non est, & immediatè, ante erat: ergo habet propriam existentiam. Prob. conseq. quod enim non est, nec existit, non definit esse: ergo si pars temporis definit esse, habet propriam existentiam. Confirm. non potest aliqua pars futura transire ad statum præteritionis, nisi prius fiat præsens, & existens; idem enim est dicere, existere partem præteritam in ratione præteritæ; ac non esse, sed extitisse: ergo datur aliqua pars temporis ratione sui existens.

4 Resp. Froyl. quod ut pars futura transcat in præteritam, necessarium non est, quod aliquomodo sit existens existentia propria; sed pars futura redditur initiativè existens ratione instantis, & ratione eiusdem instantis redditur existens consummativè; dum eadem pars transit ad statum præteritionis.

Sed contra: præteritum existere consummativè, & futurum existere initiativè idem est, ac non esse actu, sed fuisse, & fore; sed fuisse, & fore nequit verificari sine propria existentia: ergo. Prob. min. definitio, & incepitio requirit propriam existen-

tiam; quod enim non est, non diciatur definere esse; & quod non existit, non incipiet esse; sed fuisse est definitio, & fore est incepitio: erg. Secund. pars futura nequit transire ad statum præteritionis, nisi sit existens existentia propria; sed ratione instantis non est sic existens: ergo. Prob. mai. pars futura nequit transire ad statum præteritionis, nisi extrahatur à statu futuritionis; sed non potest extrahi à tali statu, nisi per propriam existentiam: ergo. Prob. min. debet extrahi à tali statu per aliquid medium, quod nec sit futurum, nec præteritum: ergo per propriam existentiam, seu presentiam, quia non est aliud medium assignabile.

5 Prob. denique: quia post instantis, vel existit pars temporis, vel non? Si primum: ergo iam tempus existit secundum proprias partes. Si secundum: ergo unum instantis immediatè sequitur post aliud; ex quo sequitur, vel quod unum instantis sic copulativum alterius, quod est falsum; vel quod non sit copulativum partium; ad hoc enim requiruntur extrema copulata actu existentia, & in rerum natura.

6 Arg. repugnat essentialiter, partes enīs successivi existere ratione sui; sed tempus est ens successivum: ergo implicat, quod partes temporis existant ratione sui. Prob. mai. si aliqua pars enīs successivi existeret ratione sui, partes illius partis existerent simul; quia existentia

stante toto existerebant illius partes; sed implicat partes entis successivi existere simul; quia ens successivum habet partes essentialiter sibi successentes, & solum priores, & posteriores: ergo implicat, partes entis successivi existere ratione sui. Confirm. partes temporis sunt præteritum, & futurum: ergo nulla potest ratione sui esse præsens; & consequenter nulla potest ratione sui esse existens. Prob. conseq. quod existit, dicitur nunc esse; sed præterito, & futuro repugnat nunc esse: ergo repugnat nunc existere; at quod existit, existit nunc ergo nulla pars temporis ratione sui existit. Cofirm. 2. si aliqua pars temporis esset præsens ratione sui, & ratione sui duraret, instantia terminativa, & continuativa illius essent præsentia; quia nullum datur continuum præsens ratione sui sine aliquo indivisibili terminativo, & alio saltim continuativopartium; sed hoc implicat, quod duo instantia temporis assent præsentia; & consequenter instantia temporis duraret pro tempore præsenti, & non solum pro uno instanti: ergo nulla pars temporis ratione sui potest esse præsens.

Resp. hæc, & similia argumenta procedere ex non advertentia discriminis entis successivi, quale est tempus, & permanenti. Differunt enim in eo, quod permanentis habet omnes suas partes simul; successivum vero non habet omnes simul,

sed unam post aliam. Et cum omne continuum, sive successivum, sive permanens, habeat partes in infinitum divisibles; hinc est, quod in tempore nulla pars designari potest, que tota simul, & permanenter existat. Unde si in tempore inquiras existentiam successivam, invenies quidem, sed simultaneam non invenies, nisi in instanti, quod cum non habeat partes, est simul, & totaliter; ac proinde argumenta procedunt ex aequivocone, qua iudicatur, nihil existere, nisi simul existat.

7. Resp. ergo ad argum. neg. mai. Ad prob. neg. mai. & dist. implic. prob. existente toto, existunt illius partes eo modo, quo existit totum, conc. aliter neg. De ratione enim totius successivi est successiva existentia; & cum quilibet pars illius designabilis sit totum adhuc infinitum divisibile; inde est, quod nulla pars designari potest, que simul existit; semper enim successio, seu prius, & posterius reperiendum est; sed inde non bene infertur, tales partes non existere; existunt enim successivè modo sibi proportionato, non tamen permanenter, & simul.

Ad primam confirm. neg. attec. Nam partes actuales temporis non sunt præteritum, & futurum reduplicative ut talia, quia præteritum, dum est præteritum, & futurum, dum est futurum non existunt; sive ergo partes actuales ut præsentia sunt; non quidem simultaneè, sed successivè. Unde ly secundum prius,

& posterius non significat idem, ac secundum præteritum, & futurum; sed significat partes temporis presentis successivè, quia prius tunc est prius, quando est ante posterius; & posterius est tale, quando subsequitur prius. Vnde habent præsentiam, & existentiam successivam, non permanentem, & simultaneam.

Ad secundam confirm. dist. mai. si esset præfens ratione sui, & ratio ne sui duraret simultaneè, & permanenter, conc. mai. si duraret successivè, neg. mai. & min. in sensu distinctionis. Cum enim partes temporis non durent simultaneè; sed successivè; ideo duo instantia non sunt simul præsentia, sed unum tantum, & postea aliud, &c. Ex quo non sequitur, instantis temporis durare pro tempore præsenti, quia duratio primi instantis tota est simul, & to a simul raptim transit, cum advenit aliud instantia.

8 Dices: aliqua pars temporis est præfens saltim successivè; sed hæc includit plura instantia: ergo etiam instantia existunt successivè. Patet conseq. quia nequit compositum existere, quin existat id, ex quo componitur. Resp. conc. mai. & min. neg. conseq. Et dist. prob. compositum permanens, conc. con seq. successivum, subdist. conseq. si est pars, conc. si est indivisibile copularium partium, neg. Cum enim tempus sit compositum, non perma-

nens, sed successivum; & alias quælibet pars designabilis sit compositum, quia est tempus, nulla pars determinata potest existere simul, sed successivè. At instantia non sunt partes, sed indivisibilia continua uativa partium; quibus projinde repugnat successiva existentia, cum indivisi bili nequeat dividii in prius, & posterius. Vnde non benè arguitur: pars temporis existit successivè; sed pars temporis componitur ex instantibus: ergo instantia existunt successivè; si enim transitus à divisi bili ad indivisibilem. Et sicut male arqueretur homo existit, ut ens compositum; sed componitur ex partibus: ergo partes existunt, ut ens compositum; sic in præsenti.

9 Inquires secundo, in quo formaliter consistat tempus intrinsecum? Resp. tempus intrinsecum propriè sumptum formaliter consistere in existentia entis successivi, seu in successione partium. Prob. duratio ut sic formaliter, & intrinsecè consistit in existentia rei durantis: ergo duratio temporanea debet consistere in existentia temporali rei, sed non in existentia permanenti; sic enim non distingueretur ab æternitate, aut ævo: ergo consistit propriè in existentia rei successiva, seu in successione partium eiusdem.

Diximus propriè sumptum; quia si tempus intrinsecum sumatur late, & propter amplectitur omnem dura

Amico, regnante Iuan. Thal. o. 2

Quest. II. Continens plura dub. circ. tempore.

58

tionem condistinctam ab æternitate, & ævo; sic consistit in existentia rei transeunte, preſcindendo à transitu instantaneo, quem habent mutationes instantaneæ; & successivo, qualem habent motus successivi. Vnde duratio instantanea, cum habeat propriam existentiam, & durationem, quæ non est æternitas, aut ævum, debet reduci ad temporanam, licet propriè in tempore non fiat, quia non habet partes succeden-tes. Ex quo

10 Colliges, quod successio, seu ordo partium prioris, & poste-rioris est essentialis temporis intrinſeco propriè ſumpto; ideoque mo-tus, qui essentialiter petit eſſe in in-ſtanti, ut acquisitio cuiuscumque in-di-vidibilis, v. g. formæ ſubſtantialis, durat per propriam existentiam cū repugnantia ad durationem tempo-ralem propriam; motus verò eſſen-tialiter ſuccessivus, ut localis eſſen-tialiter includit ſucceſſionem, & du-ra-tionem temporalem; motus verò in-differens, ut fiat in instanti, vel in tem-pore, ut omnes alij motus præ-ter localem, intrinſecè durant pro-pria exiſtentia, cum indifferentia ta-men ad durandum ſuccesſivè, & in tem-pore, vel in instanti; ſed ſemper du-ratio eſt eadem, quia eadem in-trinſeca exiſtentia; & ſolum diſfer-ret ab extrinſeco, & connati-vè ra-tione ſucceſſionis, vel instantis ipli accidentaliter convenientiis.

Colligitur 2. tempus intrinſecum

eſſe realiter idem cum motu; ideò-que, iuxta qualitatem temporis, erit qualitas motus realiter importati. Vnde duratio eſſentialiter inſtan-tanea, quæ improprie eſt tempus, eſſentialiter includit motum inſtan-taneum; ſimiliter duratio indiſſerens ad ſucceſſionem, vel inſtantaneitatem eſſentialiter includit motum cum permifione ad connotata ſuc-cessiva, vel inſtantanea; & denique duratio, quæ neceſſariò fit in tem-pore, eſſentialiter includit motum ſucceſſivum.

11 Dices: stat eſſe qualitas tem-poris cum in equalitate motu: ergo tempus non includit motum eſſentialiter. Prob. antec. Si duo motus, vnuſ altero velocior, eſſent in eodem tempore, plures partes eſſent in mo-tu velociori; ſed in utroque eſt ea-dem formaliter duratio intrinſeca: ergo duratio intrinſeca realiter di-ſtinguitur à motu.

Reſp. neg. antec. Ad prob. diſt. mai. Si eſſent in eodem tempore ex-trinſeco, conc. mai. in eodem tempo-re intrinſeco, neg. ſuppoſit. mai. & neg. min. Cum enim tempus intrinſecum attendatur penes plures, vel pauciores partes motus, illud tem-pus erit maius, quod habet plures partes, & illud minus, quod habet pauciores; ideoque neg. ſuppoſitum, quod duo motus, vnuſ altero ve-lo-cior, poſſint eſſe in eodem tempore intrinſeco. Si enim Aquila, & te-studo moveantur per horam, licet

H. 2

eſſent

essent in eodem tempore extrinseco, non tamen intrinseco; quia plures partes essent in motu Aquilæ, quam testudinis; nam sicut duæ quantitates inæquales in partibus possunt occupare æqualem locum, si una sit rara, & altera densa; vt patet in cucurbitulis, que possunt repleri à maiori aere condenso, & à minori raro; sic idem tempus extrinsecum, v. g. potest commensurare maius, vel minus tempus extrinsecum, seu velociorem, & minus velocem motum, quia motus Aquilæ, v. g. habet partes quasi densas, & magis confitatas; & idè hora quasi capit plures partes talis motus; testudo autem habet partes motus quasi raras; idèque hora pauciores complectitur. Unde idem motus Aquilæ, quo replet horam, quia habet partes densas, possit replere duas horas, si habebat partes raras, & segnius moveretur, non in sensu composito maioris velocitatis, sed in sensu divisionis; az proinde idem tempus intrinsecum potest coexistere duplo maiori extrinseco; sicut eadē quantitas rarefacta potest occupare duplo maiorem locum, quam densa. Quod valde nota ad aliqua argumenta solvenda in hac materia.


12 Inquires 3. quid sit tempus extrinsecum? Resp. illud sic ab Arist. definiti: *Est numerus motus secundum prius, & posterius. Dicitur numerus. Pro cuius intelligen-*

tia nota, quod numerus, vel sumitur pure activè, & pro numero numerante; & sic formaliter est actus intellectus, & materialiter numerus abstractus ab entitatibus numeratis, vt binarium, ternarium, &c. vel sumitur pure passivè, seu pro numero pure numerato; & sic dicit plures res numeratas ulterius ad aliquid numerandum non deservientes, v. g. tres homines, quatuor lapides, &c. vel denique sumitur pro numero mixto, qui nec pure est numerus, nec pure numeratus; ita vt non solum numeretur, sed etiam deserviat ad aliquid numerandum; vt globuli rossarij, qui, & numerantur, & etiam deserviunt ad orationes numerandas. In praesenti ergo non sumitur numerus, nec pro pure numerante, nec pro pure numerato, sed pro mixto, qui simul est numeratus, & numerans; & talis numerus, seu tempus extrinsecum est motus primi cœli; hic enim inter omnes motus habet conditiones ad rationem numeri, seu mensuræ aliorum motuum; est enim certissimus, & uniformis, est omnium notissimus; quia licet aliquando utamur inferioribus motibus, v. g. Solis, Lunæ, horologij ad mensurandum motum primi cœli, non viimur illis, vt mensuris, sed vt signis, quibus distinguimus partes motus primi mobilis; proindeque rectè motus primi cœli ab omnibus constitutus tempus extrinsecum.


13 Dices : tempus est quantitas continua, & numerus est quantitas discrēta ; sed quantitas continua nequāt per discretam definiūri: ergo malè tempus per numerum definitur. Dist. mai. numerus pūtē numerans , ut sunt actus intellectus numerantes , conc. mai. numerus mixtus, subdist. emnes, neg. mai. aliquis, conc. mai. & conc. min. neg. conseq. Numerus enim mixtus , quandoque est discrētus, ut patet in globulis , quandoque vero est continuae , cum, cīcīcēt , est conflatus ex variatibus non re ipsa discretis , sed solum mente se iunctis ; qua ratione dicimus , unam vñiam habere quatuor

palmos ; & sic est in presenti.

14 Additur in definitione ly motus per quam intelliguntur omnes alij motus primi cæli numerabiles , vt motus lccalis, augmentationis, alterationis , &c. Cum enim tempus , ut mensura sit relativum, debet per suum correlatum definiiri ; & idēo bene definitur per alios motus , per tempus extrinsecum numeratos. Additur denique: Secundum prius , & posterius , id est secundum partes priores , & posteriores tibi que invicem succedentes secundum quas motus est à tempore mensurabilis.



LIBER




LIBER VI. PHYSICORUM.

Ut melius naturam mortis, qui quoddam continuum est, Philos. explicaret, egit in hoc sexto Libro de compositione continui, cum quo & nos de eius compositione differamus; & inde occasione sumpta de terminis magnitudinis, & parvitatis continui permanentis, de que inceptione, & desitione rerum agemus. Hæc enim omnia in hoc libro communiter disputari solent.

DISPUTATIO VNICA.

De Continuo.

Materia hæc de continuo adeò implexa, & insuperabilis est, ut ingeniosi, & præstantes philosophi, præsertim Iesuix in omne latutus se verterint, si forte aliquam rationabilem viam veritatis invenirent, qua se ab angustijs sententiae Arist. & Cenon. expedirent; sed an feliciter iudicet prudens. Nos Arist. viam insequemur cum Doct. Angel. & Subt., num tamen advertendum duximus, quod noster Maſt. adeò ingeniosè materiam pertractat, ut plures post ipsum, si quæ rationabilia afferunt, ex ipso transcriberint; suppresso tamen nomine, ut moris illorum est; & mutata forma, ut non semel experti sumus, conferendo docti inam, solutiones, argumenta, &c. Lege ipsum si in hac re aliqualiter quiescere vellis.



Quæst. I. Ex quibus componatur continuum?

Continuum nihil aliud est, quam compositum quoddam ex pluribus physicè vnitis, & continuatis; in hoc enim distinguuntur ea, quæ continuantur ab his quæ contiguntur; nam contigua sunt, quæ tangunt se invicem absque vnione physica, ut locus, & locatum; & ideo dixit Philos. continua facere vnumquid, non verò quæ contiguntur. Duplex autem est continuum, alterum permanens, cuius, scilicet, componentia simul coexistunt, ut lignum, aqua, &c. alterum successivum, cuius componentia non coexistunt simul, sed fluxu quodam alia alijs succedunt, ut motus, & tempus. Continuum non solum dicitur quantitas permanens, aut successiva, sed etiam substantia, & omnia accidentia materialia; cum enim hæc omnia, seclusa quantitate, habeant partes entitativas, ut diximus in Logic. ideo hæc omnia sub nomine continui comprehenduntur.

2 Quærinus ergo an continuum componatur ex solis indivisibilibus, an verò ex solis partibus divisibilibus, an ex vtrisque simul? Qua in re triplex est sententia. Prima est Zenonistarum afferentium, continuum ex solis indivisibilibus componi; lineam, scilicet, ex solis punctis; superficiem ex solis lineis, & corpus ex solis superficiebus. Hu-

ius sententiae princeps fuit Zeno; & ideo Zenonistarum sententia appellatur. Secunda est Nomin. negantium in continuo indivisibilia, illud que componentium ex solis partibus in infinitum divisibilibus. Tertia denique ducet, ex vtrisque componi, scilicet, ex partibus in infinitum divisibilibus, ut componentibus, & integrantibus continuum; & ex indivisibilibus, ut continuantibus & terminantibus partes. Hæc est Arist. & ferè communis, eamque tenet Subt. Doct. in 2. dist. 2. quæst. 9. §. Ad secundum, num. 10. & de incipit.

3 Prima conclusio: Implicat continuum ex solis indivisibilibus componi. Hæc est Arist. expressa, & Subt. Doct. cit. contra Zenonem. Ante probationem, supponimus, non loqui de indivisibilibus physicis, qualia sunt minima naturalia, ut oculus pulicis, & similia, que indivisibilia dicuntur, non quia carent partibus, in quas à Deo possent dividi, & à nobis saltim mente distribui; sed quia talis divisio nequit fieri ab agente naturali. Nec de metaphysicis, ut sunt res spirituales, quæ licet carent partibus integrantibus, ut mathematica, possunt tamen ratione extensionis virtualis, quæ em non habet mathematica, occupare locum divisibilem. Sed de indivisibilibus mathematicis, ut sunt punctæ; lineæ, & superficies, quæ nullas prorsus habent partes ex eo capite, quo indivisibilia sunt. Hæc supposito.

4 Prob. conclusio ratione Arist. indivisibile additum alteri indivisibili non facit maius; sed datur unum continuum maius alio, ut est evidens: ergo implicat continuum ex solis indivisibilibus. Conseq. patet; nam si unum indivisibile additum alteri non facit maius, quantumvis plura indivisibilia aggregenter, non facient maius, quam unicum indivisibile; & consequenter non efficiunt continuum. Prob. mai. nam vel unum indivisibile tangit aliud secundum se totum, vel solum secundum aliud quid sit? Hoc secundum repugnat; alias iam habebet aliquid tacitum, & aliquid non tacitum, & non esset indivisibile, sed divisibile: ergo primum est verum; qui enim indivisibile attingit, vel totum attingit, vel nihil attingit? Modo sic; sed si unum indivisibile attingit aliud secundum se totum non potest cuicunque illo facere maius; sic enim ambo se penetrarent, & quae penetrantur, non faciunt maius, seu magnitudinem molis; quia non faciunt maiorem extensionem in ordine ad locum: ergo.

5 Adverte hic, ne in ~~equivo~~ labores, quod cum dicimus, ~~equivo~~ indivisibilia penetrari; debet intelligi ex ea parte, qua indivisibilia sunt. Vnde punctum, quod non est quantum, sed omnino indivisibile, omnino penetratur; duæ vero lineæ non penetrantur secundum longitudinem, sic enim sunt quantæ, & divisibilis; sed secundum latitudinem, &

profunditatem; duæ denique superficies non penetrantur secundum latitudinem, sed secundum profunditatem. Vnde vis rationis consistit in eo; quod cum puncta omnino penetrantur, non possunt facere maius secundum longitudinem; nec consequenter constituere lineam; & cum lineæ se penetrant secundum latitudinem, quia secundum istam sunt indivisibles, non possunt constitutre superficiem, & cum superficies se penetrant secundum profunditatem, quia non habent partes versus illam, ideo non possunt constitutre corpus; ac proinde lineæ sunt impenetrabiles versus longitudinem, superficies versus latitudinem, cum sint veræ species quantitatis.

Confir. hæc ratio: quantumvis dividatur continuum, semper ea, in quæ dividitur, manent divisibilia, quia remanent quanta, vel quantitates, quæ necessario debent esse divisibiles: ergo implicat continuum ex solis iad viabilibus constare; alias ita posset dividi à Deo saltim, ut remaneret aliquid indivisibile, quod quantitatibus repugnat.

6 Prob. 2. etiam ratione Arist. ex sententia Zenonis sequeretur, unum motum non esse allo velotius; ac proinde nobile velocissimum, ut Aquilam, & tardissimum, ut testiculinem, æquali tempore, æquale spatiū percurrere; quod est contra experientiam. Prob. seq. & penitus, quod spatiū percurendum sit centrum punctorum, & utrum-

vtrumque cunctino simul incipiat moveri; certè Aquila in quovis instanti, in quo movetur, non potest acquirere, nisi unum indivisibile spatiij; cum enim successivè acquirat, implicat, duo indivisibilia spatiij simul acquirere; nam cum instans temporis sit indivisibile, non potest ipsi, nisi unum indivisibile spatiij correspondere; sed eriam testudo in qualibet instanti aliquod indivisibile pertransit; nam quantumvis eius motus tardissimus sit, non potest in uno instanti acquirirere minus, quam unum indivisibile spatiij: ergo tandem in fine horæ tot indivisibilia percurreret testudo, quot Aquila; & consequenter in æquali tempore æquale spatium percurrent.

7 Explicatur hoc: cum Aquila pertransit unum punctum, vel testudo pertransit aliquid, vel non? Si primum: ergo cum non possit minor, quam indivisibile acquirere æqualiter cum Aquila movebitur. Si secundum: ergo testudo quiescit; quod est contra hypothesis, qua supponimus, continuum moveri.

8 Respondent aliqui motum non esse quantitatem continuam, sed discretam per morulas in perceptibiles; & ideo, cum mobile maiori conatu movetur, vt Aquila, habet breviores morulas, & motum velociorum efficit; cum vero minori conatu, vt testudo, habet morulas longiores, & motum tardiorum efficit; & consequenter Aquila velecius movetur, quia minus in morulis fit; testudo vero tardius, quia ma-

gis sistit in ipsis.

Sed contra: ponamus rotam lapideam molendini, v.g. ita magnam, vt habeat mille vlnas in exteriori gyro, & moveatur citissime ab Angelo, tunc sic arguitur: si distinctio motus tardi à veloci oritur ex morulis: ergo partes illius rotæ propinquiores centro, multo maiores morulas habebunt, quam partes exteriore; iste enim velocius moventur, quam illæ, vt patet ad sensum, quia æquali tempore maius spatium percurrunt: ergo partes inferiores rotæ aliquando quiescent; cum exteriores moventur; & consequenter tunc rotæ non movebitur secundum cunctas partes, quod est impossibile; alias frater geretur, quia dum una pars transit, altera quiescit, ut patet; & consequenter non sunt admittendæ morulae in motibus; sed dividendum, motum non fieri per indivisibilia præcisè, sed per partes indivisibilis corporatas. Hanc eadem veritatem demonstrat Subt. Doct. duabus rationibus mathematicis ubi supra, quæ apud illum videli possunt; nos ilias omittimus, quia nolumus his difficultissimis iuvenum mentes onerare.

9 Arg. 1. indivisibile additum indivisibili potest facere maius: ergo continuum ex indivisibilibus potest componi. Prob. antec. Primi, unitas, licet sit indivisibilis addita unitati constituit numerum divisibilem: ergo continuum, licet sit divisibile potest ex indivisibilibus componi. Secundo. Si unus

Angelus duraret per horam , & alter per horam , & instans terminativum eius , plus duraret iste , quam ille : ergo indivisibile facit maius; nam per totam horam verum esset dicere : uterque Angelus est ; & in instanti terminativo esset verum dicere , quod unus Angelus existit , alter non: ergo . Tert. anima rationalis & Angelus per plures spirituales , & indivisibilis replicationes se possunt extendere ad maius spatium , quam per pauciores: erg. indivisibilia possunt acere extensionem; ac proinde idem dicendum de indivisibilibus mathematicis.

Resp. neg. antec. loquendo de indivisibili materiali. Ad prob. dist. ante constituit numerum divisibilem, idest pluralitatem, conc. antec. extensionem magnitudinis , & continuationis , neg. antec. & conseq. Aliud enim est facere plus , & aliud facere maius, aut ex eius; ad pluralitatem sufficiunt plures unitates , quemcumque illæ sint ; ad extensionem vero ultra pluralitatem requiritur divisibilitas , quæ non adest in indivisibilibus.

10 Dices: cum omnibus im-
pluralite ex parte cuiuslibet unitatis scorsim stat, quod utraque simul faciat plus: ergo cum omnimoda in extensione ex parte cuiuslibet indivisibilis scorsim stabit , quod simul sumpta faciant extensionem. Resp. neg. conseq. & paritatem. Discri-
men est: quod continua est totum homogeneum (ia ratione continui

extensi , & divisibilis , licet in alia ratione etherogeneum possit esse:) & de ratiōne huius est, quod partes sint eiusdem rationis, & denominatio-
nis cum toto. Unde non potest redi extensem, nisi id, ex quo con-
stituitur , sit etiam extensem , &
quantum ; & ideo ex indivisibilibus resultare non potest. Numerus ve-
ro est totum etherogeneum ; in quo
partes non debent habere eandem
denominationem cum ipso; ac pro-
inde potest constitui ex rebus secr-
sim carentibus pluralitate. Quam
docti inam valde nota.

Ad secundum conc. vnum Ange-
lum plus duraturum, quam alterum; non tamen haberet maiorem dura-
tionem, seu extensionem in duratio-
ne, quia res in instanti potest indivi-
sibiliter durare , non tamen ratione instantis potest talis duratio magis
extensa esse. Vel dic , quod conces-
so, vaux Angelum ratione illius in-
stantis habere maiorem extensionem in durando , adhuc replica ni-
hil cocludit; posset enim dici, unū
indivisibile additam divisibili face-
re maius, non tamen si duo indivisi-
bilia coniungantur; sicut Arithmeti-
ci dicunt, quod circulus (hispane Ze-
ro) additus alteri nihil facit, additus
vero numero facit maius. V. g. 20.
vel 30. atque ita Angelus magis du-
raret, quia illud indivisibile addere-
tur horæ divisibili, non tamen si per
pura indivisibilia duraret.

Ad tertium neg. supposit. Res
enim spiritualis non est in loco ade-
quatō

quato per replicationes eiusdem esse indivisibilis, sed per unam, & æquabilem totius sui esse diffusio- nem, ita ut tota sit in qualibet loci parte, & in quolibet puncto; licet enim sit formaliter indivisibilis, est tamen divisibilis virtualiter, & æqui valenter. Unde quoad hoc ratione suæ illimitationis perinde se habet, ac si habèret partes; ideoque non coextendit loco, quatenus indivisi- bilis formaliter, sed quatenus divi- sibilis virtualiter; indivisibilia au- tem corporea non sunt virtualiter extensa, aut divisibilia, quia res cor- poreæ sunt in loco per entitatem extensam formaliter, que extensio, cum in puncto non reperiatur, non poterit loco coextendi. Videatur Maſt. hic à num. 65.

11 Arg. 2. si daretur globus perfectè sphæricus, & moveretur super corpus perfectè planum, sem- per illud tangit in punctis: ergo to- tum planum erit ex punctis com- positum. Prob. antec. quia toto tem- pore, quo sphæra planum percurrit, semper tangit illud in aliquo indi- visibili, cum non sit maior ratio nunc, quam ante; ergo.

Resp. aliqui, corpus illud sphæri- cum moveri quidem per aerem circumfūsum motu continuo; at per ipsum planum non moveri, nisi dis- cretè, & quasi per saltus de puncto in punctum, ita ut inter unum, & aliud punctum tantisper elevetur, & partes intermedias relinquat. Sed contra; quia ut bene ait Maſt. potius

saltant; qui sic respondent, ut argu- menti vim effugiant; quod ut pateat ponamus, globum non moveri per volutationem; sed apprehendi ab Angelo, & moveri per raptum inni- tendo semper eidem indivisibili, in quo erat prius; certè tunc non pote- runt ad saltus recurrere; & urget argumentum, quod semper per in- divisibilia tangit planum.

12 Resp. ergo neg. antec. Ad prob. neg. antec. licet enim cum sphæra quiescit super planum, solum tangat illud in puncto, dum tamen movetur, non tangit in puncto, sed in linea; quia quilibet corpus, dum movetur, occupat maius spatium, quam dum quiescit. Cuius ratio est: quod dum quiescit, solum occupat tantum spatium, quanta est ejus ex- tensio; nam occupatio in quiete est simultanea; at dum movetur, cum hec sit occupatio successiva, qualis est motus localis; inde est, quod suc- cessivè occupet maius spatium. Idē igitur dicendum de corpore sphæ- rico, quod licet semper, id est, in quolibet indivisibili sit in spatio si- bi æquali, quia hæc est simultanea occupatio; non tamen semper, id est,

in quacumque temporis parte; quia hæc est occupatio successiva; & si- cut successio temporis nequit instan- ti convenire, quia instans est totum simul; ita successio motus in corpo- re sphærico nequit occupacioni punctuali convenire, quia hæc est teta simul.

Itaque hoc argumentum fami-

geratum non magis vrget in corpore sphærico, q'nam in qnolibet alio; dum enim corpus movetur; vel semper est in æquali loco, vel successivè in maiori? Si in equali: ergo cum locus sibi equalis sit indivisibilis secundum profunditatem, quia est superficies ipsa immediatè circundans, totum illud spatium, quod percurrit, erit ex solis superficiebus sibi immediatè succendentibus compositum; atque ita, vel non mutabit locum secundum profunditatem, vel movebitur per indivisibilia secundum profunditatem, quod est idem argumentum, ac de puncto. Si occupat maius spatiū: ergo idem possumus de corpore sphærico dicere. Cum ergo ad argumentum de corpore moto respondeat Arist. 6. Physic. text. 74. & cum illo omnes, quod dum movetur, occupat maius spatiū; idem dicitur de corpore sphærico, quin hæc sit nova difficultas. Videat. Subt. Doct. in 2. dist. 2. quest. 9. 5. Ad tertium. v. Ad propositum, iij. im. 39.

13 Arg. tertio impugnando secundam rationem probativam: ideo per nos continuum non componitur ex solis indivisibilibus mathematicis, quia tunc unus motus non esset velocior altero; sed hoc idem sequitur; si componitur ex indivisibilibus physicis: ergo vel componitur ex indivisibilibus mathematicis, vel non componitur ex physicis. Prob. min. vel utrumque mobile in quolibet instanti pertransit unum

indivisible; & sic in fine horæ utrumque æquale spatium percurret, vel unum in quolibet instanti pertransit unum indivisible, & aliud medietatem illius; & sic indivisibilia physica dividerentur per instrumenta naturalia, scilicet, per motum, quod repugnat: ergo.

Resp. conc. mai. neg. min. Ad prob. resp. neutrum mobile in solo instanti pertransire unum indivisible physicum; hoc enim repugnat, sed mobile velox in minori tempore pertransit unum physicè indivisible; & mobile tardum medietatem illius indivisibilis. Nec inde sequitur, physicè indivisible dividiri per instrumenta naturalia, scilicet, per motum; nam continuum per motum non dividitur, sed indivisum per transtulerit, & non in instanti, quia à parte rei est divisibile in duas medietates, quarum una per translari nequit, nisi prius alia pertransierintur; sed successivè, & in tempore, quod de indivisibili mathematico dici nequit, quod tam à parte rei, quam per instrumenta naturalia indivisible est.

14 Arg. 4. linea componitur ex solis punctis: ergo superficies ex solis lineis, & corpus ex solis superficiebus. Prob. antec. & assumamus primum, & secundum punctum linæ; vel inter hæc duo puncta mediat aliqua pars interiecta, vel non? Si hoc secundum: ergo puncta sunt ibi immediata, & linea ex solis punctis componitur. Si primum vero in qua-

qualibet parte linea sunt infinita puncta, tunc inter primum, & secundum punctum mediabant infinita puncta, quod est contra hypothesis; alias secundum punctum non esset secundum, quia inter primum, & secundum darentur alia.

Resp. neg. antec. Ad prob. resp. inter primum, & secundum punctum determinatè sumpta interficeat partem, & infinita puncta; non quidem determinata, sed indeterminata, & confusa. Unde inter primum punctum, & secundum determinatè sumpta nullum determinatum mediat; bene tamen infinita indeterminatè. Neque inde sequitur, puncta esse sibi immediata; quomodo cumque enim linea dividatur, semper remanet pars dividenda; & consequenter nunquam ita pervenit ad indivisibilem; & sic in illa adhuc remanent infinita puncta indeterminatè.

15 Dices: in linea à parte rei est actu primum, & secundum punctum independenter à qualibet divisione; sed inter hæc duo puncta non potest interficiere pars; alias cum pars constet ex punctis, iam non essent à parte rei primaria, & secundum: ergo à parte rei solum indivisibilia sunt sibi immediata. Respond. dist. mai. est primum, & secundum punctum determinatè, neg. mai. indeterminatè, & confusè, conc. mai. & neg. suppositura min. Nam ly hæc cum sit demonstratio, sonat determinatione, & sig-

nationem, quæ in compositione continua ex partibus indeterminatis, nequit admitti. Ex quo patet quod cum puncta indeterminata non habeant determinatam positionem, non potest dici, quod inter primum, & secundum indeterminatè aliud interficeat, vel non interficeat, quia inter indeterminata nequit ordo reperiri.

16 Secunda conclusio: continuum non componitur ex solis partibus divisibilibus, sed dicitur in illo indivisibilia, tam terminativa, quam continuativa à partibus realiter distincta. Hæc est etiam ferè communis. Sed ante probationem, nota indivisibilia, nihil aliud esse, quam veras, & reales entitates positivas carentes partibus. Hæc autem indivisibilia, alia sunt terminativa, & alia unitiva, seu continuativa. Terminativa sunt illa, in quibus continuum terminatur, seu finitur; quia post talia indivisibilia non manet ultra aliqua pars quantitatis. Continuativa, vel unitiva sunt illa, quibus partes unitur; & continantur, sic se habent puncta in linea; & lineæ in superficie, & superficies in corpore.

17 Ubi adverte, quod unio est duplex: alia informationis, & altera continuationis, & per medium nexus. Prima est relatio, & denominat unitum subiectum, in quo fundatur; nam extrema ratione illius dicuntur unita inmediate inter se. Secunda

da non denominat vnitum subiectum, in quo recipitur (recipitur enim in indivisibili substantiali , si est continuum in ratione accidentis;) sed partes, quas afficit; imò neque istæ per talem vniōrem dicuntur immediatè vnitæ , sed mediatae solum, & tanquam in aliquo tertio, modo , quo duæ tabulæ vniuntur glutine ; & ratio est , quia vno non inhæret in partibus, sed tantum adhæret. Vnde solum in hoc sensu indivisibilia dicantur vniōnes partium. Nota etiam, quod in continuis successivis, si continuum sit motus, indivisibile appellatur mutatum esse , si verò sit tempus, nuncupatur instans. Hoc notato,

+ 18 Prob. primo conclusio de indivisibilibus continuativis; continuum est , cuius partes aliquo communi termino copulantur; sed si non dantur indivisibilia continuativa, eius partes non copularentur ad aliquam terminum communem: ergo. Prob. min. idē contigua non habent continuationem , quia non habent aliquam terminum communem, quo copulentur: ergo si continua non haberent talem terminum communem , non essent continua, sed contigua. Confirm. continua sunt, quorum ultima sunt vnum; contigua verò, quorum ultima non sunt vnum, sed sunt simul; sed ultima esse vnum, est aliquo vniōne termino copulati , & vniiri ; alioquin contigua essent continua , si non requiritur ultimum , quo partes copulentur: ergo,

19 Prob. 2. si corpus perfectè sphæricum tangeret perfectè planum, non tangeret illud, nisi in puncto: ergo dantur indivisibilia. Prob. antec. quia si sphæricum tangeret planum in aliquo divisibili , sequeretur , quod esset in corpore sphærico aliquod planum; sed hoc repugnat: ergo. Prob. seq. quando corpora divisibili iter se tangunt, ad quantum in eo, secundum quod sit contactus; sed planum non potest , nisi piano adēquari: ergo si sphæricum tangit planum in aliquo divisibili , esset in ipso aliquod planum; & consequenter non esset perfectè sphæricum centra hypothesis.

20 Tertio idem prob. de continuis successivis: nulla pars temporis, v. g. potest esse tota simul , cum enim tempus verè sit, necesse est, quod successionem habeat , & non sit tota simul: ergo. debet dari de præsenti aliquod initans vnitum partium. Prob. conseq. quia si non datur tale instans , tunc partes temporis essent interruptæ , & consequenter non continuæ: ergo. Prob. antec. nunc de præsenti, nec est pars præterita, nec futura; aliàs non existit indivisibile, per te: ergo nihil, & consequenter tempus interrumpitur, & non est continuum.

21 Quarto prob. de terminatis: vel terminus quantitatis est aliquod divisibile , vel indivisibile? Si secundum; habetur intentum. Si prius ; cum terminus divisibilis non possit esse ultimus, quia est amplius di-

Quæst. I. Ex quibus componatur continuum? 70

divisibilis in alias partes; sequitur, non dari ultimum in quantitate, sed processus in infinitum. Confirm. vel duas quantites se tangunt secundum extremitatem ultimam divisibilem, vel secundum extremitatem indivisibilem? Si secundum: ergo terminativum utriusque erit indivisibile. Si primum: ergo naturaliter se tangunt secundum se totas; & consequenter naturaliter penetramur, quod implicant. Explicatur hoc: cum corpus est in loco, vel tale corpus tangit locans solum secundum superficiem, vel amplius? Non secundum; alias tangeret secundum profunditatem, & naturaliter utrumque corpus penetraretur: ergo primum; & consequenter datur superficies unitiva, & terminativa partium corporis. Et idem est de linea unitiva, & terminativa partium superficie, & de punto unitivo, & terminativo partium lineæ.

22 Arg. i. indivisibilia sunt realiter distincta à partibus: ergo saltim divinitus ab illis separari possunt. Ponamus, quod Deus destruat omnia puncta, remanentibus partibus: in hoc caso, vel partes sunt continuae, vel non? Si primum: ergo sine indivisibilibus potest dari continuum. Si secundum: ergo partes non erant partes, sed indivisibilia; & consequenter continuum ex solis indivisibilibus constat. Confirm. quia saltim Deus posset cognoscere omnia puncta, quæ sunt in linea palmeri, v.g. vel ergo præter omnia

puncta cognita superest aliquid, vel non? Si secundum: ergo illa linea ex solis indivisibilibus constat. Si primum: ergo illud, quod superest non includeret puncta; & consequenter continuum indivisibilibus non egit.

Resp. conc. antec. dist. conseq. omnia puncta collectivè, neg. conseq. divisi. id est, hoc, vel illud determinatur, conc. conseq. Ad casum prob. resp. implicare, Deum destruere omnia puncta collectivè, quin destruat omnes partes; cum enim quælibet pars determinata assignabilis sit continua, & extensa adhuc includit, tunc infinitas partes, tunc infinita puncta. Unde vel Deus destruet omnem partem, vel non potest destruere omnia puncta collectivè, sed hoc, & illud, & illud, & quodlibet signabile, non tamen omnia.

Ad confirm. dist. antec. omnia puncta determinatae, & collectim, neg. antec. indeterminatae, & non tot, quin plura, conc. antec. Ad conseq. dicimus, præter puncta esse aliquid aliud, nec pè, partes continuae includentes puncta, & neg. conseq. Licet enim partes cognoscantur ut distinctæ à punctis, & è contraria semper tamen cognoscantur partes, ut includentes puncta, & puncta ut inclusa in partibus. Unico verbo: partes cognoscantur, ut distinctæ à punctis. non tamen ut excludentes puncta si deoque præter puncta non quam superest aliud non includens puncta.

23 Arg. 2. si dantur hæc indivisibilia; etiam darentur in materia prima; hoc repugnat: ergo. Mai. patet; nam materia prima est materialis; & corporea; habet que partes integrantes. Min. verò prob. 1. quia vel illa indivisibilia creantur, vel educuntur? Non primum, quia tunc agens naturale non posset dividere aliquid corpus; nam divisio sit per corruptionem unius puncti antea continuativi; & per productionem duorum de novo terminantium; agens autem naturale nequit aliquid creare, aut anihilare. Si secundum: ergo habent subiectum, ex quo educantur; quod etiam implicat, quia nihil materiæ primæ habet aliud subiectum, cum ipsa sit primum; & aliud non subiectantur in partibus, quas uniuersit, vt diximus. Secund. si substantia materialis habet hæc indivisibilia, habet sufficiens principium impenetracionis, quod est proprium solius quantitatis. Prob. seq. munus indivisibilium quantitatis nedum est terminare partes, sed etiam illas ita unire, vt inter se dicantur continuæ, & non concentrate; si enim non unirentur per extremitates, sed se totis se penetrarent, & una intraret divisibilitatem alterius: ergo si substantia ex se habet hæc indivisibilia, habet sufficiens fundamentum impenetrabilitatis.

24 Resp. conc. mai. neg. min. Ad prob. resp. hæc indivisibilia materialis primæ non creari, sed educi

de potentia ipsius materiæ, non quidem rigorosa eductione, quia non sunt in partibus materiæ, vt in subiecto inhæsionis, aut informationis; sed quasi adhæsionis, seu ut terminus in suo terminabili; sicut subsistentia, si consistit in positivo, non creatur, sed à natura substantiali dimanat ut terminus. Neque est inconveniens non materiam, sed aliquid materiæ esse in hoc seru generabile, & corruptibile, quia hæc non est rigorosa generatio, cum non educantur de potentia subiecti informationis.

Ad 2. neg. seq. Ad prob. neg. antec. quod secundam partem. Indivisibilis enim quantitatis solum terminant, & continuant, non autem extendent partes, quia indivisible non potest facere maius. Partes ergo sive substantiaz materialis, sive quantitatis, se ipsis extenduntur, & extrancantur ad invicem cum hac differentia: quod streitas partium substantiaz, non facit repugniam ad penetrationem, quia nec sunt partes ex natura sua incompensibiles; bene vero partes quantitatis, quae essent taliter est radix impenetrabilitatis. Unde tam longè abest, vt indivisibilia sint radix impenetrabilitatis, quod nec adhuc sunt radix extensionis.

25 Arg. 3. Si in continuo dantur hæc indivisibilia: ergo dum continuum dividitur, perditur unum indivisible, & duo generantur de novo: ergo in speciebus vini consecrati, dum agitantur, vel dividuntur,

virtutemque omnino simul incipiat moveri; certè Aquila in quovis instanti, in quo moveatur, non potest acquirere, nisi unum indivisibile spatiijcum enim successivè acquisiat, implicat, duo indivisibilia spatij simul acquirere; nam cum instantis temporis sit indivisibile, non potest ipsi, nisi unum indivisibile spatij correspondere; sed etiam testudo in quolibet instanti aliquod indivisibile per transitis; nam quantumvis eius motus tardissimus sit, non potest in uno instanti acquirire minus, quam unum indivisibile spatij: ergo tandem in fine horæ tot indivisibilia percurreret testudo, quot Aquila; & consequenter in æquali tempore æquale spatium percurrent.

7 Explicatur hoc: cum Aquila pertransit unum punctum, vel testudo pertransit aliquid, vel non? Si primum: ergo cum non possit minus, quam indivisibile acquirere æ qualiter cum Aquila movebitur Si secundum: ergo testudo quiescit; quod est contra hypothesis, qua supponimus, continuum moveri.

8 Respondent aliqui motum non esse quantitatem continuam, sed discretam per morulas imperceptibiles; & ideo, cum mobile maiori conatu moveatur, vt Aquila, habet breviores morulas, & motura velociore efficit; cum vero minori conatu, vt testudo, habet morulas longiores, & motum tardiorum efficit; & consequenter Aquila velecius moveatur, quia minus in morulis sicut testudo vero tardius, quia ma-

gis sicut in ipsis.

Sed contra: ponamus rotam lapideam molendini, v.g. ita magnam, vt habeat mille vlnas in exteriori gyro, & moveatur circinè ab Angelo, tunc sic arguitur: si distinctio motus tardi à veloci oritur ex morulis; ergo partes illius rotæ propinquiores centro, multo maiores morulas habebunt, quam partes exteriore; iste enim velocius moventur, quam illæ, vt patet ad sensum, quia æquali tempore maius spatium percurrent: ergo partes inferiores rotæ aliquando quiescent; cum exteriore moventur; & consequenter tunc rotæ non movebitur secundum omnes partes, quod est impossibile; alias frater geretur, quia dicit in una pars transit, altera quiescit, vt patet; & consequenter non sunt admittendæ morulae in motibus; sed dicendum, motum non fieri per indivisibilia præcisè, sed per partes indivisibilis cœpulatas. Haec condemnatur veritatem demonstrat Subt. Doct. duabus rationibus mathematicis vbi supra, quæ apud illum videri possunt; nos illas emittimus, quia nolumus his difficultissimis iuvanæ mentes encrare.

9 Arg. 1. indivisibile additum indivisibili potest facere maius: ergo continuum ex indivisibilibus potest componi. Prob. anec. Primi. unitas, licet sit indivisibilis addita unitati constituit numerum divisibilem: ergo continuum, licet sit divisibile potest ex indivisibilibus componi. Secundo. Si unus

Angelus duraret per horam, & alter per horam, & instans terminatum eius, plus duraret iste, quam ille: ergo indivisibile facit maius; nam per totam horam verum esset dicere: uterque Angelus est; & in instanti terminativo esset verum dicere, quod unus Angelus existit, alter non: ergo. Tert. anima rationalis & Angelus per plures spirituales, & indivisibilis replicationes se possunt extendere ad maius spatium, quam per pauciores: erg. indivisibilia possunt facere extensionem; ac praeinde idem dicendum de indivisibilibus mathematicis.

Resp. neg. an: ec. loquendo de indivisibili materiali. Ad prob. dist. antec. constituit numeram divisibilem, id est pluralitatem, conc. antec. extensionem magnitudinis, & continuationis, neg. antec. & conseq. Aliud enim est facere plus, & aliud facere maius, aut extensus; ad pluralitatem sufficiunt plures unitates, quæcumque illæ sint; ad extensionem vero ultra pluralitatem requiritur divisibilitas, quæ non adest in indivisibilibus.

10 Dices: cum omnimoda im-
pluralite ex parte cuiuslibet unitatis seorsim stat, quod utraque simul faciat plus: ergo cum omnimoda in extensione ex parte cuiuslibet indivisibilis seorsim stabit, quod simul sumpta faciant extensione. Resp. neg. conseq. & paritatem. Discri-
men est: quod continuum est totum homogeneum (i.e. ratione continui

extensi, & divisibilis, licet in alia ratione etherogeneum possit esse:) & de ratiōne huius est, quod partes sint eiusdem rationis, & denominationis cum toto. Unde non potest reddi extensem, nisi id, ex quo constiuitur, sit etiam extensem, & quantum; & ideo ex indivisibilibus resultare non potest. Numerus vero est totum etherogeneum; in quo partes non debent habere eandem denominationem cum ipso; ac proinde potest constitui ex rebus seorsim carentibus pluralitate. Quam doctrinam valde nota.

Ad secundum conc. vnum Angelum plus duraturum, quam alterum; non tamen haberet maiorem durationem, seu extensionem in duracione, quia res in instanti potest indivisibiliter durare, non tamen ratione instantis potest talis duratio magis extensa esse. Vel dic, quod concessio, vnam Angelum ratione illius instantis habere maiorem extensionem in durando, adhuc replica nihil concludit; posset enim dici, vnu indivisibile additam divisibili facere maius, non tamen si duo indivisibilia coniungantur; sicut Arithmetici dicunt, quod circulus (hispane Zero) addites alteri nihil facit, additus vero numero facit maius. V. g. 20. vel 30. atque ita Angelus magis duraret, quia illud indivisibile addetur horæ divisibili, non tamen si per pura indivisibilia duraret.

Ad tertium neg. supposit. Res enim spiritualis non est in loco ade-
quato

quato per replicationes eiusdem esse indivisibilis, sed per unam, & æquabilem totius sui esse diffusio- nem, ita ut tota sit in qualibet loci parte, & in quolibet puncto; licet enim sit formaliter indivisibilis, est tamen divisibilis virtualiter, & æqui valenter. Vnde quoad hoc ratione sua illimitationis perinde se habet, ac si haberet partes; ideoque non coextenditur loco, quatenus indivi- sibilis formaliter, sed quatenus divi- sibilis virtualiter; indivisibilia au- tem corporea non sunt virtualiter extensa, aut divisibilia, quia res cor- poreæ sunt in loco per entitatem extensam formaliter, que extensio, cum in puncto non reperiatur, non poterit loco coextendi. Videatur Mast. hic à num. 65.

11 Arg. 2. si daretur globus perfectè sphæricus, & moveretur super corpus perfectè planum, sem- per illud tanget in punctis: ergo to- tum planum erit ex punctis com- positum. Prob. antec. quia toto tem- pore, quo sphæra planum percurrit, semper tangit illud in aliquo indi- visibili, cum non sit maior ratio nunc, quam ante: ergo.

Resp. aliqui, corpus illud sphæri- cum moveri quidem per aerem circumfusum motu continuo; at per ipsum planum non moveri, nisi dis- crete, & quasi per saltus de puncto in punctum, ita ut inter unum, & aliud punctum tantisper elevetur, & partes intermedias relinquit. Sed contra: quia ut bene ait Mast. potius

saltant, qui sic respondent, ut argu- menti vim effugiant; quod ut patet ponamus, globum non moveri per volutationem; sed apprehendi ab Angelo, & moveri per raprum inni- tendo semper eidem indivisibili, in quo erat prius; certè tunc non pote- runt ad saltus recurrere; & urget argumentum, quod semper per in- divisibilia tangit planum.

12 Resp. ergo neg. antec. Ad prob. neg. antec. licet enim cum sphæra quiescit super planum, solum tangat illud in puncto, dum tamen moveretur, non tangit in puncto, sed in linea; quia quodlibet corpus, dum moveretur, occupat maius spatiū, quam dum quiescit. Cuius ratio est: quod dum quiescit, solum occupat tantum spatiū, quanta est eius ex- tensio; nam occupatio in quiete est simultanea; at dum moveretur, cum hec sit occupatio successiva, qualis est motus localis; inde est, quod suc- cessivè occupet maius spatiū. Idē igitur dicendum de corpore sphæ- rico, quod licet semper, id est, in quolibet indivisibili sit in spatio simili æquali, quia hæc est simultanea occupatio; non tamen semper, id est, in quacumque temporis parte; quia hæc est occupatio successiva; & si- cut successio temporis nequit instan- ti convenire, quia instantia est totum simul; ita successio motus in corpo- re sphærico nequit occupationi punctuali convenire, quia hæc est tota simul.

Itaque hoc argumentum fami-

geratum non magis vrget in corpore sphærico, quam in quolibet alio; dum enim corpus moveretur; vel semper est in æquali loco, vel successivè in maiori? Si in æquali: ergo cum locus sibi æqualis sit indivisibilis secundum profunditatem, quia est superficies ipsum immediatè circundans, totum illud spatium, quod per currit, erit ex solis superficiebus sibi immediatè succendentibus compositum; atque ita, vel non mutabit locum secundum profunditatem, vel movebitur per indivisibilia secundum profunditatem, quod est idem argumentum, ac de puncto. Si occupat maius spatium: ergo idem possumus de corpore sphærico dicere. Cum ergo ad argumentum de corpore moto respondeat Arist. 6. Physic. text. 74. & cum illo emittes, quod dum moveretur, occupat maius spatium; idem dici debet de corpore sphærico, quin hæc sit nova difficultas. Videat. Subt. Doct. in 2. dist. 2. quest. 9. §. Ad tert. n. v. Ad propositum, p. im. 39.

13 Arg. tertio impugnando secundam rationem probavimus: idèo per nos continuum non componitur ex solis indivisibilibus mathematicis, quia tunc unus motus non esset velocior altero; sed hoc idem sequitur; si componitur ex indivisibilibus physicis; ergo vel componitur ex indivisibilibus mathematicis, vel non componitur ex physicis. Prob. min. vel utrumque mobile in quolibet instanti pertransit unum

indivisibile; & sic in fine horæ utrumque æquale spatiū percurret, vel unum in quolibet instanti pertransit unum indivisibile, & aliud medietatem illius; & sic indivisibilia physica dividerentur per instrumenta naturalia, scilicet, per motum, quod repugnat: ergo.

Resp. conc. mai. neg. min. Ad prob. resp. neutrum mobile in solo instanti pertransire unum indivisibile physicum; hoc enim repugnat, sed mobile velox in minori tempore pertransit unum physicè indivisibile; & mobile tardum medietatem illius indivisibilis. Nec inde sequitur, physicè indivisibile dividiri per instrumenta naturalia, scilicet, per motum; nam continuum per motum non dividitur, sed indivisum per transitum, & non in instanti, quia à parte rei est divisibile in duas medietates, quarum una per transiri nequit, nisi prius alia pertransatur; sed successivè, & in tempore, quod de indivisibili mathematico dici nequit, quod tam à parte rei, quam per instrumenta naturalia indivisibile est.

14 Arg. 4. linea componitur ex solis punctis: ergo superficies ex solis lineis, & corpus ex solis superficiebus. Prob. antec. & assumamus primum, & secundum punctum hinc; vel inter hæc duo puncta immediat aliqua pars interiecta, vel non? Si hoc secundum: ergo puncta sunt sibi immediata, & linea ex solis punctis componitur. Si primum cum ista qua-

qualibet parte linea sunt infinita puncta, tunc inter primum, & secundum punctum mediabant infinita puncta, quod est contra hypothesis; alia secundum punctum non esset secundum, quia inter primum, & secundum darentur alia.

Resp. neg. antec. Ad prob. resp. inter primum, & secundum punctum determinatè sumpta interaccere partem, & infinita puncta; non quidem determinata, sed indeterminata, & confusa. Unde inter primum punctum, & secundum determinatè sumpta nullum determinatum mediat; bene tamen infinita indeterminatè. Neque inde sequitur, puncta esse sibi immediata; quomodo cumque enim linea dividatur, semper remanet pars dividenda; & consequenter nunquam ita pervenit ad indivisibile; & sic in illa adhuc remanent infinita puncta indeterminatè.

15. Dices: in linea à parte rei est actu primum, & secundum punctum independenter à qualibet divisione; sed inter hæc duo puncta non potest interaccere pars; alia cum pars constet ex punctis, iam non essent à parte rei primum, & secundum: ergo à parte rei solum indivisibilia sunt sibi immediata. Respond. dist. mai. est primum, & secundum punctum determinatè, neg. mai. indeterminatè, & confusè, cenc. mai. & neg. suppositura min. Nam ly hæc cum sit demonstratum, sonat determinationem, & sig-

nationem, quæ in compositione continui ex partibus indeterminatis, nequit admitti. Ex quo patet quod cum puncta indeterminata non habeant determinatam positionem, non potest dici, quod inter primum, & secundum indecimata indet. aliud interficeat, vel non interficeat, quia inter indeterminata nequit ordo reperiri.

16. Secunda conclusio: continuum non componitur ex solis partibus divisibilibus, sed duntur in illo indivisibilia, tam terminativa, quam continuativa à partibus realiter distincta. Hæc est etiam ferè communis. Sed ante probationem, nota indivisibilia, nihil aliud esse, quam veras, & reales entitates positivas carentes partibus. Hæc autem indivisibilia, alia sunt terminativa, & alia unitiva, seu continuativa. Terminativa sunt illa, in quibus continuum terminatur, seu finitur; quia post talia indivisibilia non manet ultra aliqua pars quantitatis. Continuativa, vel unitiva sunt illa, quibus partes unitantur; & continuantur, sic se habent puncta in linea; & linea in superficie, & superficies in corpore.

17. Ubi adverte, quod unio est duplex: alia informationis, & altera continuationis, & per modum nexus. Prima est relatio, & denominat unitum subiectum, in quo fundatur; nam extrema ratione illius dicuntur unita immediate inter se. Secunda

da non denominat vnitum subiectum, in quo recipitur (recipitur enim in indivisibili substanciali , si est continuum in ratione accidentis;) sed partes, quas afficit; imò neque istae per talem vniōem dicuntur imateiatē vnitæ , sed mediæ solum, & tanquam in aliquo tertio, modo , quo duæ tabulæ vniuntur glutine ; & ratio est , quia vno non inhæret in partibus, sed tantum adhæret. Vnde solum in hoc sensu indivisibilia dicuntur vniōes partium. Nota etiam, quod in continua successivis, si continuum sit motus, indivisibile appellatur ratiōatum esse , si verò sit tempus, nuncupatur instans. Hoc notato.

18 Prob. primo conclusio de indivisibilibus continuativis; continuum est , cuius partes aliquo communi termino copulantur; sed si non dantur indivisibilia continuativa, eius partes non copularentur ad aliquem terminum communem: ergo. Prob. min. ideo contigua non habent continuationem , quia non habent aliquem terminum communem, quo copulentur: ergo si continua non haberent talem terminum communem , non essent continua, sed contigua. Confirm. continua sunt, quorum ultima sunt vnum; contigua verò, quorum ultima non sunt vnum, sed sunt simul; sed ultima esse vnum, est aliquo vnicō termino copulari , & vniiri; alioquin contigua essent continua, si non requiritur ultimum , quo partes copulentur: ergo.

19 Prob. 2. si corpus perfectè sphæricum tangeret perfectè planum, non tangeret illud, nisi in puncto: ergo dantur indivisibilia. Prob. antec. quia si sphæricum tangeret planum in aliquo divisibili , sequeretur , quod esset in corpore sphærico aliquod planum, sed hoc repugnat: ergo. Prob. seq. quando corpora divisibili iter se tangunt, ad æquantur in eo, secundum quod sit contactus; sed planum non potest , nisi plane adæquare: ergo si sphæricum tangit planum in aliquo divisibili , esset in ipso aliquod planum; & consequenter non esset perfectè sphæricum contra hypothesis.

20 Tertio idem prob. de continua successivis: nulla pars temporis, v. g. potest esse tota simul , cum enim tempus verè sit, necesse est, quod successionem habeat , & non sit tota simul: ergo debet dari de præsenti aliquod instans vnitum partium. Prob. conseq. quia si non datur tale instans , tunc partes temporis essent interrupere , & consequenter non continua: ergo. Prob. antec. nunc de præsenti, nec est pars præterita, nec futura; alias non existit indivisible, per te: ergo nihil, & consequenter tempus interrumperetur, & non est continuum.

21 Quarto prob. de terminatis: vel terminus quantitatis est aliquod divisibile , vel indivisibile? Si secundum, habetur intentum. Si primum ; cum terminus divisibilis non possit esse ultimas, quia est amplius di-

divisibilis in alias partes; sequitur, non dari ultimum in quantitate, sed processus in infinitum. Confirm. vel duæ quantites se tangunt secundum extremitatem ultimam divisibilem, vel secundum extremitatem indivisibilem? Si secundum: ergo terminativum utriusque erit indivisibile. Si primum: ergo naturaliter se tangunt secundum se totas; & consequenter naturaliter penetrantur, quod implicat. Explicatur hoc: cum corpus est in loco, vel tale corpus tangit locans solum secundum superficiem, vel amplius? Non secundum; alias tangeret secundum profunditatem, & naturaliter utrumque corpus penetraretur: ergo primum; & consequenter datur superficies unitiva, & terminativa partium corporis. Et idem est de linea unitiva, & terminativa partium superficie, & de puncto unitivo, & terminativo partium lineæ.

22 Arg. i. indivisibilia sunt realiter distincta à partibus: ergo saltim divinitus ab illis separari possunt. Ponamus, quod Deus destruat omnia puncta, remanentibus partibus: in hoc casu, vel partes sunt continæ, vel non? Si primum: ergo sine indivisibilibus potest dari continuum. Si secundum: ergo partes non erunt partes, sed indivisibilia; & consequenter continuum ex solis indivisibilibus constat. Confirm. quia saltim Deus posset cognoscere omnia puncta, quæ sunt in linea palmari, v.g. vel ergo præter omnia

puncta cognita superst aliiquid, vel non? Si secundum: ergo illa linea ex solis indivisibilibus constat. Si primum: ergo illud, quod superst non includeret puncta; & consequenter continuum indivisibilibus non eget.

Resp. conc. antec. dist. conseq. omnia puncta collectivè, neg. conseq. divisim, id est, hoc, vel illud determinatum, conc. conseq. Ad casum prob. resp. implicare, Deum destruere omnia puncta collectivè, quin destruat omnes partes; cum enim qualibet pars determinata assignabilis sit continua, & extensa adhuc includit, tunc, infinitas partes, tunc, infinita puncta. Unde vel Deus destruet omnem partem, vel non potest destruere omnia puncta collectivè, sed hoc, & illud, & illud, & quodlibet signabile, non tamen omnia.

Ad confirm. dist. antec. omnia puncta determinatè, & collectim, neg. antec. indeterminatè, & non tot, quin plura, conc. antec. Ad conseq. dicimus, præter puncta esse aliquid aliud, nempè, partes continuae includentes puncta, & neg. conseq. Licet enim partes cognoscantur ut distinctæ à punctis, & è contras semper tamen cognoscuntur partes, ut includentes puncta, & puncta ut inclusa in partibus. Vnde verbo: partes cognoscuntur, ut distinctæ à punctis, non tamen ut excludentes puncta; id est que præter puncta non quam superst aliud non includens puncta.

23 Arg. 2. si dantur hæc indivisibilia, etiam darentur in materia prima; hoc repugnat: ergo. Mai. patet; nam materia prima est materialis, & corporeæ; habet que partes integrantes. Min. vero prob. 1. quia vel illa indivisibilia creantur, vel educuntur? Non primum, quia tunc agens naturale non posset dividere aliquod corpus; nam divisio sit per corruptionem vnius puncti antea continuativi; & per productionem duorum de novo terminantium; agens autem naturale nequid aliquid creare, aut anihilare. Si secundum: ergo habent subiectum, ex quo educantur; quod etiam implicant, quia nihil materiæ prime habet aliud subiectum, cum ipsa sit primum; & alias non subiectantur in partibus, quas vniuer, vt diximus. Secund. si substantia materialis habèret hæc indivisibilia, habèret sufficiens principium impenetrationis, quod est proprium solius quantitatis. Prob. seq. munus indivisibilium quantitatis nedum est terminare partes, sed etiam illas ita vnite, vt inter se dicantur continuæ, & non compenetratæ; si enim non vniuerter per extremiores, sed se totis se penetrarent, & vna intraret divisibilitatem alterius: ergo si substantia ex se habet hæc indivisibilia, habet sufficiens fundamentum impenetrabilitatis.

24 Resp. conc. mai. neg. min. Ad prob. resp. hæc indivisibilia materiæ prime non creari, sed educi

de potentia ipsius materiæ, non quidem rigorosa eductione, quia non sunt in partibus materiæ, vt in subiecto inhæsionis, aut informationis; sed quasi adhæsionis, seu vt terminus in suo terminabili; sicut subsistentia, si consistit in positivo, non creatur, sed à natura substantia. si dimenat vt terminus. Neque est inconveniens non materiam, sed aliquid materiæ esse in hoc sensu generabile, & corruptibile, quia hæc non est rigorosa generatio, cum non educantur de potentia subsistentiæ informationis.

Ad 2. neg. seq. Ad prob. neg. antec. quoad secundam partem. Individuabilia enim quantitatis solum terminant, & continuant, non autem extendent partes, quia indivisibile non potest facere maius. Partes erg. sive substantia materialis, sive quantitatis, se ipsis extenduntur, & extrancantur ad invicem cum hac differentia: quæd stritas partium substantiarum, non facit repugniam ad penetratorem, quia non sunt partes ex natura sua incompatibilis; bene vero partes quantitatis, quæ essentialiter est radix impenetrabilitatis. Unde tam longè abest, vt indivisibilia sint radix impenetrabilitatis, quod nec adhuc sunt radix extensionis.

25 Arg. 3. Si in continuo dantur hæc indivisibilia: erg. dum continuum dividitur, perditur vnum indivisible, & duo generantur de novo: ergo in speciebus vni censernati, dum agitantur, vel dividuntur,

viventia in quacumque minima extensione conservari; & consequenter habent terminum intrinsecum parvitas.

4 Dices t. Si homo esset in termino magnitudinis, & aliquid comedederet, tunc cibum in propriam substantiam converteret, quia haberet potentiam nutritivam: erg. non erat in termino magnitudinis. 2. virtus activa, quantum est ex se, tendit in infinitum; unde crocodilli, dum vivunt, semper crescunt; & Gigantes ex creverunt extra statum naturæ humanae: erg. idem 3. Corpus Christi D. in Eucharistia est in puncto: erg. animata non habent terminum versus parvitatem.

Resp. conc. antec. neg. conseq. Nam ille homo tot partes acquireret per conversionem alimenti, quot deperderet ex proprijs per actionem caloris naturalis; ut patet in sensibus, qui non augentur ex quotidiana sumptuione cibi, & potus. Ad 2. neg. ant. Cum enim augmentum viventium fiat per alimenti intus sumptionem, quamvis semper sit nutritio, non tamen semper sit augmentatio; sed quandoque est restauratio deperdit. Unde quando vivens est in termino, sumit ex alimento novas partes ad compensandum damna ab agentibus extrinsecis illata; ideoque non potest ulterius crescere. Quare crocodilli, si diu viverent, non semper augentur, sed tandem ad statum per-

venirent. Nec verum est, Gigantes præterisse terminum magnitudinis naturæ humanae sicut nec Pigmæi terminum parvitatis; nam inter hos terminos datur latitudo, iuxta conditionem temporis loci materie, &c. ut experientia constat. Ad 3. Corpus Christi Domini in Eucharistia est in puncto in ordine ad hunc; nullum tamen corpus potest esse in ordine ad se, ita ut partibus omnino careat.

5 Dicimus 3. Viventia habent terminum intrinsecum versus magnitudinem; non vero extrinsecum; at versus parvitatem habent terminum intrinsecum, & extrinsecum. Ante probationem nota, quod terminus alicuius rei, quoad presentem, non sumitur pro quoocur que indivisibili; sic enim qualibet quantitas habet terminum; sed sumitur pro illo indivisibili ipsam terminante, in quo res sicut, & completetur, ita ut non possit ulterius precdi; v. g. terminus vlnæ, ut talis, est illud indivisible, ultra quod nequit procedere; si enim ulterius procedit, iam non vlna, sed plusquam vlna erit. Unde habere terminum intrinsecum est habere totam magnitudinem, & illud indivisible, in quo sicut, & compleetur; habere vero terminum extrinsecum est habere partem magnitudinis, & non posse pervenire ad terminum, sicutiam, seu complementum in illa linea. Parci hoc in quantitate, v. g. quæcum in x-

ta dicta de infinito, possit augeri magis, ac magis, quin perveniat ad terminum, & complementum; ideo numquam habet, nec potest habere terminum intra se, seu intrinsecum, sed semper extra se, & extrinsecum. Hoc notato.

6 Prob. prima pars conclusio-
nis ex subt. Doct. in 1. dist. 2. q. 9.
§. ad aliud n. 31. Ubi loquens de
principio augmentatiyo in animatis
ait, quod deber est determinatum
ad quantitatem perfectam illius
speciei, ut illam solam producat
& non ultra illam. Ex quo sic
depromittitur ratio: viventia sunt de-
terminata ad certam magnitudi-
nem, ita ut ultra illam nequeant
procedere (sit talis magnitudo
octo palmorum) erg. possunt ha-
bere totam illam magnitudinem.
Modo sic; sed implicat, viventia
posse habere totam illam magnitu-
dinem, & non posse habere indivi-
sibile illam terminans, quia indivi-
sibile additum indivisibili non fa-
cit maius: erg. implicat, dari ali-
quod vivens termino tantum ex-
trinseco terminatum. Prob. con-
seq. tunc talis terminus esset ex-
trinsecus, quando haberet totam
quantitatem, & non haberet indi-
visibile illam complens; sed si vi-
venti non reponat magnitudo octo
palmorum, non potest repugnare
indivisible illorum; quia non ex-
cedit suam magnitudinem natura-
lem, cum non faciat maius: erg.

7 Quod vero versus parvita-

teni habeant terminum intrinse-
cum, prob. supponendo, quod mi-
nimum quod sic in quantitate ho-
minis, v. g. sit palma. Nunc sic
arguitur: anima praesupponit cor-
pus perfecte organizatum; ideo
que in instanti introducitur in illo:
erg. supponit corpus determina-
tum, & completum, & cum termi-
nativo illius; aliis non essent per-
fecta organa; sed si attingit mag-
nitudinem palmi, non potest non
attingere indivisibile terminati-
vum illius, ut diximus: erg. Quod
denique versus parvitatem habeant
terminum extrinsecum, prob. ha-
bere terminum extrinsecum est
habere aliquam quantitatem, &
non indivisibile terminativum il-
lius; sed homo, v. g. habet quanti-
tatem semipalmi (suponamus, hanc
esse maximum quod non) & non
habet terminativum illius; suppo-
nimus enim, in solo semipalmo
reperiatur: ergo. ex quo.

8 Colliges differentiam quo
ad hoc inter terminos versus mag-
nitudinem, & parvitatem in vi-
ventibus. Si enim maior magni-
tudo, sub qua homo repetiri po-
test, sit octo palmorum; tunc ma-
ior homo attingit illam magnitu-
dinem, & indivisible illius, ac
proinde habet terminum intrinse-
cum; non vero habet terminum
extrinsecum; quia ad hoc requi-
ritur, quod attingatur quantitas,
& non terminativum illius; homo
autem non potest attingere mag-
ni-

nitudinem novem palmarum. At versus parvitudinem aliter contingit; nam si minor magnitudo, in qua homo reperiendi potest, sit unitus palmi, homo minimus habebit intrinsecè palnum, & terminativum eius; & quia palmus componitur ex semipalmo, habebit semipalnum; sed non habebit terminativum illius; alias solum semipalnum habebit. Ratio à priori est: quia in quantitate majori includitur quantitas minor, sed non eius terminativum; in quantitate autem minori, v. g. octo palmarum, neque includitur quantitas novem palmarum, neque terminativum eius.

9 Dicimus 4. Non viventia ex propria ratione nullum habent terminura magnitudinis, & parvitudinis. Hæc conclusio, supposita doctrina de infinito syncathegore-matico, & de continuo facilimè prob. Si enim res creatae, sive in genere substantiae, sive qualitatis aut qualitatis possunt magis, & magis in infinitum augeri, sequitur, nullum habere terminum versus magnitudinem; & si quodlibet continuum componitur ex partibus in infinitum divisibilibus; ita ut nequeat assignari minima ulterius indivisibilis, manifestè interfertur non habere terminum versus parvitatem. Solum est aliqualis difficultas de termino qualitatis versus minimum; ideoque probatur qualitatem sic non habere

terminum: si datur minimum in qualitate: erg. qualitas in instanti, & non in tempore acquireretur. Patet conseq. quia indivisibile nequit in tempore procedi; hoc repugnat: erg. Prob. sebsumpt. tunc enim agens, v. g. ignis produceret in hoc instanti minimum caloris, in alio aliud minimum, & sic deinceps: erg. ignis in productione caloris, quiesceret per tempus, quia post instantis non est aliud instantis immediate, sed tempus; sed hoc repergit; quia agens naturale debite applicatum, & non impeditum non potest non agere: erg. implicat, quod calorem per indivisibilia, & in instantibus producat.

10 Dices quod solum in primo instanti produceret prius minimum, sed postea successivè ageret; & in tempore sequenti prius produceret mediatem minimi, quam aliud minimum. Sed contra, Tum: quia repugnat indivisibili produci in tempore. Tum: quia successio motus provenit ex aliqua resistencia, vel mobilis, vel forme, vel agentis contrarij; sed hæc resistencia maior est in primo instanti, quam in sequentibus: erg. vel in primo non agit in instanti, vel in sequentibus sic agit. Prob. min. resistencia ad calorem inducendum est frigus; sed maius frigus est in primo instanti, quam in sequentibus, vt patet: erg. L 2 Prob.

11 Prob. 2. Si qualitas haberet minimum in extensione, tunc in ultima parte sphære agentis, v. g. ignis debet tale minimum qualitatis produci; supponamus, tale minimum esse spaciū vnus palmi, & applicetur talis palma ad ultimam partem minimam sphære; certe ignis producit in palmo minimum calorū; tunc elonget homo ab illa sphæra dimidium illius palmi, & introducat aliud dimidium alterius manus in locum dimidiū prioris; tunc vel vierque semipalmus recipiet calorem, vel unus tantum? Si primum: erg. illæ duæ qualitates sunt actu divisiæ, quia essent in subiectis diversis, licet contiguis; erg. daretur minor qualitas, quam minima à te assignata. Si secundum, idem sequitur; nara daretur calor vnus tantum semipalmi. Si dicas in nullo ex semipalmis calorem producere; contra est: quia divisio corporum non impedit actionem ignis; æquè enim calefacit duo linea approximata, ac unum habens magnitudinem utriusque.

12 Nota hic, quod impropter loquendo, posset dici, in animata habere terminum extrinsecum versus magnitudinem, scilicet, infinitum in actu; quia nullum continuum potest illam magnitudinem attingere; bene tamen quilibet minorē; & versus paritätē, scilicet punctum, quia

ex dictis continuum, cum sic essentialiter divisibile, non potest in p[ro]moto reperiri; bene tamen sub qualibet quantitate majori. Hæc tamen est impropria loquatio, quia inter punctum & molem, inter finitum, & infinitum non est proportio; & consequenter nec propriæ majoritas, aut minoritas; ideoque non bene infinitum in actu diceretur minimum quod non, nec punctum maximum quod non.

Quest. III. Quomodo res incipiunt, & desinant esse.

I Pro intelligentia notandum duos esse modos incipiendi, & alios duos desinendi; unus modus incipiendi est per primum sui esse, & exponitur cum affirmatione præsentis, & negatione de preterito, dicendo: Nunc primo est, & immediatè ante non erat; alius modus incipiendi est per ultimum sui non esse; & exponitur cum negatione præsentis, & positione futuri, dicendo: Nunc non est, & immediatè post erit. Primus modus desinendi est per ultimum sui esse: & exponitur per affirmationem præsentis, & negationem futuri, dicendo: Nunc est, & immediatè post non erit. Secundus modus desinendi est per primum sui non esse, & exponitur per negationem præsentis, & affirm-

affirmationem praeteriti sic: *Nunc non est, & immediatè ante erat.* Quando ergo res incipit, vel definit per suum esse, dicitur modus incipiendo, vel desinendi intrinsecus; quia primum instantis, quo incipit res, aet ultimum, quo res durat inclusivè, spectant ad tempus durationis, seu existentie rei; cum vero incipit, aut definit per suum non esse, dicuntur modi extrinseci incipiendi, & desinendi, quia illud instantis spectat inclusivè ad tempus, non existentie rei, & exclusivè ad tempus existentie eius; & in hoc sensu dicuntur illi modi intrinseci, vel extrinseci comparativè ad existentiam.

2 Nota 2. Quod *ly nunc* in explicatione istorum modorum significat instantis; & *ly immediatè ante*, & *immediatè post* significat tempus precedens, vel subsequens. Unde quod incipit intrinsecè, incipit in instanti, & quod definit intrinsecè, definit in tempore. Similiter: quod incipit extrinsecè, incipit in tempore; & quod definit extrinsecè, definit in instanti. Ratio est: quia cum in eodem instanti non possit res simul esse, & non esse; neque unum instantis sit immediatum alteri; sed inter utrumque detur pars temporis, inde est, quod res, quæ incipit intrinsecè, incipit in instanti, quod subsequetur tempus, necessario est instantis.

Similiter, quæ definit intrinsecè, definit in tempore; quia post ultimum instantis esse rei sequitur tempus; & quod incipit extrinsecè, incipit in tempore; quia si *nunc non est* debet postea esse in illo tempore, quod sequitur ad *nunc*, seu instantis praesens. Et demum, quod definit extrinsecè, definit in instanti, quia si *nunc non est*, & immediatè fuit: ergo in tempore praecedente erat, & in instanti immediato non est. Hoc melius patet per conclusiones infra ponendas.

3 Dicimus i. Res per se, & essentialiter successives, quatenus tales, ut motus, & tempus incipiunt, & definitur esse extrinsecè, nempe, incipiunt per *ultimum sui non esse*, & definitur per *primum sui non esse*; & consequenter incipiunt in tempore, & definitur in instanti. Prob. prima pars: implicat, successiva inciperet per *primum sui esse*, aut desineret per *ultimum sui esse*: ergo, incipiunt per *ultimum non esse*, & definitur per *primum non esse*, seu extrinsecè. Prob. antec. ut inciperent per *primum sui esse*, & definerent per *ultimum sui esse*, deberet in principio verificari: *Nunc est motus, aut tempus, & immediatè ante non erat*; & in ultimo: *Nunc est motus, & immediatè post non erit*; sed numquam potest verificari: *Nunc est motus, aut tempus*: ergo. Prob. min. ly

nunc , vt iam diximus , supponit pro instanti; sed in nullo instanti est motus , aut tempus ; hæc enim sunt successiva , & in continuo fluxu , que nequeunt omnes partes habere simul : erg. nunquam potest verificari : *Nunc est motus , aut tempus.*

4 Dices: Propositio vera de præterito , vel de futuro , ideo est vera , quia potest resolvi per suam de in esse , seu de præsenti , v. g. ideo hæc est vera : *Adam fuit* , quia aliquando fuit vera: *Adam est*; & ideo est veræ: *Anti-Christus erit* , quia aliquando erit vera: *Anti-Christus est*; sed istæ sunt veræ: *Nunc non est motus , aut tempus , & immediate posterit , aut immediate ante fuit*: erg. aliquando poterit dici: *Nunc est motus , aut tempus , & immediate ante non erat , vel immediate post non erit*; & consequenter adhuc successiva intrinsecè incipiunt , & desinunt.

Resp. dist. mai. per suam de in esse , & de præsenti , vel significante præsentiam permanentem , & totam simul ; vel successivam , & partem post partes , conc. mai. semper permanentem , neg. mai. Et conc. min. neg. conseq. Ad verificationem enim propositionis de præterito , & futuro sufficit , quod verificetur de præsenti , iuxta exigentiam rerum existentium ; & cum motus , & tempus sint successiva , verificatur , quod sicut

præsentia tempore immediato post instantans , & existentia successiva ; nunquam tamen dici potest , nunc est motus , aut tempus , quia ly nunc supponit pro instanti , non pro parte temporis ; & consequenter ly est supponit pro existentia permanenti , & tota simul . Cum enim in præsenti loquamur de prima inceptione , & delitione rerum , que nequit in tempore exerceri ; quia tempus non habet primam partem determinatam , nec ultimam ; sed ante , & post quamlibet est alia , & alia in infinitum ; numquam potest dici , nunc est pars ; quia adhuc ante istud nunc , & post illud sunt infinitæ partes . Afsigna nobis primam , & ultimam ; & habebis intentum .

5 Secunda pars constat ex probatione primæ . Si enim numquam est verum dicere : *Nunc est motus , aut tempus* ; sequitur , quod quando incipiunt , quia tunc sunt , incipient in tempore ; & similiter quando desinunt , desinant in instanti ; quia cum delitio , que est negatio , debeat subsequi immediatè positivum , si successiva semper mensurantur tempore , illud immediatum tempori , in quo desinunt esse , debet esse instans ; & consequenter in illo erit negatio , seu delitio .

6 Froylanus oppositum sentit quoad delitionem . Et arguit sic: si res successiva in instanti desi-
neret ,

neret, in illo instanti etiam esset; & consequenter simul in illo instanti omnes simul partes haberet Neg. seq. vt implicatoria in terminis. Desitio enim, vt diximus, est negatio, quæ in eodem instanti incompatibilis est cum inceptione, seu esse rei; alias in eodem instanti verificaretur, rem esse, & non esse. Et miramur & quivocationem huius Doctoris; putat enim, in desitione dari rem, quod est falsum.

7. Dicimus 2. Res permanentes divisibilis, que habent totum esse simul, vt animata, incipiunt intrinsecè, & extrinsecè desinent. Prob. prima pars: Quia si totum esse simul accipiunt: ergo de illis verificatur, nunc res est, antea non erat; & consequenter incipiunt per primum sui esse, seu intrinsecè; nam si aliquid accipiunt successivè post instantis generationis, illud non est esse genitum, sed aggeratum, seu augmentatum. Ex quo.

Secunda pars conclusionis prob. Nam quæ accipiunt totum esse simul possunt totum simul amittere ergo si animata accipiunt totum esse simul, totum simul emittunt: ergo valet dicere: Nunc non est res antea erat; proindeque desinunt extrinsecè. Benè verum est, quod etiam possunt desinere intrinsecè, seu per ultimum sui esse, vt postea dicemus. Idem quoad utramque partem est dicendum de rebus permanentibus divisibilibus, quæ successivè, &

per partem post partem acquiruntur; vt composita substantialia inanimatorum, & formæ tam substantiales, quam accidentales, si considerantur vt entia certa, & determinata, ac completa sunt; vt sic enim se habent, ac si indivisibilia essent; nam tunc res intelligitur completa, cum acquirit proprium indivisibile terribilans, & complens illam; vt patet in vlna, v. g. quæ absque indivisibili terminante non intelligitur completa, & perfecta: sed acquisitione indivisibilis est tota simul: ergo verificatur: Nunc res est, antea non erat; consequenterque incipiunt intrinsecè, & propter eamdem rationem desinunt extrinsecè; nam si in indivisibili consistunt, totum suum esse possunt simul amittere. Unde diceretur: Nunc non est, antea erat.

Si vero considerantur vt entia incerta, & indeterminata quomodo significant ens sine proprio indivisibili completivo, & vt actuali fluxui, & motui substant, incipiunt, & desinunt esse extrinsecè. Prob. nam talia entia sunt imperfecta, & incompleta: ergo solum in tempore possunt incipere esse. Patet conseq. quia dum res in tempore acquiruntur, nunquam habet esse completum, sed imperfectum, & incompletum: ergo si sunt entia imperfecta, solum possunt in tempore incipere, & instanti desinere; quod est incipere, & desinere extrinsecè.

8 Dicimus 3. Formæ , quæ in eodem subiecto sunt simul incompositiles , non possunt incipere , & desinere intrinsecè , dum sibi invicem succedunt. Prob. Si tales formæ inciperent , & desinarent intrinsecè , de illis verificaretur : *Nunc est , immediate ante non fuit ; nunc est , immediate post non erit* ; vel ly *nunc supponit pro eodem instanti , vel pro diversis instantibus ?* Si primùm ; ergo darentur duæ formæ contraria simul in eadem materia , quod implicat. Si secundum : ergo vel unum instans erit immediatum alteri , quod similiter implicat ; vel in aliquo tempore erit materia naturaliter sine aliqua forma. Prob. conseq. quoad secundam partem : in illo tempore , quod mediat inter utrumque instans , materia nullam habet formam ut pate: ergo. Neque etiam possunt incipere , & desinere extrinsecè ; quia saltim verificaretur , quod materia naturaliter posset esse sine aliqua forma ; si enim sic inciperent , & desinerent , posset dici : *Nunc non est , immediatè post erit ; nunc non est , immediatè ante fuit* : ergo in aliquo instanti materia esset naturaliter sine forma. Uade necessario si una forma incipit intrinsecè , altera desinit extrinsecè ; vel si una incipit extrinsecè , altera debet desinere extrinsecè.

9 Dicimus 4. Indivisibilia secundum durationem incipiunt ,

& desinunt esse intrinsecè. Probat. talia enim indivisibilia solum possunt per intans indivisibile durare ; unde in eodem instanti , in quo primò sunt , ultimò , & totaliter sunt : ergo necessariò incipiunt in instanti , & desinunt in tempore ; & consequenter incipiunt , & desinunt intrinsecè ; nam si extrinsecè , & per primum non esse desinrent , vel darentur duo instantia immediata , vel ista non essent indivisibilia secundum durationem , quia in tempore permanerent ; que omnia sunt absurdia. Ex quo sequitur , quod etiam mutationes instantaneæ ita incipiunt , & desinunt ; licet enim sine divisibilibus secundum entitatem , quia habent partes entitativas , sicut termini per ipsos acquisiti ; tamen sunt indivisibilia secundum durationem ; ac proinde solum per instans existunt. Unde incipiunt , & desinunt eodem modo , ac mutata est in motu , & instance in tempore , que sunt indivisibilia secundum entitatem , & durationem.

10 Dicimus denique : indivisibilia secundum entitatem , que tamen sunt virtualiter divisibilia , quia æquivalent habenti plures partes , ut Angeli , & anima rationalis , incipiunt intrinsecè , & extrinsecè desinunt. Probatur : Non enim possunt incipere successivè , & in tempore , cum sint indivisibles , & careant partibus : ergo incipiunt in instanti. Unde quia diu perma-

permanere possunt, magis consenteat naturæ ipsorum, quod qui in instanti totum esse simul acquirunt, etiam in instanti amittant esse; & consequenter incipient intrinsecè, & extrinsecè desinunt.

11 Inquires: an ista indivisibilia possint de potentia Dei absolute incipere extrinsecè, & desinere intrinsecè? seu an possint in tempore incipere, & in tempore desinere? Resp. 1. quod possunt desinere intrinsecè, seu in tempore. Ita Subt Doc. in 2. dist. 2. q. 4. §. concedo v. ad 2. num. 13. vbi ait: *Tamen non est inconveniens, aliquid esse non in tempore, & statim non esse; sicut apparet de muratione, & instanti, quæ non habent esse nisi raptum, & statim non sunt.* Ex quibus verbis deponitur ratio: mutata esse in motu, & instantia in tempore sunt indivisibilia: & tamen in tempore desinunt, quia desinunt intrinsecè: ergo non repugnat, indivisibilia desinere in tempore; & consequenter Angelus, & anima possunt intrinsecè desinere.

12 Prob. 2. Quia indivisibilia, quæ diù permanent, non solum coexistunt cuilibet instanti continuativo temporis, sed etiam temporis: ergo posset Deus conservare Angelum, v.g. usque ad instantis determinatum inclusivè, & non amplius; in hoc enim nulla apparet contradictione: sed eo ipso alicui instanti coexisteret, & immediatè

post non esset: ergo desineret per ultimum sui esse, seu in tempore.

13 Dices: Indivisible totum simul accipit: ergo totum simul amittit: ergo desinit in instanti, non in tempore, seu per partes post partes. Confirm. esse, & non esse sunt indivisibilia contradictriorè apposita: sed contradictrorè opposita debent necessariò eadem duratione mensurari ut ait Philos. 6. Physic. tex. 67. ergo si Angelus incipit in instanti, debet in instanti desinere.

Resp. conc. antec. dist. conseq. Totum simul amittit, id est, in instanti, neg. conseq. id est, non per partes post partes, conc. conseq. Est enim manifesta disparitas inter productionem, & desitionem. Nam productio est actio realis, & positiva, determinata ad esse; unde petit determinatam durationem. Desatio vero est negatio actionis, neque ad aliquod esse, sed ad non esse terminatur; ideoque determinatam durationem non postulat. Hoc patet in motu: licet enim esse motus petat determinatam durationem, scilicet, esse in tempore, tamen simplex negatio motus, v.g. hesterni fuit ab aeterno, & in ipsis intrinsecè; estò sit negatio alicuius successivi, cui repugnat inciperes intrinsecè. Pariter licet Angelus incipiat in instanti, negatio Angeli potest esse in tempore; non enim est eadem ratio de esse, ac de non esse.

Ad confirm. conc. mai. neg. min.

*mam meo Deo
in Confessione Rurz faciem*

89 *Lib. VI. Physic. Disp. unie. de continuo.*

Nom enim ait Philosophus, quod contradictoriè opposita debent necessariò èdem mensura mensurari, sed privativè opposita, ut patet in tex. Idem tenet Subt. Doc. in 2. d'lt. 2. q. 11. §. *Dico v. Respondeo.* n. 5. Quare si motus inest subiecto in tempore, etiam quies ei privativè opposita; ideoque idem erit ultimum non esse motus, & primum non esse quietis; & idem instans erit primum non esse motus, & ultimum non esse quies. Unde motus, & quies privativè opposita necessariò debent tempore mensurari; non autem quæ contradictrioriè opponuntur.

14 *Resp. 2.* Ad quæsitus principale: indivisibilia diù permanentia non possunt in tempore, seu extrinsecè incipere adhuc de potentia Dei absoluta. Ita Subt. Doc. in 2. d'lt. 2. q. 1. §. *Ad argumenta pro prima opinione.* n. 19. ubi ait: quod creatio, seu producio, ut nova per hoc distinguitur à conservatione: quod illa suprà respectum ad causam addit respectum ad non esse immediate præcedens; conservatio vero respectum ad esse, ut præhabitum. Ex quo sequitur, quod aetio Divina in ratione productionis non coexistit toti tempori, cui Angelus dicitur coexistere; sed in primo instanti dicitur creatio, & Angelus creatura; in tempore vero immediato dicitur Angelus conservari, & aetio conservativa; ergo iuxta Subt.

Doc. creatio, & productio entis indivisibilis, ut à conservatione distinguitur, est in instanti.

15 *Prob. ratione:* Ideò successiva possunt in tempore produci, quia habent novitatem successivam toto illo tempore; semper enim dicunt ordinem essentiale ad non esse partiale immediate præcedens: sed indivisibili non possunt hanc novitatem habere, quia partibus carent: ergo non possunt in tempore primò, & noviter produci, sed solua in instanti. *Confirm.* si Angelus posset extrinsecè incipere, in tempore inciperet: sed hoc est falsum: ergo non potest incipere extrinsecè. *Prob. min.* tempus est divisibile in partes priores, & posteriores; vel ergo productio, ut à conservatione distinguitur, exercetur in secunda parte, vel non? Si secundum; ergo productio non coexistit terti illi temporis. Si primum; vel productio novum esse Angelis, vel idem omnino permanet? Si primum: ergo Angelus erit physicè divisibilis, quod est falsum. Si secundum; ergo tunc non productio; de ratione enim productionis, ut novæ est communicare primum esse, & dicere ordinem ad hoc esse ut immediate præcedens: ergo non potest in tempore incipere.

16 *Dices 1.* Pater xternus post hoc instanti generat Filium: sed non per partem post partem, sed totum simul; ergo non reprobatur produ-

producio simultanea in tempore.

Confirm. Angelus coexistit tempori divisibili: ergo etiam in tempore potest produci; in ea enim mensura, in qua non repugnat, terminum existere, nec repugnat, productionem existere.

Resp. conc. mai. & min. neg. conseq. In verbo enim Divino nulla adest novitas essendi, nam essentialiter, & necessariò est; necessariòque, & essentialiter generatur. Unde semper existit, & semper generatur. At Angelus, v. g. contingenter existit, & producitur; ideoque adest novitas essendi; tamen quia indivisibile caret partibus, non habet novitatem essendi successivam, sed instantaneam, seu simultaneam; proindeque non potest in tempore produci, sed solum in instanti. Ad confirm. conc. antec. neg. conseq. Licet enim Angelus possit tempori divisibili existere, quia existentia est indifferens ad terminandam productionem, & conservationem; non tamen potest in tempore produci, nam terminus productionis est existentia ut prima, & ut nova; quomodo est solum in primo instanti productionis, nam immediatè post est terminus conservationis, & novitatis tantum secundum quid, scilicet, ut conservatæ; qui respectus sunt realiter, & essentialiter distincti, quia sunt ad terminos realiter distinctos.

17 Dices 2. Si Deus crearet unū Angelum in instanti, vel posset

immediatè post aliūm creare, vel non? Si primum; habetur instantium, scilicet, posse Deum Angelum in tempore creare. Si secundum; ergo tunc Deus necessariò, & non liberè quiesceret. Resp. non posse Deum immediatè post instantis aliūm Angelum creare; non desse. Et virtutis in Deo, sed ex parte Angeli, quia natura eius petit solum in instanti produci; tunc enim Deus necessariò quiesceret, non simpliciter, sed ex suppositione; sicut ex suppositione, quod nunc producat aliquod indivisibile secundum durationem, quiescit, quia nequit aliud indivisibile immediatè producere.

18 Ex dictis colligitur, quod res, quæ indivisibiliter, & in instanti producuntur, aliæ solum per unicum instantis possunt durare; nam instantia temporis, & mutata esse in motu hoc modo durant. Alię diu permanent, & durant, ut Angeli, animæ rationales, & composita substantialia perfecta, & completa; at solum in primo instanti terminant productionem, in sequentibus vero conservationem. Licet enim sit entitative eadē actio; tamen includūt distinctiones respectus; nam productio ut nova terminatur ad non esse immediatè precedens, conservatio vero ad esse ut præhabitū. Unde propterea illos respectus includunt, sunt realiter distincte, possuntque ad invicem separari. Et hæc de Libro Sexto Physicorum,



LIBER VII.

PHYSICORUM.

Duo præcipue docet Phylos. in hoc Septimo Libro; primum est, mobile non moveri à se, sed quidquid movetur, ab alio necessario moveri; secundum: agens debere esse approximatum passo, ut in eo suam virtutem, & activitatem exerceat, & effectum aliquem producat. Primum principium adducitur à Phylesopho ad probandum, dari unum primum motorem; & ad stabiliendum, quod nihil potest in se ipsum agere, seu se ipsum movere. De hoc tamen agemus in fine lib. 8. Unde in praesenti solum est nobis agendum de approximatione inter agens, & passum; & de distinctione inter movens, & motum.

DISPUTATIO VNICA.

De distinctione inter movens, & motum; r̄ubi etiam de approximatione inter agens, & passum.

In hac disputatione in examen vocantur duæ conditiones, quæ assignari solent, ut aliquid moveatur; scilicet, distinctio realis inter movens, & motum, & approximatio inter agens, & passum. De prima sit.

*Quest. I. A quo gravia, & levia
ad propria loca moveantur?*

Supponimus, in gravibus, & levibus verè existere gravitatem, & levitatem;

quæ sunt formæ positivæ, & qualitates realiter distinctæ à substantia corporum gravium, & levium; in hostia enim consecrata manet gravitas panis, & substantia non manet, ut docet Fides; ergo est acci-

accidens realiter distinctum ; & consequenter idem dicendum de levitate. Ita ergo qualitates tales sunt, ut gravitas causet, & sit principium motus, & quietis deorsum; levitas vero sit principium, & causa motus, & quietis sursum.

2 Supponimus etiam substantiam gravis, & levis esse principia passivum motuum sursum, & deorsum; similiiter locus naturalis est principium finale eorum; in hunc enim suis motibus tendunt. Unde difficultas solum est de principio effectivo quod, & quo virtusque motus.

3 Dicimus 1. Gravitas, & levitas sunt principium quo immediatum, & proximum motuum gravium, & levium ad propria loca. Ita Subi. Doct. in 2. dist. 2. q. 10. §. Concedo. V. Respondeo tunc, num. 3. Prob. 1. ex Arist. 4. de cœl. cap. 1. text. 2. vbi ait: Gravia, & levia habere in se incitationa, & fuscamenta quedam (id est somites) quibus naturaliter moveri possunt; per haec enim non nisi gravitatem, & levitatem intellexit ; nam 4. Physic. cap. 5. text. 85. & 86. assig- nat principia motuum sursum, & deorsum; & ait, esse gravitatem, & levitatem.

4 Prob. 2. ratione: Si aliquod grave esset impedimentum à motu, per propriam gravitatem removeret impedimentum, si posset vincere virtutem impedientis; ut patet, si superponatur alicui ligno, quod

propter gravitatem gravis frangatur; sed non frangit lignum, nec removet prohibens, nisi quia terdit ad centrum: ergo principium, quo grave tendit ad centrum, est gravitas.

5 Probat. 3. Nam posita gravitate, omni alio secluso, & ablato ponitur principium motus deorsum; in hostia enim consecrata, ablata substantia adhuc manet motus deorsum, quia manet gravitas panis: ergo gravitas est principium quo proximum, & immediatum motus deorsum. Idem de levitate est dicendum; quia videmus fieri motum sursum in vapore, quamvis adsit forma substantialis aquæ: sed etiam videmus, in eadem aqua fieri motum deorsum: ergo substantia aquæ est indifferens ad motus sursum, & deorsum: ergo à sola gravitate, & levitate provenire possunt tales motus; & consequenter gravitas, & levitas sunt principium quo proximum, & immediatum motum gravium, & levium.

6 Ex quo sequitur, quod forma substantialis solum est principium remotum, & radicale. Licet enim sit principium immediatum gravitatis, & levitatis; ex hoc tamen non debemus necessariò colligere, motum sursum, & deorsum ab ea immediate provenire; nam etiam est causa immédia quantitatis, non tamen impénétrationis. Unde sicut substantia, solum est principium radicale impénétrationis; sic

etiam

etiam est principium motus deorsum, & sursum.

7 Arg. 1. Si levitas esset principium proximum motus sursum; ergo aer, cum sic corpus leve, debet sursum ascendere, quovsque ad concavum lunæ perveniat (supponunt enim, concavum lunæ esse centrum, ad quod levia tendunt;) sed propriam regionem non transcedit: ergo non movetur levitate, sed propria vi motricè à levitate distincta. Confirm. Si aliqua pars aeris esset in elemento ignis descendenter: sed hoc non esset à levitate; quia proprium est levis, sursum ascendere: ergo à qualitate distincta; & consequenter levitas non est principium quo proximum motus sursum in levibus.

Resp. neg. conseq. Licet enim aer sit corpus leve, ad concavum lunæ non debet pervenire, quia non est eius centrum; est enim leve tantum secundum quid. Unde est ad locum sursum medium; vt scilicet, sit supra terram, & aquam, sed infra ignem; non tamen est ad locum supremum, nam iste est proprius ignis, qui est corpus leve simpliciter. Ad confirm. conc. mai. dist. min. non est à levitate simpliciter, conc. min. à levitate secundum quid, subdist. min. dum est in loco supremo, seu supra propriam locum, neg. min. dum est infra proprium locum, conc. min. & neg. conseq. Aer enim licet sit corpus leve, non tamen est ita leve sicut ignis;

ideòque non quiescit in loco ignis, sed in proprio. Unde vt ad illum perveniat descendit. Nec hoc est inconveniens; quia dum ascendet, & descendit, est respectu diversorum; nam licet sit leve respectu terræ, & aquæ, est tamen aliquomodo grave respectu ignis.

8 Arg. 2. Sunt multi motus locales, qui non causantur, nisi à forma substantiali: ergo ista immediate est productiva motuum sursum, & deorsum. Prob. antec. in primis dum aqua iufunditur in pulvere conglobatur, & ita elevatur supra aerem, vt partes aquæ illi superemineant; vt experientia patet. Item si pars inferior ligni apponatur igni, humor aquæ ad superiorum partem refugit; sed isti motus non sunt à gravitate; non enim sunt motus deorsum, sed potius sursum: ergo. Demum flamma candela deorsum inclinat, præcipue si ferrum frigidum offendit: sed motus deorsum repugnat levitati ignis: ergo non provenit à levitate, sed à forma substanciali.

Resp. neg. antec. Ad exempla resp. Tales motus non esse naturales; sed violentos causarique ab extrinseco. Unde aqua pulvi infusa conglobatur, quia detinetur à pulvere, aut ab alio corpore sicco; cuius partes adherent aquæ, ipsamque cingunt; vel detinent primam superficiem, qua detenta, reliqua aqua detinetur. Similiter aqua inclusa in poris ligni fertur sursum ab igne,

igne, & sumo; cuius levitas vincit gravitatem illius humoris; quod clarior videtur in papyro, que projecta supra ignem, aut sumum sursum fertur. Pariter candela dehinc a ferro, ne sursum evolet; & hinc videatur descendere, non ita est, sed partes de novo genitae derelinquent ab alijs partibus ab igne detentis ob incompositibilitatem quantitatum. Vide aliam solutionem apud Mast. hic disp. 3. de cœl. quæst. 3. num. 29.

9 Dicimus 2. Gravia, & levia non a generante, sed a se ipsis moventur; & consequenter principium quod immediatum, & per se motus localis non est generans, sed ipsum grave, & leve. Ita Subt. Doct. cit. v. Respondeo, & dico, namq. 4. quæs^t preter Scotist. sequuntur Nomin. & plurimi jesuitæ contra Thomist. Prob. 1. quia forma est ratio formalis agendi illius; quod constituit, si est substantialis; vel cui inexsistit, si est accidentalis: sed gravitas existit in gravi: ergo erit ratio formalis agendi ipsius graviss; & consequenter grave erit principium quod immediatum, & per se; non autem generans. Confirmat. Nam magis proprie^t est gravis gravitas, quam calor aquæ; vt patet: sed quando aqua calore caleficit, principium quod huius calefactionis est aqua: ergo principium quod immediatum, & per se motus deorsum non est generans, sed ipsum grave.

10 Prob. 2. Quia quando aliquid habet potentiam activam respectu alicuius formæ, potest eam causare in quocumque passo proportionato, & approximato: sed grave habet potentiam activam ad prodecendum ubi deorsum: ergo potest tale ubi causare in quolibet passo apto, & sibi approximato. Modo sic: sed grave est subiectum aptum talis ubi; & nihil est magis approximatum sibi, quam ipsum met: ergo potest illud in se ipsum causare; & consequenter se ipso moveretur.

11 Prob. 3. Effectus qui actu causatur, requirit causam acti causantem; quod enim non est, nihil producit: sed dum grave movetur, potest generans esse corruptum, vel valde distans: ergo talis motus à generante provenire non potest.

12 Respondent Thomistæ, quod licet generans non sit formaliter in se ipso, tamen perseverat virtualiter in ipso gravi, tanquam in effectu proprio; quod satis est, vt motus generanti tribuatur. Sic ut quando post semen decisum moritur pater, & nascitur filius, ipse filius genus patri tributu; quia licet in se ipso non sit, in semine tamen virtualiter perseverat.

13 Sed contra: Ideo generanti posset attribui ille motus, quia gravitas fuit à generante producta: sed hoc est fallum: ergo talis motus à generante non potest provenire. Prob. min. Actio productiva

generantis est substantialis: ergo non habet pro termino gravitatem; gravitas enim est accidens, quod nequit actionem substantialem terminare; & consequenter nihil perseverat in gravi, ratione cuius motus possit generanti attribui.

Contra 2. Adhuc admissum, gravitatem à generante immediate produci, adhuc generans non dicitur illum motum causare; nam grave generans, per vos, potest esse causa immediata illius motus: ergo & grave genitum. Prob. conseq. grave generans, & grave genitum sunt eiusdem speciei; & gravitas est accidens connaturale sequens rationem specificam gravis: sed quando duo sunt eiusdem speciei, quod est unum connaturale, & proprium, est etiam alteri, si ex ratione specifica provenit: ergo non minus erit virtus propria generantis, quam geniti; & consequenter si grave generans potest esse causa immediata illius motus, etiam grave genitum.

Contra 3. Licet enim in viventibus potentia geniti esset à generante, actio geniti non est à generante, sed à genito, ut tenent Thomistæ: ergo licet gravitas sit à generante, motus geniti non est à generante, sed à genito. Conseq. patet: Ideò enim motus esset à generante, quia gravitas est à generante producta, & illius est actus, cuius est potentia: sed in viventibus

potentia est producta à generante; & non actus: ergo potest esse gravitas à generante, & non motus. Unde solum colligitur, quod generans mediatè solum, & remotè sit causa motus, non autem proximè. Neque exemplum aliud convincit; nam pater est causa filii, non proximè, sed remotè, quatenus, scilicet, produxit semen (cætera vero agit mediante semine) ideoque postquam decidit semen non habet aliam actionem respectu filii. Vide quæ diximus lib. 2. Physic. disp. 4. quest. 4. §. 2. à num' 44.

14. Ex quo manet preclusa solutione Froyl. & Palanc. docentium, motum naturalem gravium, & levium convenire ipsis per modum proprietatis debite pro primo instanti generationis; atque ita licet gravia, & levia habeant principium intrinsecum motus, scilicet, gravitatem, & levitatem; istæ tamen solum sunt principia dimanationis, quia ab illis verè motus diminantur; non tamen sunt principia absolute efficienter productiva. Unde motus ab illis procedit dimanative, & à generante elicitive.

Manet, inquam, preclusa: quia vel intendunt tales motus esse proprietates in quarto modo gravium, & levium, ita ut ab ipsis diminantur metaphysicæ: & hoc est falsum, quia proprietates sic sumptæ sunt idem realiter cum essentia, ut diximus in Log. lib. 1. disp. 6. quest. 1. à num. 5. Motus autem illi realiter distingue-

guuntur à subiectis, cum sint ab illis separabiles. Vel intendunt, non esse proprietates in tanto rigore, sed accidentia quædam connaturalia? Et hoc verum est; sed inde sequitur, fieri per aliquam veram actionem, & causalitatem. Cum ergo causa in actu, & effectus in actu simul sint, vel non sint, consequenter nequeunt à generante causari, quod potest esse valde distans, vel corruptum. Unde contra hanc solutionem militant eadem rationes, quæ contra primam.

15 Arg. 1. ex Phylos. in præsent diente: Omne, quod movetur, non à sè ipso, sed ab alio necessariò moveri: ergo levia, & gravia à sè ipsis non moventur; alijs idem esset simul in actu, & in potentia respectu eiusdem, quod est falsum; nam actus, & potentia dividuntens, & sunt inter sè opposita. Secund. ex eodem 8. Physic. cap. 2. text. 29. vbi ait: Omne, quod sè movet, debet distinguiri in partem per se moventem, & in partem per se motam: sed hoc implicat in gravibus, & levibus: ergo à sè ipsis non moventur. Prob. min. in gravibus, & levibus omnes partes sunt similes, & homogeneæ: ergo nulla est ratio, cur una sit movens, & alia mota. Unde vel omnes erunt moventes, vel omnes moti; & consequenter si non potest distinguiri in partem per se moventem, & in partem per se motam, nullum grave aut leve movet se ipsum. Tert. Qui dat for-

mam, dat etiam consequentia ad formam; sed generans dat virtutem motivam, scilicet, gravitatem; ergo, & motum.

16 Resp. ad præm. dist. antec. quod movetur univocè, conc. antec. quod movetur æquivocè, neg. antec. & dist. conseq. non moventur à se ipsis univocè, conc. conseq. æquivocè, neg. conseq. & dist. implicit. prob. idem esset simul in actu formalis, & potentia formalis, neg. in actu virtuali, & in potentia formalis, conc. Phylosophus enim solum intendit, idem non posse se ipsum actione univoca mouere; si enim grave, v. g. per locum, quem habet, tanquam per rationem agendi, se moveret ad alium locum, esset, & non esset formaliter in loco; quia esset simul in actu formalis, & in potentia formalis; sicut si calidum formaliter se ipsum calciferaret, esset, & non esset formaliter calidum. Non tamen negat, idem posse se ipsum actione æquivoca mouere; ex hoc enim non sequitur, idem esse, & non esse in actu formalis; sed tantum sequitur, quod idem sit in potentia formalis, & in actu virtuali; quod non repugnat, ut patet in aqua se ad proximam frigiditatem restituente; est enim in potentia formalis, quatenus potest frigiditatem recipere; est vero in actu virtuali, quia potest producere illam. Cum diciter, actu, & potentiam opponi, & ens dividere; est vetum de potentia

objiectiva, & actu entitativo, quomodo nequit idem simul esse in actu, & in potentia; non verò de potentia subiectiva, seu formalis, & actu sumpto pro principio activo, seu virtuali.

Ad secund. dist. mai. quod se movet organice, ut est animal, cœc. c. mai. quod se movet inorganice, neg. mai. & min. in eodem sensu. Ad preb. conc. totum. Ut enim ait Subt. Doct. in 2. dist. 2. quæst. 10. §. *Ad primum. V. Ad secundum, num. 12.* Solum movens per cognitionem distinguui debet in partem per se moventem, & partem per se motam; nec aliud intendit Phyleosophus. Et ratio est: quia potentia motiva talis moventis est organica; ideoque est etherogenea, & dissimilis. Unde requirit diversitatem, non tantum inter corpora, & animam; sed etiam in ipso corpore, in quo est virtus organica; proindeque requirit partem corporis moventem distinctam à parte mota. In moventibus autem se non organice, non est ita necessarium, quia sunt similia, & homogenea; ideoque totum est uniforme quantum ad actum primum, & totum in potentia quantum ad actum secundum.

Ad tert. dist. mai. qui dat formam, dat mediatè, & remotè consequentia ad formam, conc. mai. immidiatè, & proximè, neg. mai. & permis. min. neg. conseq. Illud enim proloquium solum debet in-

telligi: ita vt dans formam det etiam mediatè, & consequenter omnes operationes, quas recipiens virtute illius elicet. Unde ex eo, quod generans tribuat gravitatem, v. g. solum sequitur, quod mediatè tribuat motum; quatenus, scilicet, tribuit illi formam, qua se immediatè movet; non tamen sequitur, quod prædictæ operationes, non sicut per se, & immediatè à recipiente formam.

17 Arg. 4. Quod enim est proprium viventium, quatenus à non viventibus distinguuntur, non potest, non viventibus convenire; sed movere se ipsa est proprium viventium, quatenus distinguuntur à non viventibus, vt tenet Arist. pluribus in locis: ergo non viventibus non potest convenire. Quint. sagitta proiecta à proïciente dicitur meveri, licet illato impulsu, statim moriatur proïcieos, solum quia dedit impulsus ad motum: sed gravia, & levia moventur per impulsum à generante acceptum: ergo ab illo moventur, quamvis sit cœi upsum, vel distans. Prob. min. gravis, & levia moventur vi suæ gravitatis, aut levitatis, vt omnes farentur: sed gravitas, v. g. est quidam impulsus à generante acceptus: ergo.

18 Resp. ad quart. conc. mai. dist. min. movere se organice, & post quietem in proprio loco cœi proprium viventium, cœo minor. movere se inorganice, & ad propria

pria loca, neg. min. & conseq. In hoc enim animata à non viventibus distinguuntur: quod animata etiam in proprio loco possunt moveri; nam argentum vivum ideo vivum appellatur, quia etiam post quietem movetur; inanimata vero in proprijs locis moveri non possunt. Unde vel à generante, vel ab aliquo alio in alijs locis debent posse, ut ad propria loca possint moveri. Et hæc est ratio, cur Arist. sè pè dixit, animalia à se ipsis moveari, non tamen inanimata.

Ad quint. dist. mai. à projiciente dicitur moveri mediata, conc. mai. immediate, neg. mai. & permis. min. neg. conseq. Ad prob. conc. mai. & permis. min. neg. conseq. Projiciens enim sagittam solum est causa motus, quatenus in ea produxit impulsum, quo impulsu ipsa immediata movetur. Unde solum mediata causat motum; in quo sensu libenter admittimus, quod generans viventibus, & non viventibus sit causa motus. Neque aliud intendit Subt. Doct. quidquid dicit Froyl, efformando pro suo libito argumentum ad hominem contra ipsum.

19 Arg. denique: Ad generans pertinet constituere lapidem, v. g. ipsumque completere cum perfectione sibi connaturaliter debita pro instanti generationis: sed centrum debetur lapidi pro instanti generationis, quia pro illo instanti debetur quies naturalis, quam non

habet, nisi in centro: ergo, Confirm. ab illo provenit passio, à quo provenit natura: sed motus gravium, & levium est illorum passionis: ergo provenit à generante dante naturam. Prob. min. quia esse in centro est proprietas gravium, & levium; ad centrum enim natura iter inclinantur, & in ipso naturaliter conservantur: ergo etiam motus ipse, quo moventur in centrum est proprietas naturalis. Patet conseq. quando enim terminus est proprietas debita subiecto, fieri, & acquisitione termini etiam est proprietas naturaliter debita.

Resp. dist. mai. radicaliter, & remotè, conc. mai. immediate, & proximè, neg. mai. & conc. min. neg. conseq. Non enim tenetur generans immediata tribuere omne, quod est connaturale genito, sed tantum remotè, & radicaliter; hoc autem tribuit generans genito, quando, scilicet, tribuit illi formam, per quam potest se mouere ad acquirendum centrum, quod est illi connaturaliter debitum. Per quod patet ad confirm.

20 Ex dictis insertur, idem posse actione & quicunque agere in se ipsum. Et patet quibusdam exemplis: in primis aqua calcifacta propria virtute reddit se ad præsternam frigiditatem; item, motus localis cordis ab ipso immediata provenit; rursus potentiae sensitivæ, & intellective agunt in se ipsis; alias nulla daretur actio immo-

nens ; denique ad omnia accidentia connaturalia forma activè , & immediatè concurrit. Et ratio est : quia quodlibet continentum sub obiecto alicuius potentiae est per se obiectum illius potentiae ; licet non primum , & adequatum , secundarium tamen , & inadequatum : sed possibile est , quod aliquid sit activum alicuius formæ , sicut aliud est activum eiusdem formæ ; & sit etiam passivum , sicut quodlibet aliud : ergo illed ita se ipsum respicit pro obiecto in ratione passivi , sicut quodlibet aliud ; & consequenter potest in se agere sicut in aliud.

Quæst. II. Vbi aliqua dubia de motu gravium , & levium examinantur.

Licet agere de motu projectorum , resilientiæ , &c. ad motum localem , ut sic pertineat ; tamen quia huiusmodi motus sunt proprietates quædam gravium , & levium , in præsenti examinati debent.

1. Inquires 1. Ab motu gravium , & levium ad propria loca debeat fieri per lineas rectas ? Resp. affirmativè. Ratio est : quia agens naturale non impeditum agit secundum ultimum suæ potentiae , & quam primum nititur propriam perfectionem acquirere : sed propria loca sunt perfectiones natura-

les gravium , & levium : ergo ad ea moventur per lineam rectam , que est omnium brevissima. Unde cum oblique ab extrinseco compelluntur movei , ut appareat in pluvia , & grandine à vento impulsis , nititur semper per minorem curvitatem descendere , vel ascendere , ut citius perveniant ad terminum.

2. Inquires 2. A quo proveniat , quod motus naturalis gravium & levium velecius sit in fine , quam in principio , & medio ? Motum naturalem velociorem esse in fine , est communis omnium consensus cum Arist. r. de cœl. cap. 1. text. 88. & constat experientia : videmus enim lapidem , v. g. eo maiorem incutere iustum , quo altius eadū ; unde quo altius movetur , eo magis intenditur velocitas motus. Rationem huius inquirimus.

3. Aliqui dicunt , non esse aliam rationem assignandam , quam naturalem sympathiam , quam habet locus naturalis cum locato. Unde fortius trahit è propinquio , quam è remoto. Sed contra . Tum : Quia , ut ait Doct. Sib. in 2. dist. 2. quæst. 10. §. Concedo . V. Quid ergo , num. 5. centrum non est forma activa : ergo à centro nequit provenire . Tum secund. Quia sequitur lapidem eundem impetum causare è turri descendenter , ac si decideret ex uno palmo distantie à terra ; dum enim est in illo palmo distantia , eadem esset sympathia : sed hoc est falsum : ergo non provenit à loco

naturali propter naturalem sympathiam, quam habet cum locato. Ante resolutionem.

4 Nota , quod impulsus est quadam qualitas à gravitate , vel levitate causata. Cum enim gravitas , & levitas sint virtutes motivæ, habent vim producenti impulsum. Tum: In externa corpora. Quod patet infractione duorum corporum invicem occurrentium ; que quidem frictio non provenit à gravitate ; nam gravitas, cum sit ad motum deorsum determinata, nequit illos motus causare : ergo provenit ab impulsu. Tum etiam in ipsis gravibus, & levibus: nam grave, & leve est subiectum capax huius impulsus : ergo si potest causare impulsus in externa corpora , etiam in se ipsis ; forma enim productiva aliquius actione transeunte, poterit etiam causare actione immanenti, si compositum est illius capax.

5 Nota etiam , quod iste impulsus non causatur, nisi medio motu locali; non quod motus sit ratio causandi, sed quia est conditio, sine qua non produceretur; & quo motus velocior, eo intensior est impulsus, ut constat. Cura enim volumus saltare, prius retrocedimus aliquantulum, & currendo pervenimus ad locum saltum, ut ex illo motu maior impetus ad saltum nobis imprimatur. Hoc notato.

6 Dicimus : Quod causa , cur motus sit velocior in fine , quam in principio, & medio; est impulsus à

gravitate causatus; & quia ad augmentum impulsus acceleratur non cessus, & ex motu celeriori magis intenditur impulsus; hinc est, quod grave, quo altius cadit, velocius moveretur. Ita Subt. De St. cit. V. Item, n. 7. ubi ait: Motus naturalis intenditur in fine secundum Phyletophum ; cuius difficile esset assignare causam , si effectivum illius motus esset praeceps aliquid extrinsecum; ergo causa maioris velocitatis in motu gravium, & levium est ipsemet impulsus à gravitate, & levitate causatus, non autem aliquid extrinsecum. Pater etiam experientia: Dum enim volumus ligna, vehementius scindere, altius fecurim attollimus : sed hoc ideo est, quia grave, quo plus moveretur, eo plus impulsus acquirit: ergo velocitas motus ab impulsu provenit; & consequenter, quia in motu naturali gravium, & levium est maior impulsus in fine , quam in medio, & principio, velocior est in fine, quam in principio, & in medio. Ex quo sequitur , quod motus violentius in medio debet esse velocior, quam in principio, & fine. Et ratio est: quia in principio incipit crescere impulsus, in fine vero langescit, unde in medio totum impulsum recipit; ideoque velocior est in medio, quam in fine, & principio.

7 Inquires 3. A quo moveantur projecta? Corpora projecta discuntur illa, que cum impetu quodam impelluntur; que quidem certum est, non moveri a se, non enim

enim motu violento, qui nequit esse à principio intrinseco. Unde dubium est, à quo motus projectorum proveniat? Intellige, postquam sunt semel projecta, & à projiciente separata; nam principium huius motus supponimus, esse ipsam causam impellentem.

8 Resp. cum commeni, projecta immediate moveri ab impulsu ipsis à projiciente impresso. Prob. in primis talis motus nequit provenire immediate à projiciente; quia cum lapis distat, & movetur, projiciens nihil agit; immo potest non existere, sed esse mortuum. Unde nequit ab illo influxus physicus provenire. Deinde neque à medio, seu aere. Tum: Quia talis motus potest fieri in vacuo, vt diximus lib. 4. disp. 2. quest. vnic. dub. 4. Tum: Quia non esset ratio, quare hoc corpus velocius, illud autem tardius moveretur; vel quare idem projectum iam tarde, iam velociter, per eundem aerem ferretur, vt patet; nam causa motus esset eadem, & eodem modo applicata: erg. effectus esset idem.

Tum etiam: quia experimur, aere vehementissimo flante versus Orientem, globum ferreum tormentarium versus Occidentem tali impetu explodi, vt vrbes subverrat, murosque demoliatur: erg. motus iste nequit provenire ab aere. Patet conseq. Aer enim in isto casu potius impedit, quam efficit motum: ergo immediate provenit à qualitate projecto impressa à pro-

ijiciente. Hæc autem proprièt̄ sit per motum alterationis, cuius principium est virtus motiva projicientis approximata, & applicata; & corruptitur, & definit esse sicut reliqua aliæ entitates, scilicet, per subtractionem Diuini concursus; non quid Deus voluntariè illum corruptat, sed quia impulsus talis est naturæ, vt non petat diuturniorem durationem, sed post aliquantulum temporis labitur, sicut etiam sonus in aere; ideoque quia Deus se accommodat naturis rerum illas conservando, solum pro parvo illo tempore tribuit concursum impulsui.

9 Inquires 4. A quo proveniat motus resiliens? Resp. solum provenire ab impulsu causato à projiciente. Ita Subt. Doct. in 2. dist. 13. q. vnic. in fine. Probatur: Nam pila, v.g. quod fortius impellitur, eo fortius resilis: ergo impulsus, quo resilis, provenit à projiciente. Prob. conseq. causa naturalis semper habet suum effectum: sed impulsus à projiciente impressus potens erat deferre pilam longiori motu: ergo dum non potest in directum agere, agit in obliquum, & reflectit; & consequenter motus reflexus, seu quo resilis, erit à projiciente. Confirm: quia impulsus ex se non est determinatus ad motum rectum, sed ad quemlibet est indifferens: ergo non est, cur illi non tribuatur motus reflexus. Patet conseq. à causa enim indifferenti, & in determina-

nata possunt diversi motus prodire.

10 Dices: corpus non refilit, quando obliſtens est mole: ergo ille impulsus non causatur totaliter à proiſcidente; aliaſ ſemper moius eſſet idem, ſive obliſtens eſſet idem, ſive non: ergo etiam provenit ab obliſtente. Neg. conſeq. Corpus enim durum eſt conditio neceſſaria ad reſilientiam, quia in obliſtente requiritur reſilientia; ideoque pila proiecta ad parietem refilit, non verò proiecta ad lanam, v. g. lana enim cædit motui direc-
to pilæ. Unde non eſt diſpoſita ad reſilientiam.

11 Inquires 5. An detur quies in puncto reſlexionis? Nota, quod motus eſt duplex: directus, ſcili-
cet, & reſlexus. Motus directus eſt transiſus à termino à quo ad terminum ad quem; reſlexus eſt regreſſio ab eodem termino ad quem ad terminum à quo priorem. Kuiſus reſlexus eſt duplex: alter proprius, qui ſcili-
cet, ſit per eamdem lineam, per quam factus eſt motus rectus. Alter improprius, qui non ſit per eamdem omnino lineam. Nota etiam, quod quies eſt duplex: negativa, & privativa. Illa reperiſtur in quolibet instanti; hæc verò in tempore; nam motus, cui privativa opponitur, ſolum in tempore exiſtit. In preſenti lo-
quimur de motu reſlexo per eamdem omnino lineam, & de quiete privativa.

12 Dicimus 1. Quando am-

bo motus, ſunt ab intrinſeco, vt motus dilatationis, & restrictionis cordis, datur quies in punto reſlexionis. Prob. talis motus cordis eſt graia alicuius beni, quo fruiſtur in terra ino motus; ordinatur enim ad refrigerium viventis: ergo pe-
tit, vt in illo quieſcat, & eo perfruatur. Secundo. Quia valde labo-
riosum eſſet naturæ nunquam à tali motu deſtiltere; licet enim ſit motus naturalis, exercetur tamen medijs organis. Unde nequit ne-
gari, quin addeſſet aliqua fatiga-
tio: ergo.

13 Dicimus 2. Si vterque motus eſt ab extrinſeco, vt cum pila ad parietem impeliuntur, & deinde reſleſtit, non datur quies in puncto reſlexionis. Prob. quando enim pila ad parietem impelli-
luntur, vel impetus impressus à proiſcidente evanuit? & ſic non poſſet reſleſtere, ſed ad terram laberetur; vt enim in dubio imme-
diato diximus, paries non eſt cauſa reſlexionis motus; vel adhuc permanet (ergo cum ſit cauſa natu-
ralis non impedita, cauſabit mo-
tum, cauius eſt naturaliter produc-
tivus; & conſequenter non quieſ-
cit mobile).

14 Dicimus 2. Si motus direc-
tus eſt ab intrinſeco, reſlexus ve-
rò ab extrinſeco (intellige, ab ex-
trinſeco ut obliſtente, non vero ut movente) vt dum grave deorsum moventur, & deinde reſleſtitur re-
tione impulſus acquiſiti in mo-
di-

directo; non datur quies in punto reflexionis. Hæc conclusio probatur eadem ratione, ac immediata: ille enim impulsus, vel evanuit, vel non, sed permanet. Si primum; non potest reflectere. Si secundum; non potest quiescere, nam quies continuationi motus opponitur.

15 Dicimus denique: Si motus directus est ab extrinseco, & reflexus ab intrinseco, vt cum lapis sursum proiecitur, & impulsu cessante, deinde ex propria natura revertitur deorsum per eandem lineam; tunc datur quies in punto reflexionis. Prob. supponendo prius, principium motus sursum in lapide esse impulsum, motus vero deorsum gravitatem; & proinde in tantum impulsus elevat sursum, in quantum superat resistantiam gravitatis; quia omnis actio est ex excessu agentis supra passum, & secundum proportionem maioris inæqualitatis.

Modò sic: Motus sursum fit in tempore, & definit in instanti terminativo, in quo lapis acquirit ultimam superficiem sursum versus: ergo adhuc in illo instanti impulsus excedit gravitatem lapidis; quia si non excederet, non posset acquirere aliquam superficiem superiorum loci: ergo ut descendat deorsum, debet gravitas excedere impulsum: sed nequit excedere in tempore immediate sequenti: ergo in tali tempore nec maybebitur sur-

sum, nec deorsum; & consequenter quiescit. Prob. subsumpt: antequam gravitas excedat, seu superet impulsum, debet esse illæ æqualis: sed æqualitas fit successivæ, & in tempore, cum incipiatur post ultimum instans motus sursum: ergo in illo tempore immediato non excedit; & consequenter lapis per aliquid tempus sursum quiescit. Patet conseq. Quia ratione æqualitatis utrumque principium, scilicet, gravitas, & impulsus, est impeditum, ne in proprias exeat actiones; ideoque datur quies.

16 Inquires sexto: An gravia, & levia gravitent, & levitent in proprijs locis? Nota, quod illa dicuntur gravitare, & levitare, quæ nituntur adhuc, & contendunt in aliud inferiorem locum, vel superiorem pervenire; ita ut corpora ipsis subiectum premant, si de gravibus loquimur; vel superpositum impellant, si de levibus. Hoc notato.

17 Dicimus: gravia, & levia in proprijs locis nec gravitare, nec levitare. Ita omnes Phylosophi, & Mathematici contra Arist. 4. de ccelo, cap. 2. tex. 29. & 30. vbi ait: omnia gravia, & levia, præter ignem, adhuc in proprijs locis gravitare, & levitare. Contra quem in hac re omnes procedunt. Et prob. Obtento centro, obtinetur finis. sed obtento fine, cessat actio: ergo obtento centro, amplius nec gra-

gravitant, nec levitant. Patet conseq. gravitas enim, & levitas datur sunt elementis, ut media actione se ad centrum ieducant, quod appetunt, & ad quod habent inclinationem. Unde natantes non sentiunt pondus aquæ, quam suprà se habent; quam extra flumen, aut mare sentirent, quia in proprio loco aqua non gravitat.

18 Dices: Aer à superiori loco descendit: ergo non quietatur, & consequenter levitat. Prob. antec. Si quis ex alto loquatur, facile auditur ab existentibus in inferiori loco, non è contrà: ergo descendit. Resp. aërem in casu posito descendere, non provenire per se, & ex natura aëris, sed per accidentem, & ab extrinseco; scilicet, quia aer egressus ab ore est crassior, & impior; ideoque descendit; quando autem est purior, semper ascendit, ita ut nunquam descendant.

Quest. III. An aliquod agens possit naturaliter agere in distans, quin agat in propinquum?

I **D**iximus, naturaliter; quia videtur innegabile, saltim divinitus posse agens agere in distans; nullo modo agendo in medium. Posset enim Deus suspendere concursum, v. g. ignis ad agendum in passum propinquum, & illum non suspendere ad agendum in distans; in hoc enim nulla apparet repugnantia.

Diximus etiam, aliquod agens;

quia certum est plura agentia priùs naturaliter agere in proximum, quam in distans. Idque mutipliciter contingere potest. Primo, agendo in medium, & deinde in medium se solo in distans; ut cum ignis calefacit aquam, vel aërem; aer attenuat, vel aqua manum. Secundo, agendo etiam immediatè in distans, sed cum medio tanquam causa; si enim quis ante os fornacis aperti ponatur, intense calefit; & si os fornacis repente claudatur, minorem sentit calorem: ergo intensus calor primò proveniebat immediatè ab aëre, & ab igne ut à causis partialibus, secundus verò à solo aëre ab igne priùs calefacto. Tertio, agendo ut causa totalis in distans, sed per medium tamquam necessariò requisitum, ita ut invicemque immediatè agat; sed ordinatim, priùs in passum proximum, postea in remotum; talia sunt corpora luminosa, qualitates activæ, obiecta quoad emissionem specierum visibilium, & alia huiusmodi. Quartò, agendo immediatè in distans, non agendo in medium per eandem potentiam, nec eodem genere actionis, sed diverso; ut cum Sol generat aurum in visceribus terræ, sed priùs illuminat, & calefacit aërem. Dubium, itaque est, an detur aliquod agens, quod immediatè agat in distans, nullo modo agendo in medium? Vel si in medium agat actione diverse rationis, ab illa tamen non depen-

dependeat necessariò actio in distans? Sic enim perinde se habeat, ac si nihil ageret in medium.

2 Sed pro maiori intelligentia nota, contactum esse duplicem; vnum mathematicum, seu formalem, quo duo corpora ita se tangunt, ut extrema ipsorum sint simul, & contigua; a' ter virtualis, seu physicus, quo agens persuam virtutem causat aliquid in passo sibi non contiguo. Et quidem certum est, ad agendum non requiri contactum formalem, sed virtualē sufficere; ut patet in sole generante aurum, & in multis alijs. Hoc notato.

3 Dicimus: absolutè, & naturaliter loquendo, potest aliquod agens agere in distans, non agendo in medium. Ita Subt. Doc. in 1. dist. 37. quem sequuntur Discipuli contra Thomist. Hæc conclusio probari solet aliquibus experientijs, que non convincunt; ideoque illis omissis, pcciores, & estimatores adducemus. Prima est: Angelus superior potest intuitivè Angelum inferiorem cognoscere, quamvis non sit intimè præsens intellectu illius: sed iunc Angelus inferior iammediatè producit cognitionem in intellectu superioris, nihil agendo in medium: ergo. Min. patet: nam cognitio intuitiva immediatè, & non media specie causatur ab obiecto; ut dicimus in lib. de anima. Idem dicitur de anima separata, que intuitivè

cognoscit obiecta materialia, que non sunt sibi intimè præsentia. Secunda: Sol, v. g. generat metalla in visceribus terræ: sed non generat in aëre; aut in alio subiecto intermedio: ergo,

4 Nec dicas generationem metallorum præsupponere actionem præviā, qua passum alteratur; & hæc alteratio sufficit, ut agens non dicatur propriè agere in distans. Nam contra est. Tamen quia idem dicimus de alteratione prævia, ac de ipsa generatione; nam alteratio fit in visceribus terre, non autem in superficie illius, aut in aëre: ergo potest agere in distans alterando, quin agat in propinquum. Tum: quia alteratio prævia non requiritur per se ad agendum; quia si Deus applicaret illi agenti subiectum ultimò dispositum, statim agereret actione-generativa, & non alterativa: ergo non requiritur per se alteratio ad exercendam potentiam generativam; proindeque agens potest exercere generationem in distans, nihil agendo in medium.

5 Tertia experientia est: Nam Luna causat fluxum, & refluxum in mare; talis enim actio immediatè fit in aqua, non in alio corpore. Quarta: acus magnete conficitata atrahitur à polo, & à partibus eius vicinis. Quinta: nam magnes trahit ferrum, etiam si medium alii. quod solidum sit interpositum; si enim magnes infra lapidem existat, ferrum

Quæst. III. An aliq. agens pos. natural. agere in dist. 105

ferrum verò super lapidem, moveatur ferrum ad motum magnetis inferius existentis: sed non mouet lapidem: ergo.

6 Responsio communis Thomist. ad has, & similes experientias est: quodlibet agens per medium emittere, & diffundere suam virtutem, ante quam agat in distans; non tamen est necesse, quod semper eundem effectum producat in medium, ac in distans; quia non semper medium est dispositum ad recipiendam formam productam in distanti. Sed tamen id sufficit, ut non agat in distans, nisi prius aliqualiter agat in medium. Unde magnes, v.g. circum quaque emitit qualitatem attractivam ferri; quæ licet in medio nihil attrahat; quia non invenit materiam capacem, perveniens tamen ad ferrum, illud movet, & attrahit. Et idem respectivè de alijs agentibus dicendum.

7 Et si illis obijcias, quod illa virtus, seu qualitas, cum sit accidentis, nequit ab agente usque ad passum distans pervenire; alias migraret de subiecto in subiectum, quod naturaliter repugnat. Respondet Palancus, quod cum dicunt, virtutem agentis transire per medium; non intelligunt quod eadem numero virtus transeat de subiecto in subiectum; sed quod agens causet suam virtutem in corpus sibi immediatè contiguum; & illud corpus, vel pars, ut actuata per

talem virtutem, in partem proximiorem; & illa pars in partem proximiorem; & sic usque ad passum.

8 Sed contrà multipliciter. Primo: quia virtus, aut qualitas illa, que ab uno corpore causatur in alio usque ad passum, est accidentis: sed hoc nequit esse virtus productiva substantiæ, quale est aurum, & reliqua metalla: ergo Sol, v.g. vt substantialiter generans, non emitit virtutem generativam per medium; ac proinde secundum potentiam substancialē generandi agit immediatè in distans.

9 Secundo: Permisso, quod illa qualitas, vel accidentis possit esse virtus productiva substantiæ; ex solutione infertur, non solem, aut astra, sed partem illam terræ propinquam mineræ generare aurum; quod est absurdum. Prob. seq. per vos, Sol tantum producit qualitatem in corpus sibi contiguum, deinceps tamen nihil agit, sed corpora intermedia successivè: ergo non Sol, sed corpus immediatum producit aurum; proindeque non magis est causa illius, quam avus nepotis, quatenus, scilicet, causa causæ est causa causati. Unde licet Sol anhilaretur statim, ac egit in corpus immediatum, posset aurum, v.g. produci. Confirm. hoc: Magnes, per te, solum emittit virtutem attractivam in aërem proximum, aer in lapidem interpositum, & hic in ferrum: er-

go non magnes sed lapis ferrum attrahit. Patet conseq. causalitas, aut effectus solum tribuitur agenti, cuius actio ponit effectum in esse: sed ferrum non attrahitur nisi vi actionis corporis sibi contigni, puta lapidis: ergo iste, non autem magnes verò attrahit ferrum, cuius oppositum vidimus; nam ad motum magneti, sive rectum, sive circularem, movebatur ferrum; & eò citius, quò celerius movebatur magnes.

10 Tertio: Quando medium est incapax effectus passi distantis, non potest eamdem qualitatem, seu formam recipere ab agente; nam effectus tribuitur per ipsam formam communicatam passo: ergo non potest media illa forma, aut virtute in passam agere. Prob. seq. Nam agens agit secundum illam formam, qua est actuatum: sed per te, est actuatum forma diversæ rationis: ergo non potest media illa effectū in passū remotū producere.

Explicatur hoc: Magnes vel producit in lapidem intermedium qualitatem eiusdem rationis ac in ferrum, vel diversæ? Si eiusdem: ergo nequit in lapide recipi; quod enim est incapax effectus aliquis formæ, est quoque incapax recipiendi talēm formam. Si diversæ rationis: ergo impertinens est ad effectum attractionis in ferrum causandum: ergo magnes ita immediatè attrahit ferrum, ac si nihil in lapide produxisset. Rem declarat exemplum: Sappone, inter hominem, & ignem mediare aë-

rem; & quod hic sit incapax recipiendi calorem, & solum capax recipieendi lucem; certè homo tam immediatè calefiet ab igne, quam si ignis nihil in aëre produvisset; quod enim nihil conductit ad effectum, perinde se habet, ac si non esset: ergo si qualitas producta à Sole, aut magnete in corpora intermedia non sunt qualitates attractivæ, aut generativæ, perinde se habent, ac nihil; nec obstant, quo minus agens immediatè agat in remotum.

11 Arg. 1. Agens, & passum se habent ut actus, & potentia: sed actus, & potentia requirunt coniunctionem, ut sit actio: ergo. Secund. Agens nequit operari nisi in hoc tempore ex istat, etiam si in alio tempore extiterit: ergo nequit operari in tali loco, nisi in illo loco existat; ac proinde nequit operari in passum distans, nisi ibi sit, aut ipsum agens immediatè, aut eius virtus. Resp. ad prim. dist. mai. Ut actus formalis, & potentia susceptiva, neg. mai. ut actus virtualis, seu effectivus, & potentia susceptiva termini producti per talēm actum, conc. mai. Et dist. min. inversis terminis, neg. conseq. Differeniam est: Nam actus formalis causat intrinsecè, & per sui communicationem, ideoque requirit coniunctionem; actus verò effectivus solum extrinsecè causat; unde coniunctionem non requirit.

12 Dices: Finis, licet sit causa extrinseca, debet esse præsens

saltim intentionaliter, ut possit causare: ergo etiam causa extrinseca requirit præsentiam localem ad causandum. Resp. conc. antec. neg. conseq. Licet enim finis sit causa extrinseca, tamen quia non causat, nisi movendo appetiuto, deber esse applicatus per cognitionem; nihil enim volutum, quin præcognitum. Efficiens vero ad causandum tantum requirit applicationem virtutis, quæ solum arguit coniunctionem virtualem.

13 Ad secund. Instatur argument. agens, & passum debent esse in eodem proposito tempore: ergo debent esse in eodem loco, & consequenter penetrata; quod nullus admittit. Respond. erg. conc. ant. dist. conseq. nisi in tali loco existat præsencia mathematica, neg. conseq. præsencia virtuali, conc. cōseq. Disparitas est: nam id, quod non existit in hoc tempore, non existit, nec formaliter, nec virtualliter; quod enim nihil est, nec habet entitatem, nec virtutem. At quod non existit præsencia mathematica in hoc loco, potest existere præsencia virtuali in illo, & ibi operari; non ita ut virtus sit aliqua forma egrediens ab agente, & contingens mathematicè passum; sed ita ut virtus entitativè, & subiectivè maneat in ipso, & terminativè sit in passo; ad quod sufficit, quod passum sit intra sphæram activitatis agentis absque diffusione alicuius virtutis, seu qualitatis.

14 Dices: Implicit, agens agere in passum, nisi contingendo

passum; nam si relinquit passum intactum, nihil prorsus operabitur in ipso: sed implicat, quod contingat passum, quin sit passo contiguum, vel per se, vel per suam virtutem: ergo non potest virtus manere in ipso agente, cum producit effectum. Confirm. Quod agit per virtutem in se retentam, necessariò agit immediatè immediate suppositi: ergo vel virtus, vel suppositum debet esse contigua passo, ut agens operetur: sed cum operatur in distans, non agit immediatè immediate suppositi: ergo immediate virtutis diffusæ.

Resp. dist. mai. nisi contingendo contactu mathematico, neg. mai. virtuali, subdist. entitativè, neg. mai. terminativè, conc. mai. & neg. min. & conseq. Contactus enim virtualis non consistit in eo, quod virtus egrediens ab agente perveniat secundum entitatem ad passum, & illud contingat; sed in eo, quod passum sit intra sphæram activitatis agentis, seu sit terminus virtutis existentis in agente. Unde fallit imaginatio, dum judicat, causam agendo in distans eo modo se habere ac gladius, vel ut globus tormentarius, medio quo homo percutit alium; quæ nisi contingant, non percurunt; nam percutio fit formaliter per incomposititatem quantitatum. Sed consistit in eo, quod effectus ibi primo fiat; sicut voluntas medio actu sibi inexistente attingit obiectum, non se diffundendo in illud.

Ad confirm. dist. antec. Immediatione suppositi, vel in essendo, vel in causando, conc. antec. semper in essendo, neg. antec. & consequent. & dist. subsumpt. immediatione suppositi in essendo, conc. in causando, neg. subsumpt. Benè enim potest passum distans esse terminus virtutis causativæ existentis in agente; quo casu nec ipsa entitas agentis, nec entitas virtutis sunt contiguæ passo; solumque agens agit immediatione suppositi in causando, quæ nullum contactum, nec suppositi, nec virtutis requirit. Uidè dicta hic lib. 2. disp. 4. quæst. 4. num. 6.

15 Replicabis: Agens naturale; cum sit finitæ virtutis, habet determinatam sphæram suæ activitatis, ultra quam nequit operari; sed si opus non esset operari in medium, ut operaretur in distans nulla esset determinata sphera suæ activitatis: ergo. Prob. min. in medio, per quod virtus agentis non transit, seu in quo agens non operatur, virtus eius nec laborat, nec debilitatur: ergo quantumvis medium distantia sit longissimum, potest operari in distans; siquidem medium longissimum non plus resistit virtuti agentis, quam medium breve. Confirm. Agens maiori vi agit in passum propinquum, quam in remotum; sed hoc ideo est, quia dum laborat vincendo resistantiam medij, vel agendo per medium eius virtus minuitur, debilitatur, &

tandem extinguitur: ergo in medio, in quo nihil ageret, nihil prorsus laboraret; ac proinde licet medium esset distantissimum, posset operari in passum absque determinatione ad certam sphæram.

Resp. conc. mai. neg. min. Ad prob. conc. antec. neg. conseq. Nam ex intrinseca ratione virtutis agentis limitati petit determinatam sphæram activitatis: hæc autem sphæra non solum provenit ex resistentia passi, aut ex actione in medium, sed ex limitatione agentis; nec ex eo, quod agens non defatigatur in propinquum, ideo insertur agere ad quancumque distantiam.

Exemplum est in potentia visiva, quæ habet determinatam sphæram, cum tamen nihil in medio operetur, & nullam virtutem diffundat. Unde unus homo plus videt, quam alter, cum tamen neuter agat in medio, aut virtutem diffundat; ac proinde maior virtus requiriatur ad agendum in maiori distantia, quam in minori, sive agens per medium agat, sive non; & licet limitatio in agentibus per medium proveniat ex eo, quod virtus debilitetur, ut patet in igne calefaciente aerem sibi proximum, & sic successivè, & in speciebus soni; tamen hec non est causa præcisa, & adæquata, sed sufficit limitatio, absque actione in medium, aut fatigatione; vt constat in exemplo visus. Per quod patet ad confirm.

16 Arg. 3. Nullum agens na-

urale potest transferre corpus de extremo ad extremum, nisi illud defensendo per medium: ergo nequit propriam perfectionem communicare passio distanti, nisi illam emitendo per medium. Confirm. Si inter agens, & passum interpolatur corpus densum, statim cessat agentis actio, ut patet in luce: ergo ideo est, quia cessat actio in medium, ac proinde, &c.

Resp. conc. antec. neg. conseq. Disparitas est: quia omnes loci se habent, ut medium eiusdem rationis, ideoque quilibet locus intermedius est capax repletionis; & nulla est ratio, cur potius extremum quam intermedium repleteatur. At agens non semper respicit medium, ut eiusdem rationis cum extremo; ac proinde non operetur prius in medium, sed immediate in distans. Per quod patet ad confirm. Quando enim medium est eiusdem rationis cum extremo, vel actio in medium est subordinata, & requisita ad effectum principalem in distans, ut est calcinatio aeris ad combustiinem stupescencie si interpolatur corpus densum inter agens & passum, statim cessat actio. At in agentibus in distans alterius rationis à medio, & non media actione subordinata, non cessat actio per interpositionem alicuius corporis; ut patet in magnete, & alijs.

17 Pro aliorum solutione nota, ex Söbt. Doct. in 1. dist. 37. quod licet plura agentia, & sorte omnia

non possint agere in distans, quin sicuti aliquid diversa rationes agant in medium; nec non obest veritati conclusionis; nam ista conexio actionum in medium, & in distans est de per accidens propter coincidentiam plurium potentiarum disparatarum in eodem. Qua ratione Sol producit mineralia in terra, & lucem in medio. Item magnetis attrahit ferrum, & etiam producit species visibles. Hoc autem, non est, quia proiec^tio lucis, aut specierum conducat ad esse. Et cum in distans producendum, nam proiec^tio est & usum omnino diversa rationis prosum impertinens est ad producendum in extremo; sed quia in Sole, magneti, &c. sunt plures potentiae naturales, que habent passum intrasphaeram lux activitatis. Unde simul operantur; si enim magnetes, v. g. tantum haberet virtutem attrahendi ferrum, illud solum attraheret, & nihil aliud essiceret in medio.

18 Ex quo colliges, male adversarios contra nos procedere; ac si absolute teneremus, omne agens creatum naturaliter posse agere in distans, quin agat in medium. Neque enim Söbt. Doct. neque Scotista asserunt quodlibet agens posse agere in distans, sed aliquod; nec illud secundum omnes potencias, sed aliquas. Quando enim medium est omnino eiusdem rationis cum extremo, & receptivum eiusdem qualitatis ab eadem potentia produci-

111 Lib. VII. Physic. Disp. unica de distinct. inter, &c:
bilis, prius natura patitur propinquias, quam remotius; iuxta illud proloquium: *Agens naturale prius, & fortius agit in propinquum, quam* in remotum. Si vero propinquum nullo modo sit capax illius actionis, poterit agens immediate in remotum agere.



LIBER VIII. PHYSICORUM.

PErvenimus tandem ad octavum Physicorum Librorum in quo Phylosophus demonstrare conatur existentiam primi Motoris per medium physicum, scilicet, per motum; euindemque primum Motorem tanquam principium motus eterni considerat. In quo quidem, magistra Fide, & ratione procedemus, Arist. deserentes, qui plura contraria Fidei, & rationi fundamenta iecit.

DISPVTATIO VNICA.

DE AETERNITATE RERVM.

Estò materia præsens ad Librum de Cœlo, & Mundo æquo iure pertineat; hic tamen proprium sibi vendicat locum; ideoque communiter ab Auctoribus hic disputatur.

Quest. unica. An Mundus potuerit esse ab aeterno?

Supponimus r. quod Mundus, iuxta Phy-
los. lib. de Mundo ad Alex. cap. 2,

est compagies è Cœlo, Terraquæ cogmentata; atque ex his naturis, quæ inter ea continentur. Supponimus secund. Mundum non fuisse ab aeterno, sed in tempore. Oppositorum docuit Aristoteles, contra

tra quem omnes catholici procedunt; quia Gen. 1. dicitur: *In principio creavit Deus Cælum, & Terram.* Et Ioan. 17. Clarifica me Pater claritate, quam habui, antequam Mundus fieret. Et in Concil. Later. in cap. de Summa Trinit. habetur, Deum Omnipotenti virtute simul ab initio temporis utramque condidisse creaturam de nihilo; corporalem, scilicet, & spiritualem. Ex quo patet, quantum lumen naturæ lumine Fidei indigat; defectu enim huius Princeps Phylosophiæ fædissimè erravit.

2 Supponimus 3. Deum non produxit Mundum ex necessitate naturæ, sed omnino liberè. Constat hoc, tum auctoritatibus, tum rationibus. Psalma. enim 113. dicitur: *Omnia, quocunque voluit, fecit.* Apoc. 4. *Tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt.* Et ad Ephes. 4. *Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis sue.*

Ex rationibus plures congerit Subt. Doct. in 1. dist. 8. q. 5. Prima est: Bonum creatum, cum sit finitum, & habeat ad initium aliquam rationem mali, non necessitat ad sui amorem, & volitionem; hoc enim solum competit bono in-creato, & infinito clare viso: sed Mundus est bonum creatum, & finitum: ergo nequit necessitare Divinam voluntatem ad sui amo-rem, & volitionem; & consequenter Deus liberè voluit Mundum.

creare, & non ex necessitate na-turæ.

Secunda: In sententia Phylo-sophi includuntur latentes contra-dictiones: ergo est falsa. Prob. n-tec. Prima contradic̄tio est, quia si causa prima necessariò causaret, nulla creatura causaret contingenter: sed hoc est falsum, & contra Phylosophum: ergo. Prob. seq. Quilibet causa secunda causat, in quantum movetur à prima: ergo si causa prima necessariò mover, quilibet causa secunda necessariò movebitur; & consequenter ne-cessariò causabit. Secunda contra-dic̄tio est: Sequeretur enim, quod nulla causa secunda aliquid effectivè causaret: sed hoc est contra ipsum Phylosophum, & experien-tiam: ergo. Prob. seq. Omnis enim causa necessariò agens agit secundum ultimum suæ potentiaræ; quia sicut non est in eius potestate agere, vel non agere; ita neque intense, aut remissè agere: ergo si causa prima necessariò causaret, ab initio utique causaret, quidquid posset causare: sed potuit ab ini-jo causare omne causabile à causis secundis; in se enim eminenter con-tinet omnem virtutē effectivam cau-sandi, que est in causis secundis: ergo causaret ab initio omne cau-sabile à causis secundis; & conse-quenter nulla causa secunda ali-qui effectivè causaret.

3 Ex his deduces, non sequi in Deo aliquam mutabilitatem,

aut inconstantiam ex eo , quod liberè , & contingenter creaverit Mundum. Non enim sequitur mutabilitas : quia ex nova , & libera creatione Mundi nihil reale Deo intrinsecè advenit ; nam Mundus est quid extrinsecum Deo. Neque inconstantia : Quia Deus ab aeterno voluit aliquid aliud à se esse pro aliquo nunc ; & tunc absque variatione voluntatis creavit illud , quando voluit , illud esse ; & licet hæc volitio , ut pote eius perfeccio , necessariò conveniat Deo quoad entitatem , non verò quoad denominationem defectu connotati.

4 Supponimus 4. Posse dari aliquam creaturam , etiam corruptibilem , aeternam à parte post , seu quæ in aeternum duret ; in hoc enim nulla est repugnantia ; quia virtus , qua Deus illam produxit , & modò illam conservat , non diminuitur successione infiniti temporis à parte post : ergo potest Deus conservare in aeternum creaturam etiam corruptibilem. Secund. Quia talis creatura destruitur , vel per actionem contrarij , vel per cessationem actionis conservativæ agentis naturalis : sed potest Deus suspendere concursum ad actionem contrarij , vt fecit in igne Babylonis ; & etiam non condescendere ad cessationem actionis conservativæ agentis naturalis ; vt evenit in Beatis , qui nequeunt ab actu beatifico cessare ; & in damnatis , qui non

possunt potentia proxima à consideratione ignis infernalisse avertire : ergo.

5 Supponimus denique , res , ex quibus Mundus componitur , esse in duplice differentia. Aliæ enim sunt successivæ ; quæ , scilicet , in successione , & fluxu partium consistunt ; ut motus , & tempus. Aliæ autem sunt permanentes ; quæ , scilicet , plures partes simul habere possunt. Hoc supposito.

§. I.

Resolvitur questio quoad res permanentes.

6 **D**icimus : Res permanentes potuerunt esse ab aeterno. Ita communiter Scotistæ cum Subt. Doct. in 2. dist. 1. q. 2. §. Tercientes. num. 16. Licet enim ibi videatur problematicus , quia solvit argumenta pro vtraque parte ; tamen in nostram magis inclinatur sententiam , vt advertit Cav. ibidem ; & Thomistæ , Palanco excepto.

Prob. ratione Subt. Doct. in 4. dist. 10. q. 2. §. Dico num. 11. Omne , quod non includit evidenter contradictionem , vel ad quod non sequitur necessariò contradictionem , potest fieri à Deo : sed quod ens permanens sit ab aeterno producibile , non includit evidenter contradictionem : ergo potuerunt res permanentes ab aeterno existere de potente.

potentia Dei absoluta. Prob. min. Tum : Solutione argumentorum. Tum etiam : Quia de ratione producti ab alio neque est, quod incipiat in tempore; neque quod sit posterior tempore suo principio: ergo non includit contradictionem, quod ens permanens sit ab æterno producibile. Prob. antec. 1. Quia Verbum Divinum est productum à Patre: sed neque incipit in tempore, ut Fides docet; neque est posterior tempore suo principio, sed solum origine, ut etiam constat ex Fide: ergo. Secund. Quia effectus proveniens ab aliqua causa sæpè est in eodem instanti reali cum alia, ita ut causa non antecedat effectum tempore, sed natura; Sol enim in eodem instanti, in quo fuit, illuminavit; & D. August. 6. de Trinit. cap. 1. ait: quod si ignis esset æternus, splendor ab eo causatus esset coæternus, & 10. de Civ. Dei. cap. 12. dicit: quod si pes ab æterno esset in pulvere, semper ei subesset vestigium: ergo de ratione producti ab alio neque est in tempore incipere, neque esse tempore posterior suo principio.

Confirm. Ad rationem effectus creati sufficit, quod sit posterior natura suo creatore: sed posterioritas naturæ compatibilis est cum existentia ab æterno: ergo. Prob. min. Res enim, quæ solum natura est posterior Deo tempore, & similitate in quo est simul cum illo: ergo cum posterioritate

naturæ sit existentia ab æterno.

7 Arg. Implicat, creaturem fieri, quin incipiat esse: sed implicat, incipere esse, & esse ab æterno: ergo implicat creatura, quæ fuerit ab æterno. Prob. mai. Implicat, creaturem fieri, quin transeat de non esse ad esse: sed transire de non esse ad esse est incipere esse: ergo. Confirm. Quia creari est fieri ex nihilo sui: ergo est fieri ex non esse sui: sed hoc essentia-liter importat transire ex sui non esse ad sui esse, seu de esse nihil ad esse aliquid: ergo implicat, aliquid creari, quia transeat de non esse ad esse. Confirm. secund. Eodem enim modo se habent creatio, & anihilatio: sed quod anhilatur, necessariò priùs fuit: ergo quod creator, necessario priùs non fuit.

Resp. ad argum. neg. mai. Ad prob. neg. mai. De ratione enim effectus creati, seu creature non est habere principium durationis, sed productionis; ad hoc enim non requiritur posterioritas temporis, sed naturæ; ideoque neque verificatur, quod incipiat esse; neque quod transeat de non esse ad esse. Et ratio est: Quia incipere, & transire explicant novitatem essendi, novitas vero est dicit aliquando non fuisse, quod cum productione ab æterno non cōpatitur; itaque non esse solum pro priori naturæ præcedit esse. Unde eveniret in productione creaturarū ab æterno, quod cōtingeret, si materia simul cū

formi concrearetur. Sicut enim in isto casu privatio formæ diceretur prius natura convenire, non quia esset in materia ante formam, sed quia inesset, nisi agens impediret producendo formam in materia; ita similiter non esse conveniret creaturæ prius esse, nisi Deus impedit ponendo esse.

8 Dices: Ista creatura aut producitur aliquando, aut semper producitur? Si primum: ergo incepit in tempore; & consequenter non esse duratione precedit esse. Si secundum: ergo esset in continuo fieri. Unde non esset ens permanens, sed successivum. Resp. Quod semper producitur; neque ex hoc sequitur, quod non sit ens permanens; nam Filius in Divinis semper generatur, & tamen est summe permanens. Sic creatura licet esset semper producta, adhuc esset permanens; quia ly semper non importat successionem durationis temporis, sed existentiam, & durationem revi.

9 Ad primam confirm dist. antec. creari est fieri ex nihilo, quando adest novitas essendi, conc. antec. quando non adest, neg. antec. & conseq. Et eodem modo dist. sublump. Ut enim verificetur transitus de non esse ad esse requiritur, quod non esse duratione precedat esse; quia in eodem instanti nequit idem simul esse, & non esse. At ut verificetur, quod aliquid creatur, non est necessa-

rium, quod prius habeat non esse in aliquo instanti temporis; sed sufficit, quod intelligatur non esse pro aliquo instanti nature. Ad secundam neg. mai. Dispiritas est: Quod animalia semper dicit aliquam novitatem; est enim transitus de esse ad non esse; non vero creatio, nam creatio aeterna nullam dicit novitatem. sed solam simplicem productionem importat.

10 Dices: Si creatio aeterna nulla dicit novitatem, sequeretur, istam creaturam non habere esse acquisitum; quia ipsum semper habuisset; & quod acquiritur, prius non habebatur; sed hoc est falsum: ergo creatio etiam aeterna dicit aliquam novitatem. Resp. neg. seq. Stat enim, quod aliquid sit ab aeterno, & habeat esse acquisitum; nam habet esse acquisitum, quia non est a se, sed ab alio; habet autem esse ab aeterno, quia acquisitione, que non est cum novitate alicuius esse, stat cum aeternitate.

11 Arg. 2: Creatio passiva rei est in instanti: sed implicat, rem fuisse in instanti creatam, & fuisse ab aeterno: ergo nequit res creari ab aeterno. Maior pater: Creatio enim passiva rei non est successiva; alias fieret per motum sicut alteratio; sed essentia liter est instantanea; & consequenter necessariè est in instanti. Prob. min. Implicit, quod aliquid instantis sit ab aeterno; de ratione enim instantis

vis est, unico instanti tenuum dura-
re: sed ut res creata in instanti fuisset
ab æterno, necessarium erat,
quod instantis, in quo creata fuixit,
fuisset ab æterno: ergo. Confirm.
Implicit, conservationem creaturæ
fauisse ab æterno: sed creatio solum
unico instanti præcedit conserva-
tionem: ergo cognat etiam, quod
creatio sit ab æterno. Prob. mai.
conservatio supponit antea rem
productam; nihil enim conservari
potest, nisi antea fuerit productum:
ergo non est æterna; quod enim
aliud supponit, non est ab æterno.

Resp. neg. mai. Nam casu, quo
Deus produceret creaturam ab
æterno, eveniret proportione ser-
vata, quod in generatione Verbi
Divini; idèque sicut generatio
Verbi Divini, neque est in instanti,
neque successivæ, sed continuata, &
permanens; ita creatio creatura-
rum ab æterno, neque esset successi-
va, neque instantanea, sed perma-
nens, & continuata. Unde semper
createtur. Ad confirr. neg. mai. Ad
prob. dist. ante, si adest novitas es-
sendi conc. antec. si adest, neg. an-
tec. Creatio enim, & conservatio
solum distinguuntur, dum aliquid
accipit esse de novo; tunc enim es-
set respectus, ut novus ad non esse
immediatè præcedens. Quando au-
tem non adest novitas essendi, pro-
ductio, & conservatio non distin-
guuntur; nec conservatio supponit
productionem, nec productio præ-
cederet conservationem; sed esset

similis productio, & conservatio;
quia esset productio permanens, &
continuata.

Arg. 3. Si creatura producere-
tur ab æterno, non posset libere
producere; sed hoc est falsum: ergo.
Prob. mai. vt posset Deus eam libere
producere, debet habere potentiam
non producendi; vel ergo Deus po-
terit eam non producere, aut quam
produceret ipsam; vel postquam
produxit; vel dum producit? Non
primum, nec secundum, vt patet;
neque tertium, quia tunc verifica-
rentur duo contradictoria; esset
enim verum dicere, aliquod ens
poste esse productum, & poste non
esse productum pro eodem instan-
ti: ergo. Confirm. Omne enim
agens liberum est indeterminatum
ad agendum, & non agendum; sed
dato casu, Deus semper esset deter-
minatus ad agendum: ergo necessa-
rio, & non liberè produxisset illam
creaturam.

Resp. neg. mai. Ad prob. dist.
mai. debet habere potentiam non
producendi prioritate naturæ, con-
ced. mai. prioritate temporis, neg.
mai. Dum enim Deus producere,
potuit non producere; nam in
priori naturæ præintelligitur ex se
indifferens ad producendum, &
non producendum. Neque ex hoc
sequitur verificatio contradictoria-
rum; illæ enim non sunt contradic-
tores; quia propositiones moda-
les tunc sunt contradictorier, quan-
do negatio cadit supra medium,

non suprà dictum, ut cedit in assignatis. Unde ut sint contradictoriæ, sic debent efformari. Possibile est Angelum esse ab æterno; non est possibile Angelum esse ab æterno; ex quibus prima est vera, secunda verò falsa. Ad confirm. dist. mai. in determinatione de possibili, conced. mai. indeterminacione de inesse, neg. mai. & dist. min. Deus es-
set determinatus determinatione de inesse, conc. min. determinatione de possibili, neg. min. & conseq. Pro quo.

13 Nota, quod indeterminatio est duplex: Alia de possibili, & est, qua agens est indeterminatum ad posse agere, & posse non agere; & alia de inesse, & est, qua agens est indeterminatum ad agendum, & non agendum. Similiter determinatio est duplex: de possibili, scilicet, & de inesse. Prima est, qua causa est determinata ad posse agere, vel non agere; secunda, qua est determinata ad agendum, vel non agendum. Nulla ergo causa est indeterminata in determinatione de inesse; nam vel agit, vel non agit, & sic semper est determinata determinatione de inesse. Hoc notato.

14 Dicimus, quod Deus semper fuisse determinatus determinatione de inesse; id est, Deus ab æterno semper produxisser creaturas. At quia contingenter, & non necessariè essent productæ, cum determinatione de inesse stat, quod sit indeterminatus indeterminatio-

ne de possibili; quod sufficit ad li-
bertatem, quæ consistit in hoc, quod causa libera ita prodecat, ut
possit non producere; & effectus ita ponatur, ut possit non poni.

15 Pro aliorum solutione no-
ta, quod quando PP. probant, con-
tra Arianos. Uerbum Divinum non
esse creaturam, qui est ab æterno; & consequenter tenent, nullam
creaturam posse esse ab æterno;
non loquuntur de possibili, sed de
facto, & secundum communem
cursum naturæ creatæ, quæ magis
pertinet fieri in tempore, quam ab
æterno; procedebant enim contra
opinantes, Mundum de facto fuisse
ab æterno; vel loquuntur solum
de æternitate per essentiam, ac si
dicerent: *Nulla creatura est aeterna
per essentiam: Verbum Divinum est
aeternum per essentiam: ergo non est
creatura.* In nostra autem sententia,
si creatura esset ab æterno, non
esset aeterna per essentiam, sed tan-
tum per participationem. Unde
Deus habet necessariam, & inde-
pendentem coexistentiam ad omne
locum, & tempus; creatura verò
haberet coexistentiam ad omne
tempus, sed contingentem partici-
patam, & dependentem. Vel deri-
que potest dici, quod PP. proce-
debant ad hominem contra Ari-
anos, ut ait Subt. Doct. cit. v. *Ad
primum in oppositum*, numer. 22.
Ariani enim ex una parte dicebant,
creaturam non posse esse ab æter-
no; & ex alia asserebant Uerbum

Divinum fuisse ab æterno. Unde arguebant sic: *Per vos quidquid est ab eterno non est creatura: sed per vos, Verbum Divinum est ab eterno: ergo non est creatura.* Ex quo nullo modo colligitur PP. affirmasse, creaturem implicare ab eterno.

16 Nota etiam, quod si Angelus, aut homo essent ab eterno, possent intelligere, velle, & alias operationes elicere; & si Sol esset ab eterno, etiam ab eterno illuminaret. Ratio est: quia istæ operationes non includunt in suo conceptu mutationem, sed tantum rationem productionis. Unde Subt. Doct. in 2. dist. 5. quæst. 2. §. *Teneo igitur,* num. 13. ait, quod Angelus in primo instanti, in quo fuit productus, potuit intelligere, & velle. Ad rationem enim productoris, & prodicti non requiritur, causam tempore precedere suum effectum, sed natura sufficere. Ita quia in casu, quo homo esset ab eterno, & ab eterno intelligeret, deberet homo detiniri sub illa intellectione, per infinitum tempus, sicut creatura ab eterno producta detinetur à Deo. Ille vero operationes, quæ in suo conceptu includunt verum motum, vel mutationem, non possent exerceri ad hominem, si ab eterno esset productus. Unde non posset ab eterno generare; generatio enim includit veram mutationem in suo conceptu; immo requirit multas alterationes, quæ petunt, ut terminus à quo tempore præcedat terminum ad quem.

§. II.

Dicitur quæstio quæ tres successivas.

I¹ Icimus: Implicat, res successivas esse ab eterno; unde nec de potentia Dei absoluta potuerint esse ab eterno. Ita Subt. Doct. cit. V. *Ad aliud de transitu* num. 20. quem si quoniam Lich. Gratian. Vulpes, Smiling, Masi. & alijs. Prob. ens successivum intrinsecè, & essentialiter componitur ex partibus prioribus, & posterioribus; ita ut nulla pars entis successivi possit dari, quæ partes priores, & posteriores non includant: sed implicat, quod pars posterior sit ab eterno: ergo etiam implicat, quod res successiva sit ab eterno. Prob. min. Pars enim posterior necessariò, & essentialiter presupponit partem priorem: sed omnino implicat, illud, quod est ab eterno, aliud existens presupponere: ergo implicat, partem posteriorum existere ab eterno; & consequenter res successiva, nec de potentia Dei absoluta poterit esse ab eterno.

Confirm. Deus producens ab eterno motum, v.g. non omnes illius partes simul produceret; destrueret enim naturam, & essentialiam motus exigentem successiōnem partium: ergo debet dari aliqua pars, quam Deus ante alias pro-

produxerit: sed implicat, partem immediatè sequitam esse ab æterno; nam supponit aliam partem tempore precedenti durantem; ergo, & implicat, rem successivam esse ab æterno. Explicatur hoc: partes enim motus eo modo, quo petunt ex natura sua existere, sunt & producuntur à Deo: sed partes motus ex natura sua ita petunt existere, ut aliqua pars precebat omnes alias; omnes enim nequeunt simul existere; alias non esset res successiva, sed permanens; ergo debet dari aliqua pars, quam Deus ante alias produxerit: ergo motus non esset ab æterno.

18 Respondent adversarij, quod licet ens successivum non potuerit esse ab æterno, quoad partem posteriorem; ista enim anteriorem presupponit; tamen quoad partem priorem bene potuit esse ab æterno, nam hæc aliam antecedentem illam non presupponit. Sed contra 1. Quia falsum est, dari aliquam partem entis successivi, ita priorem, ut nullam aliam priorem presupponat; nam de ratione intrinseca entis successivi, & cuiuslibet illius partis assignabilis est includere partes priores, & posteriores in infinitum divisibilis, ut iam diximus; ergo adhuc illa pars prior repugnat, quod sit ab æterno. Confirm. Illa pars prior, quam assignas, debet esse ens successivum; alioquin non assignas ens successivum ab æterno; sed ens successi-

vum essentialiter includit prius, & posterius, secundū posterius nequit esse ab æterno, quia æternum nihil prius duratione supponit: ergo adhuc illa pars, nequit esse ab æterno. Et idem argumentum fit de qualibet parte priori à te assignabili.

Contra 2. Si talis pars prior esset ab æterno, vel duraret tempore infinito, vel tempore finito? Utrumque implicat: ergo. Prob. prima pars: si illa tempore infinito duraret, toto illo tempore non daretur successio partium, quarum una esset post alteram; sed hec est contra naturam entis successivi; ergo illa pars non potest tempore infinito durare; & consequenter neque ab æterno produci. Secunda vero pars ostenditur: si illa pars duraret tantum tempore finito, altera pars, que immediatè ad ipsam consequitur, non distabit ab illa duratione infinita: quia finitum à finito, non distat infinitè: ergo talis pars nequit durare tempore finito, si ab æterno producitur.

19 Prob. 2. conclusio: Æternum, ut tale, nequit supponere aliud prioritate instantis *in quo*: sed motus supponit subiectum, seu mobile prioritate instantis *in quo*: ergo motus nequit existere ab æterno. Prob. min. Implicit hominem, v.g. & eius motum omnino simul incipere: ergo motus hominis debet supponere ipsum hominem prioritate instantis *in quo*. Prob. antec. Motus successivus nequit à Deo pro-

producī, & fieri in aliquo instanti, sed incipere in tempore: sed homo incipit in instanti: ergo implicat, hominem, & eius motum omnino simul incipere.

20 Arg. 1. Non repugnat motus æternus à parte post: ergo pariter non repugnabit dari ens successivum æternum à parte ante. Confirm. Quando sunt aliqua duo eiusdem rationis, cui unum illorum non repugnat, nec aliud repugnare potest: sed principium, & terminus temporis sunt eiusdem rationis, cum sint duo instantia: ergo cui non repugnat principium, neque etiam repugnat terminus: ergo cui non repugnat negatio termini, neque etiam repugnabit negatio principij; quia negatione se habent sicut affirmationes oppositæ; sed motus non repugnat negatio termini: ergo nec negatio principij.

Resp. neg. conseq. Discremen est: quia ex eo, quod detur ens successivum à parte post, solum sequitur dari infinitum syncategorematicum potentiale, nunquam in actu totum ponendum, sed sicut in infinitum; quod non repugnat. At si daretur ens successivum æternum à parte ante, esset iam in actu positum; quod implicat cum æternitate, quia æternitati in actu repugnat successio, seu prius, & posterius; & consequenter cum ens successivum habeat prius, & posterius, quæ simul esse nequeunt, ideo nequit à parte ante æternum esse.

Ad confirm. conc. mai. dist. min. sunt eiusdem rationis fundamenta- litèr sumpta, conc. min. formaliter accepta, neg. min. & conseq. Principium itaque, & terminus motus dupliciter sumi possunt. Prim. fundamentaliter; qua ratione important duo indivisibilia terminativa, seu duo mutata esse. Secund. formaliter: & sic dicunt rationem principij, quæ consistit in relatione ad non esse prioris; & rationem termini, seu finis, quæ consistit in relatione ad non esse posterioris. In primo sensu sunt eiusdem rationis, non verò in secundo. Unde argumentum solum probat posse motum esse sine uno indivisibili, sed loco illius habere aliud, suprà quod ratio principij, vel termini fundetur; non tamen probat, quod cui non repugnat negatio termini, non repugnet negatio principij; quia istæ negationes sunt diversæ rationis; non enim opponuntur indivisibilibus temporis materialiter sumptis, sed formaliter acceptis. Ideòque non bene sequitur: Tempori non repugnat negatio termini: ergo nec repugnat illi negatio principij.

21 Arg. 2. Ideò possibile est ens successivum æternum à parte post, saltim syncategorematicè, quia qualibet parte assignata, possunt aliæ, & aliæ in infinitum superaddi: sed etiam à parte ante sunt possibles partes motus priores, & posteriores absque ullo fine; nam qualibet prima assignata, adhuc

possint alię, & alię priores assignari, vt patet: ergo non repugnat ens successivum æternum à parte antè. Confirm. Ab æterno fuit potentia ad motum: ergo ab æterno à parte ante potuit existere motus. Patet conseq. quia ad impossibile non est potentia, & nulla difficultas assignabitur in existentia partium motus, quę non infestetur contra earundem possibiliteratē.

Resp. conc. mai. dist. min. Sunt possibiles distributivę, idest, in quolibet instans eternitatis potest vna pars motus ponи, conc. minor. sunt possibiles collectivę, idest, potest ponи ante omne instans, leu ab æterno, neg. min. & conseq. Licet enim nullum instans sit assignabile in æternitate à parte ante, in quo Deus non possit producere motum; non tamen est possibile producere motum ab æterno; sicut nullum datur instans, in quo Deus non possit dividere continuum, non tamen potest collectivę omnes partes dividere. Nec inde sequitur, posse dari motum æternum à parte ante Syncarhegorematicum, quia de ratione talis infiniti est, quod non sit totum acceptum, sed aliquid remaneat accipientiū; æternam autem à parte ante esset infinitum iam totum acceptum; ideoque vel esset infinitum in actu, quod repugnat; vel nullo modo esset æternum.

Ad confirm dist. antec. ab æterno, & pro æterno, neg. antec. ab æterno, sed in tempore, conc. antec.

& dist. conseq. eodem modo. Non enim est necesse, quod pro omni signo potentię existat actus, seu exercitium; nam quodlibet mobile in primo instanti, in quo existit, habet potentiam ad motum; non tamen ad motum pro illo primo instanti, quia repugnat motum successivum in instanti fieri.

22 Argam. 3. Datur tempus imaginarium à parte antè; nam certum est, quod præcesserunt per æternitatem à parte ante infiniti dies imaginarij: sed tempus imaginarij est tempus possibile: ergo potest esse tempus æternum à parte ante. Nec dicas, tempus imaginarium esse in duplice differentia: aliud cum fundamento in re, seu verè possibile, & hoc non est æternum à parte ante; aliud sine fundamento in re, & chymericum, & hoc est æternum, sed chymericum, & repugnans; vnde argumentum nihil concludit. Nam contra est: quia eternitas, licet formaliter sit vñica indivibibilis, virtualiter tamen est multiplex: sed nulla est virtualitas, cui non possit coexistere aliquid tempus, v.g. dies, vel hora; ergo infiniti dies coexistentes eternitati sunt possibiles, non chimerici. Quare melius.

Resp. conc. mai. dist. min. est tempus possibile distributivę, conced. min. collectivę, neg. min. & conseq. Nam licet nullum instans eternitatis assignari possit, cui aliquod tempus coexistere non possit; non

tamen est possibile omne tempus, inaginarium ponit simul; quia fit transitus à propositionibus distributivis ad collectivam. Neque inde inferas, tempus suisse possibile ab æterno; nam æternitas, cum sit tota simul, & collectum accepta requirit, quod omnes dies collectum acciperentur; quod implicat.

23 Arg. 4. Ponamus, quod Deus producat stupam ab æterno, & ignem stupæ applicatum: in hac hypothesi ignis ab æterno comburet stupam, cum non esset impeditus: ergo ab æterno daretur vera generatio: sed talis generatio esset successiva: ergo potest dari ens successivum ab æterno. Resp. conc. hypothesi, neg. ignem ab æterno posse comburere stupam; quia motus supponit mobile prioritate instantis *in quo*, ut diximus; & in illo instanti non posset esse combustio, quia successivum nequit in instanti incipere. Unde talis combustio, non posset esse æterna, quia æternum nihil prius duratione supponit.

24 In fine rogabis: An Arist. sufficenter per motum demonstraverit existentiam primi Motoris? Supponimus Phylosophum, tam in hoc Libro, quam in præcedenti demonstrasse existentiam primi Motoris per motum sic: Omne, quod movetur, ab alio moveri, necesse est: sed non potest dari in moventibus processus in infinitum: ergo tandem deveniendum est ad

vnum primum Motorem immobilem. Dubium itaque est, an hæc sit convincens demonstratio?

25 Resp. Talem demonstrationem non esse sufficientem. Est communis inter nostrates, & Jesuitas. Prob. 1. Quia falsa est, omne, quod movetur ab alio moveri necessariò; ut cœim diximus lib. 7. quæst. 1. multa sunt, quæ moventur à se ipsis, & in se ipsis agunt saltim actione æquivoca: ergo non est universaliter verum, omne, quod movetur ab alio moveri. Secund. Quia non bene ostendit, primum Motorem esse penitus immobilem: ergo. Prob. antec. id enim probat ex eo, quod omne mobile sit divisibile, & continuum, qualis non est primus Motor: sed falsum est indivisibile, non posse moveri; quia anima rationalis, quæ est indivisibilis, movetur saltim motu alterationis: ergo.

26 Unde per medium physicum, ex motu desumptum, non satius probatur existentia primi Motoris; ideoque melius probatur per medium abstractius, seu metaphysicum ex causalitate, & productio de desumptum in hunc modum: Aliquod ens est effectibile, v.g. ignis modo genitus; vel ergo à se, vel ab alio, vel à nullo? Non à nullo: quia quod nihil est, nullius potest esse causa; non à se, quia nihil potest producere se ipsum, saltim, quoad primum esse: ergo ab alio, de quo rursus inquirimus, an sit à

se, vel ab alio? Et sic vel datur statas in uno incausato, & improducto, vel processus in infinitum; quod repugnat.

27 Nec dicas, sensum Philosophi esse: Omne, quod movetur, ab alio moveri; id est, dependenter in sua actuali motione a concurso agentis extrinseci; quo sensu universaliter est vera propositio, loquendo de causis secundis; omnes enim operantur dependenter a prima: ergo bene ex motu probatur existentia primi Motoris. Resp.

nec sensum Philosophi talem fuisse, nec illud principium esse physicum ex motu desumptum; sed metaphysicum ex causalitate, & productione acceptum, quatenus forma, seu terminus non potest, non causari a primo agente, nec causa secunda agere sine illo. Et hec sufficiant de octo Libris Physicorum. Utinam cedant in laudem Omnipotens Dei, Purissime Virginis,

Seraphici Parentis, Paduani

Antonij, & omnium coelestium.



BRE


BREVIS
EXPOSITIO IN DUOS
Libros Aristotelis de Ortu, &
Interitu; seu
DE GENERATIONE,
& Corruptione corporis
naturalis.

*Per Fratres Iannem à Trinitate, & Nativitate Franciscanos Provinciae
Divi Pauli Discalceatorum veteris Castelle.*

Aristotelicam methodum insequentes, absolutis acto Physie. Libris, in quibus de substantia, seu corpore naturali in communi differunt; modo ad considerationem corporis generabilis duobus Libris de Generat. & Corrupt. ab Arist. absoluti, gradum fecimus. At quia plura, de quibus hic agitur, iam in Physicis acta, & resoluta sunt; ideo hic ferè compendiū sè, vnam, vel alterā difficultate excepta, procedemus. Obiectum autem horum Librorum est corpus mixtum. Cuius ratio est: Nam scientia dividi debet ad divisionem subiecti, & descendere à subiecto generico ad subiecta specifica: sed corpus naturale in communi est obiectum in Philosophia, & tale corpus primo dividitur in simplex, & mixtum: ergo debet assignari tractatus habens pro obiecto corpus simplex, & hic suar Libri de Ccelo; & similiter tractatus habens pro obiecto corpus mixtum, & hic sunt Libri de Generat.

LIBER I.



LIBER I.

DE GENERATIONE, & Corruptione substantiali.

IN hoc primo Libro de Generatione, & Corruptione, deque alijs
vtramque antecedentibus, & consequentibus agendum est. Ideo sic

DISPUTATIO I.

DE GENERATIONE SUBSTANTIALI.

*Quæst. I. Quid sit Generatio sim-
pliciter, seu substantialis.*

Generatio substantialis tripliciter sumi potest: ut productio, ut mutatio, & ut conversio. Generatio in ratione productionis sic definitur: *Est actio productiva termini, seu compositi substantialis dependenter à subiecto.* Ly *actio productiva* ponitur loco generis; per quod convenit cum creatione, & cum generatione accidentalii. Per ly *termini, seu compositi substantialis*

differat à productione accidentalii; quæ solum compositum accidentale producit; & etiam ab educatione, quæ licet sit productio substantialis, non tamen attingit compositum, sed solam formam, quæ propriè dicitur educi de potentia materiæ; generatio autem est solius compositi. Denique per ly dependenter à subiecto distinguitur à creatione, quæ rem ex nihilo, seu ex nullo subiecto praesupposito producit.

2. Generatio in ratione mutationis definitur à Phylos. hic: *Est mutatio à substantia in potentia* id

Quest. II Quodnam sit subiect & termin. generat. 126

(id est, à materia prima privata forma) ad substantiam in actu (id est, ad formam.) Hæc præ alijs legitimè explicat generationem in ratione mutationis; immo alie, quæ solent adduci ut de mente Phylos. vel sunt nudaæ propositiones, ut veræ quidem pronuntiatæ à Phylos. de ipsa generatione, pro ut occasio postulabat; non tamen rigorosæ definitiones, cum sere singulæ deficiant; vel sunt generationes in ratione conversionis; ut iam ostendimus.

3. Itaque generatio in ratione conversionis, ex Phylos. est mutationis totius in totum, nullo sensibili remanente ut subiecto eodem. Dicitur mutatio: Per quod convenit cum generatione in ratione mutationis. Dicitur totius in totum: Ubiely totum non sumitur synecathegorematice, ita ut qualibet pars miretur; nam in generatione semper manet altera pars, scilicet materia; sed cathegorematice, ut dicit novum compostum per se unum ex materia, & forma integratum, specie a priori diversum; quia naturaliter non datur conversionis totalis, sed solum partialis; non enim potest agens naturale viam in aliud convertere, nisi in ista conversione maneat communis subiectum, scilicet, materia.

Additur denique, nullo sensibili remanente ut subiecto eodem; cuius sensus non est, quod aliquod sensibile absolute non remansat;

nam in corruptione hominis remanet altera pars compositi, quæ est sensibilis; sed quod non maneat idem subiectum sensibile in actu specifico, & completo, sicut manet in alteratione. Vel dic, Arist. velle non manens idem subiectum sensibile viribusque forme, scilicet, recedenti, & subsequenti; sic enim idem subiectum remanere non potest ut in alteratione; sed remanet sola materia prima, quæ sensibilis non est. Unde in interiu hominis manet quidem aliquid sensibile, sed non ut idem subiectum; quia corpus non est subiectum animæ recedenti, & forme subsequenti. Ex dictis.

4. Colliges i. Generationem quocumque ex his tribus modis acceptam esse distinctam ab alteratione. Ratio est: Quia distinctio, & specificatio motus, vel actionis principaliter, & primo definiunt ex distinctione terminorum; sed alteratio habet terminum distinctum à generatione quocumque ex his modis sumpta; nam generatio per se terminatur ad substantialiam, alteratio vero ad qualitatem: ergo.

5. Nec dicas cum quibusdam Thomistis, etiam alterationem habere pro termino substantialiam; nam licet forma substantialis per alterationem non producatur, ramen in ultimo alteracionis instanti resultat forma substantialis ex via alterationis absque alia nova actio.

actione. Nam contra est. Tum: Quia implicat, quod per candem actionem, per quam per se sit accidens, fiat quoque substantia, cum actiones à terminis specificentur; sed per actionem alterativam sit per se accidens; ergo implicat quod per illam fiat substantia. Tum: Quia si datur actio propria ad formam accidentalem, quare, non dabitur actio propria ad formam substancialē, quæ nobilior est? Tum: Quia actio alterativa sit medijs accidentibus: sed accidentia nequeunt astringere productionem substancialē, ut diximus in Physic. ergo. Tum denique: Quia iuxta Thomistas, actio, & consequenter alteratio subiectatur in passo: sed post alterationem immediate corrumperit passum, seu compositum præcedens: ergo in illo instanti non potest ex vi alterationis resultare substantia genita. Patet conseq. Quia nequit aliquid fieri per resultantiam, si non existit illud, ad quod ponitur consequi, seu resultare; & consequenter præter alterationem delideretur nova, ac distincta actio attinens ipsam substantiam; & hæc est generatio.

6 Colliges 2. Discrimen harum generationum inter se. Generatio enim in ratione mutationis non includit formaliter actionem, sed solum importat illa tria principia, materiam, formam, & privationem; & consistit in respectu

informationis ut novo, seu subiecti informati ad non informationem immediatè præcedentem; & est relatio realis, non simpliciter, sed secundum quid. In ratione vero productionis requirit agens, materiam, formam, & compositum; consistitque in respectu propriè reali intrinsecus advenienti cause efficientis ad effectum productum; & è contra, si passivè sumatur. In ratione derique conversionis requirit materiam cum privatione formæ advenientis; formam præcedentem, quæ desinat esse; & formam novam, quæ succedat, seu habeat esse ex vi desinationis illius. Unde si Deus miraculosè in adventu novæ formæ conservaret priorem in materia, daretur quidem generatio in ratione mutationis, & productionis, non vero conversionis.

7 Colliges 3. Generationem distingui etiam ab eductione, & vnitione. A prima quidem: Nam edactio est productio formæ de potentia materię; generatio vero non est productio formæ; nam licet forma præexistere, si tamen de novo vnitetur, daretur vera generatio. Ab vnitione similiter: Nam vnitio habet pro termino vniōnem; generatio vero compositum, vel formam, ut postea constabit.

8 Colliges 4. Generationem non esse essentialiter mutationem. Quando enim materia solum præcedit

Quæst. II. Quodnam sit subiectum terminus generat. 128

cedit natura formam, ut in prima rerum productione, & cum ex speciebus Eucharisticis corruptis generantur vermes, interveniunt verè generationes, & eductiones formarum de potentia materiæ si ne illa mutatione subiecti; imo de facto subiectum animæ rationalis, scilicet, corpus in eodem instanti, quo formatur, recipit animam, & generatur homo; cum tamen ibi non sit vera mutatio, quia non præcessit tempore subiectum cum carentia formæ; quod requiritur ad veram mutationem, ex dictis disp. de principio. & consequenter mutatio accidit generationi, etiam ut est productio rei dependenter à subiecto.

Quæst. II. Quodnam sit subiectum, & terminus generationis?

Quia generatio, ex dictis summi potest in ratione mutationis, productionis, & conversionis; seorsim de subiecto, & termino illius iuxta quamlibet acceptiōē questio resolvenda est.

1 Dicimus 1. Subiectum generationis in ratione mutationis est sola materia prima. Ita Phyllos. hic. tex. 24. dicens: *Est autem, & materia maximè quidem, & propriè subiectum generationis, & corruptionis susceptibile.* Et prob. Illud est subiectum generationis in hoc sensu, quod mutatur, seu in generatione transit à privatione ad

formam, vel è contraria corruptione, iuxta Arist. 5. Physic. 12. vbi ait: *Cui inest, illud mutatur;* sed sola materia dicitur mutari, & transire à privatione ad formam: ergo sola materia est subiectum generationis in ratione mutationis.

2 Dicimus 2. *Sola materia:* Nam corpus pro altera parte, quod gerit vicem materiæ in animatis, non est subiectum mutationis, quia non præcedit tempore animam, & consequenter non suic sub privatione illius; quia in eodem instanti reali, ac est perfectè organizatum, animatur. Unde Mastrius non satis consequenter disp. 5. de Generat. q. 2. art. 1. assignat corpus pro altera parte pro subiecto generationis in ratione mutationis; cum ibid. q. 1 num. 19. dixerit, in generatione hominis nullam intervenire mutationem; quia corpus in eodem instanti; quo formatur, animatur.

3 Dicimus 3. Terminus generationis in ratione mutationis est forma de novo acquisita, non vero compositum. Prob. Terminus generationis in hoc sensu est ille, ad quem subiectum mutationis transit, & quem acquirit: sed talis terminus est forma de novo recepta, non compositum; quia materia non transit ad compositum, neque illud recipit, sed componit: ergo sola forma est terminus generationis in ratione mutationis. Conclam. Terminus mutationis

R debet

debet reperiri inter ea ; que per se ad mutationem concurrunt : sed ad hanc compositum est impertinens ; ut patet in mutatione accidentalis , ubi non resultat verum compolutum : ergo cum ad mutationem solum concurrent privatio , materia , & forma , sequitur , terminum in generatione esse formam , & nihil aliud.

4 Dicimus 3. Subiectum generationis in ratione productionis est generans. Id patet , ex dictis lib. 3. disp. 1. q. 3. & alibi , ubi statutus , omnem actionem subiectari in agente. Ubi nota , quod si generatio passim sumatur pro respectu geniti ad generans , sic subiectatur in passo , nempe , in compagno de novo genito ; passio enim subiectatur in passo.

3 Pro intelligentia termini generationis in ratione productionis nota , quod hec principium est duplex : nempe , principium , quod producens , & principium quo producit ; ita terminus generationis etiam est duplex : scilicet , terminus quo , seu formalis , & terminus qui seu totalis. Terminos qui est res , que producitur ; terminus quo est id , quo constituitur terminus qui . Iste vero terminus dividitur in formaliter totalem , & partiale. Terminus formalis totalis est forma totius , seu totalis concreti predicti ; terminos formalis partialis est forma partis , seu partialis ipsius ; v. g. in pro-

ductione hominis ipse homo est terminus qui , seu totalis ; terminus vero quo , seu formalis est forma , qua homo in esse talis constituitur ; qui terminus alias est totalis , ut humanitas ; & alias partialis , ut anima , seu forma humanitatis.

6 Dicimus 4. Terminus qui generationis in ratione productionis est compositum , vt includit naturam , & singularitatem ; non vero vt includit substantiam. Prima pars est communis , & prob. Terminus totalis , & ad quatuor est ille , quem agens simpliciter , & per se intendit , & ad quem actio ultimè tendit : sed agens per se , & simpliciter intendit productionem compliciti : ergo. Prob. minor. Tum : Ex Arist. sapientis docente , formam non fieri (intellige , vt terminus totalis) sed compositum. Tum etiam ratione : Quia potest veraque pars existere , & tamen ex illa compositum generari , seu fieri ; vt erit in Resurrectione : sed tunc non intenditur fieri formam , sed compositum : ergo.

Secunda vero pars ; scilicet , quod terminus qualiter compositum , vt includit naturam , & singularitatem ; probatur : quia natura in communi , seu non singularis non est terminus idoneus generationis ; non enim generatur ignis vt sic , sed hic ignis ; & ut ait Phylos. i. metaphysic. cap. 1. generationes sunt circa singularia : ergo terminus qui generationis in ratione produ-

Quest. II. Quodnam sit suicetum, & terminus generat. 130
produktionis debet esse natura singularizata.

Tertia denique pars, quæ est contra Thomistas, prob. Quia datur vera, & propria generatio non habens pro termino naturam subsistentem: ergo non requiriur subsistentia ad constituerendum terminum *qui* generationis. Prob. antec. Nam Beata V. Maria verè genuit Christum D. generatione totali, & adæquata: sed illa mirabilis generatio solum habuit pro termino naturam humanam singularem, & individuam, non vero subsistentiam illius: ergo.

7 Nec dicas cum Palanco, quod licet terminus in generatione Christi D. non fuerit suppositum ut subsistens in natura Divina, seu in quantum Deus; fuit tamen ut subsistens in natura humana, sive in quantum homo; nam si sola humanitas, & non suppositum esset terminus *qui* talis generationis, non dicereur Beata Virgo propriæ Dei genitrix, quia solum esset genitrix humanitatis, & humanitas Deus non est. Nam contra est: Quia ut subsistentia Verbi Divini esset terminus *qui* generationis Beatæ Virginis, deberet ipsam subsistentiam aliquo modo attingere: sed nullo modo ipsam attigit; quia nec tam subsistentiam in se produxit, nec ipsam vniuit, seu communicavit naturæ humæ: ergo.

Confirm. Suppositum Divi-

num ut, subsistens in natura humana, solum est terminus illius actionis, ratione cuius in illa subsistit: sed non subsistit in natura humana per actionem Beatæ Virginis; nam in natura humana subsistit ut unum, & non fuit unitum per actionem, seu generationem Virginem: ergo adhuc ut subsistens in natura humana non est terminus *qui* generationis Materne. Neque inde sequitur, Beatam Virginem non fore veram matrem Dei; nam licet generatio Virginis per se, & intrinsecè solum fuerit terminata ad naturam humanam singularem Christi D. tamen in eo instanti temporis, quo humanitas concepta fuit ex Virgine, fuit unita Verbo Divino; ideoque in eo instanti fuit verum dicere *Deus conceptus est ex Virgine*; & per hoc sufficienter salvatur iatio maternitatis, quia in eodem instanti actio ipsius fuit terminata ad hominem Deum; licet nec subsistentiam, nec unitam hypotheticam physicè attigerit, neque ad hoc maior requiritur influxus, neque est possibilis. De quo latius in mater. de Incarnat.

8 Arg. 1. Forma totalis, v.g. humanitas non est terminus *qui* sed *quo* totalis, ut postea dicemus: ergo solum restat, quod suppositum sit terminus *qui*. Paet consiq. Nam terminus *qui* est ille, qui præducitur ut *quod*: sed si forma totalis est terminus *quo*, non est

assignabile quod nisi suppositum; ergo, Resp. conc. antec. neg. conseq. Ad prob. conc. mai. neg. min. Quia, ut diximus in Log. non solum datur concretum ad suppositum, sed etiam ad singulare, imò concretum singulare antecedit concretum suppositum; ideoque ante subsistentiam non solum datur humanitas, sed etiam hec humanitas, seu singulare, quod fieri possit ut *quod*, seu esse terminus qui sufficiens generationis totalis.

9 Arg. 2. Terminus generationis proportionaliter debet correspondere principio: sed principium *quod* generationis est suppositum habens naturam communicandam, siquidem actiones propriè sunt suppositorum; non enī humanitas, propriè loquendo, est, quae generat, sed homo; ergo terminus qui est suppositem participans naturam. Resp. conc. mai. neg. min. & dist. implic. prob. claritatis gratia; actiones sunt suppositorum elicitive, neg. denominative, conc. & neg. conseq. Suppositum enim neque est *quo*, id est, virtus agendi; neque est *quod* eliciens, sed solum *quod* denominatum vlti no ab actione; quis formi, vt est in alio, non potest dici agens ut *quod*; quia nequit denominari ab actione ultima denominazione. Videatur Mastr. disp. i i. metaph. q. 5.

10 Dicimus 5. Terminus quo

formalis partialis generationis est forma substantialis; terminus vero quo formalis totalis est natura totalis, seu forma totius à generante producta. Est communis; & prob. utraque pars. Tum: Ex Aristot. 2. Physic. 14. vbi ait, generationem esse viam in naturam; id est, in formam tanquam in terminum formalem, ut explicant Interpretes. Tum etiam ratione: Terminus formalis est ille, in quo generans assimilat sibi genitum, & à quo genitum specificatur, seu constituitur in suo esse specifico: sed forma est ratio formalis partialis assimilans genitum genitori, ipsumque specificans; natura autem totalis est ratio totaliter assimilativa, & constituens genitum in suo esse specifico completo, & totali: ergo forma est terminus formalis partialis, natura vero totalis.

11 Arg. 3. De ratione termini formalis generationis est, quod de novo fiat, & producatur; sed non semper forma de novo fit, vt constat in generatione hominis; semper tamen producitur unus, vt patet: ergo sola unus est terminus formalis. Resp. neg. mai. Ut enim diximus, ad veram generationem non requiriatur, quod terminus formalis de novo producatur; sed sufficit, vel quod de novo communicetur; vt patet in generatione Divina, cuius terminus formalis est essentia Divina, quae non producitur; vel quod de novo in-

inducatur; sic enim generatio dicitur nova, tum in ratione productio-
nis, quia terminus totalis genera-
tionis substantialis semper produ-
citur, tum in ratione mutationis,
quia semper forma de novo indu-
citur in materiam.

12 Arg. 2. Stante eadem for-
ma, & eadem natura totali, stat di-
versitas specifica productionum;
ergo forma, aut natura non sunt
termini formales. Patet conseq. quia
diversitas specifica productionum
desumitur ex diversitate termino-
rum formalium. Prob. antec. gene-
ratio, & resurrectionem hominis sunt
productiones specie diverse: sed
tamen forma, & natura sunt eæ-
dem, non solum specie, sed nume-
ro: ergo.

Respondent aliqui Scientiae, re-
surrectionem, & generationem, quatenus quidam motus, & mu-
tationes sunt, distinguunt specificè; non
quia terminus sit specie distinctus,
sed ratione principiorum; quia mu-
tationes non specificantur à termi-
no formalis tantum, sed etiam à pri-
cipijs, & medijs eorum. Pro quo ci-
tant Doct. Subt. in 4. dist. 43. q. 1.
§. Alter ponitur. Sed hęc solutio
falsa est, ut ostendimus lib. 3. Phy-
sic. disp. 1. quest. 2. quest. 3. agentes
de specificatione motus; ibi enim
diximus, distinctionem specificam
essentialē motus desumit à solo
termino; & stante unitate termini,
non posse motus essentialiter distin-
guis, scilicet ad summum accidentaliter;

ibique explicuimus, quo sensu de-
beat intelligi Doct. cit. Resp. ergo
iuxta ibi dicta generationem, & re-
surrectionem hominis esse motus,
non essentialiter, sed solum acci-
dentaliter diversos; quia forma ul-
timò introducta in materia, & flu-
xus eius sunt eiusdem rationis; pro-
indeque bene possunt tales motus
habere eundem terminum forma-
lem.

13 Arg. 3. Unio est terminus
formalis unionis; quia unitio per
sé tendit ad unionem; sed unitio est
formaliter generatio: ergo unio est
terminus formalis generacionis.
Resp. conc. mai. neg. min. Unitio
enim est omnino distincta à gene-
ratione, nam est actio accidentalis
terminata ad unionem, quae est
prositus respectus; generatio vero
est actio substantialis terminata ad
tertiam entitatem compositum; unitio
parus tantum conditionem ad
hoc, ut partes causet intrinsecè
compositum, & ibi sicut; generatio
autem est actio subsequuta atting-
ens ipsum compositum. Unde si-
cet actio unitiva, & generativa sint
connexæ inter se; & agens, quod
unit partes, generet etiam compo-
situm; non tamen formaliter, quasi
per eandem actionem; sed coneo-
mitanter, quatenus una actio est
connexa cum alia, & terminus unius
cum termino alterius.

14 Dices: Si agens per impos-
sibile solum habere actionem uni-
tivam, resultaret compositum ex

partibus unitis; partes enim semel unitæ necessariò causant totum: ergo posita unitione, ponitur terminus formalis per se requisitus ad actionem generativam; & consequenter sola uno est terminus formalis. Resp. neg. antec. Si enim per impossibile agens produceret solam unitem, & ibi sisteret, partes non causarent intrinsecè compositum; quia non potest poni effectus, si non adsumt quatuor genera causalium; sed quia posita actione unitiva, necessitatur agens ad ponendam actionem productivam; ideo iste actiones, licet distinctæ, sunt necessariò connexæ. Sicut posito assensu præmissarum, necessitatur intellectus ad assensum conclusionis; etiamen sunt assensus realiter distincti.

15 Dicimus 6. Subiectum generationis in ratione conversionis substantialis est sola materia prima. Prob. id est subiectum conversionis, quod manet sub utroque termino, seu in quo unum succedit ex vi delitionis alterius; sed talis est materia prima in conversione substantiali; ipsa enim est communè subiectum tam formæ desinentis, quam succedentis: ergo.

16 Ubi adverte, nos hic loqui de conversione naturali, seu viribus agentis naturalis facta; quæ quia nequit esse conversio totalis, ideo exigit commune subiectum utriusque formæ, recedentis, & succedentis. Unde conversio supernaturalis, quæ est totalis, vi cuius deli-

nit, tam forma, quam materia, ut contingit in Sacra Eucharistia, nullum exigit subiectum; qua propter transubstantiationem dicitur à Patribus. Adverte etiam, conversionem accidentalem, v. g. cum ex albo fit nigrum, habere pro subiecto totum compositum, quod est receptivum accidentium.

17 Dices: Materia prima non potest denominari conversa: ergo non est subiectum conversionis. Prob. conseq. Subiectum alicuius formæ denominari debet à tali forma: sed materia prima nequit denominari conversa in aliud: ergo non est subiectum conversionis. Resp. dist. antec. Nequit denominari conversa terminativa, id est, nequit esse terminus conversionis, cenc. antec. nequit denominari conversa subiectiva, id est, nequit esse subiectum conversionis, neg. antec. & conseq. Ad prob. cenc. mai. & dist. min. iuxta distinctionem datum. Sicut enim materia prima est generabilis, & corruptibilis, propriè sumpta generatione in ratione mutationis, ut diximus in proprio tractatu, quæst. ultim. sic etiam dici potest generabilis, & corruptibilis in ratione conversionis; quia conversio est quedam mutatio, qua materia transit ab una forma ad aliam.

18 Dicimus 7. Terminus ad quem conversionis substantialis in ratione mutationis est forma de novo recepta, non nudè sumpta, sed

Quæst. II. Quodnam sit subiect. & termin. generat? 134

ut succedens, & habens esse ex vi delitionis alterius. Prob. terminus *ad quem est ille*, ad quem transit subiectum recedens à termino *à quo*: sed terminus, ad quem in conversione transit materia, est forma de novo adveniens, non nudè sumpta; sic enim est terminus mutacionis, præscindendo à conversione: ergo est forma sub ratione succedentis ex vi delitionis alterius. Confirm. Ad rationem conversionis requiritur, quod sit inter terminos positivos, quorū vnum, nempē, terminus *à quo* desinat; quia vnum in aliud converti est, vnum desinere in aliud succedens ex vi delitionis illius: ergo forma, ad quam materia transit in conversione, non est terminus *ad quem* nudè sumpta; sed ut habens esse ex vi delitionis formę præcedentis.

19 Dices: Conversio ex Phyllo. est mutatio totius in totum; ergo terminus *ad quem* non est forma præcisè, sed totum de novo genitum habens esse ex vi delitionis alterius totius. Explic. Phyllop. est mutatio totius in totum formaliter, neg. consequitur, seu principiatively, coic. Est dicere: conuersio est mutatio subiecti ab una forma desinente, cum qua constituebat vnu compositum, ad aliam formam succedentem, cum qua constituit aliud; sed quia ad formam vniām materię resultat totum, idèo conuersio, quæ formaliter est transitus ab una forma ad aliam, consequu-

tivè est mutatio totius in totum. Unde talis definitio potius est descriptiva, quia explicat conversionem per eius effectum, nimirū per totum ex illa resultans. Et quod hæc sit mens Phyllophi, pater: nam ipse sypos docet, in qualibet mutatione dari vnum commune subiectum susceptivum termini *à quo*, & *ad quem*. Cum ergo totum non possit recipi, cum sit substantia completa, nec materia exercitat rationem subiecti respectu compositi, sed rationem partis materialis; inde est, quod non possit totum esse terminus *ad quem*.

20 Adverte tamen, quod si conversio sumitur in ratione actionis conversivae, eius terminus formalis partialis erit forma indueta; formalis totalis ipsum compositum; & terminus qui concretum singulare, iuxta dicta conclus. 4. & 5. servato tamen respectu productionis cum delitione, vel destructione alterius, ratione cujus talis actio est conversiva, & distinguatur à pure productiva, saltim ratione connotati.

Quæst. III. An generatio substantialis fiat in instanti, vel successive?

1 **Q**uestio hæc etiam procedit de corruptione; nam eadem celeritate introduciunt vna forma, & corruptiunt alia. Et non

loquimur de generatione animatorum; nam cum ista determinent sibi minimum naturale, & terminum parvitatis, debent in instanti, & simul produci; quia ex eo, quod exigunt tantam magnitudinem, nequeunt prius in una parte talis magnitudinis produci, & posteà in alia, quia in medietate illius partis, v. g. nequit produci compositum vivens; ideoque dubium ad generationem substancialis inanimatorum devolvitur. Supponimus etiam, non loqui de primo indivisibili formæ; hoc enim in instanti introducitur; sed de ipsa forma, quæ iuxta dicta in Log. habet latitudinem extensivam, seu partes invicem distinctas independenter à quantitate. Et quidem omnes ferè tenent talem generationem fieri successivè; sed discrimen est in assignando causam, & modum huius successioñis.

2 Aliqui enim afferunt in tantum generationem fieri successivè, in quantu subiectu successivè disponitur; nā ante generationē alteratur mobile in parte propinquiori, & in ultimo instanti illius alterationis introduciur pars formæ substancialis; deinde agens alterat aliam partem, in qua in instanti terminativo introducit aliam partem formæ, & sic deinceps. Unde licet quilibet pars formæ in instanti introducatur, quia tamen mediat tempus, in quo fit alteratio, & unum instans alteri succedit, potest

dici, generationem fieri successivè. Alij verò tenent, talem successionem provenire, nedum ab extrinseco, sed etiam ab intrinseco, scilicet, ab intrinseca latitudine formæ; quia iudicant, formas substantiales habere latitudinem, non solum extensivam partium, sed etiam intensivam graduum per tensionem, & remissionem, ratione cuius non tota simul, sed successivè petit acquiri.

3 Dicimus r. Generatio inanimatorum successivè sit, & in tempore. Ita Subt. Doct. in 4. dist. 43 quest. 5. §. De secundo, numer. 4.º Prob. 1. ex Phylos. 4. Physic. text. 129. vbi ait, omnem mutationem necessariè esse in tempore, & unam generationem esse celeriorem, aliam tardiorem. Nec dicas Phylosophum non loqui de præcīa mutatione introductiva formæ substancialis: sed sumere generationem, & corruptionem pro prævia alteratione. Nam contra est. Tum: Quia Phylosophus ibi clare distinguit generationem substancialis à prævia alteratione; & eodem modō quoad successionem de utraque loquitur. Tum: Quia nec Phylosophus, nec nos intendimus, dari successionem in generatione ratione sui, & ab extrinseco, sed potius ab extrinseco, & ratione præviæ alterationis; non quia in sola alteratione detur successio; sed quia etiam in generationem redundat ratione alterationis, ut posteà dicemus.

4 Secundo prob. ratione de sumpta ex Doct. Subt. in 2. dist. 2. quæst. 9. §. Ad tertium principale. Introductio formæ substantialis naturaliter, & necessariò consequitur ultimas dispositiones: sed ultimæ dispositiones subiecti successivè sunt, & in tempore: ergo etiam ipsa generatio inanimatorum. Mai. est certa. Prob. min. Quando passum est contrarijs affectum, tunc agens intra sphæram suę activitatis agit uniformiter dissimilitudinem producendo, scilicet, qualitatem intensiorrem in partibus sibi proximioribus, & remissorem in remotioribus; nam virtus limitata non potest æqually vi agere in proximum, & remotum: sed passum est divisibile in plures partes, nec potest secundum omnes esse æqualiter approximatum agenti: ergo ultime dispositiones subiecti successivè sunt, & in tempore; & consequenter etiam generatio.

Explicatur hæc ratio; sit passum, v.g. lignum habens palmum longitudinis, in quo introducenda sit forma ignis ab alio igne agente; certè ignis non potest esse ipsi equaliter approximatius secundum omnes partes: ergo prius expellat qualitates contrarias, & calorem introducit in parte proximiori, quam in alijs: sed forma ignis statim inducitur, posita ultima dispositione: ergo prius producit formam ignis in hac parte ligni, posteà in alia, & consequenter successivè.

5 Tertio prob. conclusio: Duo requiruntur, ut aliqua forma successivè, & in tempore introducatur. Primum, quod non sit indivisibilis, sed habeat aliquam latitudinem intensivam, vel extensivam. Secundum, ut sit aliquid impedimentum, quo minus in instanti introducatur secundum omnes suas partes: sed forma substantialis inanimatorum est divisibilis in plures partes; & aliunde adest impedimentum, quia subiectum habet formam cerrumpendam per contrarias qualitates: ergo quelibet forma substantialis inanimatorum successivè introducitur. Patet conseq. quia agens naturale nequit in instanti contrarium expellere, sed paulatim prius à parte proximiori, posteà à remotiori.

6 Arg. 1. Ideò forma substantialis inanimatorum successivè introduceretur, quia ultima dispositio successivè introducitur; sed hoc est falsum: ergo. Prob. min. Ultima dispositio consistit in indivisibili; ponamus enim, quod ultima dispositio sit qualitas vt quinque; ly & quinque nihil aliud est, nisi terminativum graduum illius qualitatis; sed tale terminativum est indivisibile, vt patet: ergo.

Resp. conc. mai. neg. min. Ad prob. dist. mai. in indivisibili, quoad intensionem, conc. mai. quoad extensionem, neg. mai. & conc. min. neg. conseq. Nam licet qua ita illa, vt quinque reduplicative vt tis-

lis sit indivisibilis, quoad intensio-
nem, tamen quoad extensionem di-
visibilis est; & habet partes invicem
distinctas; ideoque adhuc intensa
ut quinque non solum reperitur in
hoc, & illo punto subiecti, sed
etiam in singulis eius partibus dif-
fusa. Cum ergo agens, non posse illam simul in subiecto inducere,
quia est affectum contrarijs dis-
positionibus, & non æqualiter approxi-
matum; ideo non producitur in
instanti, sed successivè, & simul
forma substantialis cum ipsa.

7 Arg. 2. Si forma substantialis potest successivè acquiri, tunc quantum ad hoc nulla erit differ-
entia inter formam substantialiem,
& accidentalem; sed hoc est incon-
veniens; ergo. Resp. neg. seq. Dis-
cretum est: quod forma substantialis,
quantum est de se, potest tota-
simul acquiri, si non obvetat contra-
rietas; vel in dispositionibus, vel in
forma corrumpta. Unde si re-
periret materiam nudam, tota simul
induceretur. At accidentia, cum ha-
beant intrinsecam graduum latitu-
dinem, ratione cuius suscipiunt magis,
& mirus; ideo eorum acquisi-
tio est successiva, per se, & ab in-
trinsico, quamvis fuerit in subie-
cto nudo, & contrarijs non affec-
to; in substantialia vero ab extrinse-
co, & per accidens.

8 Arg. 3. Divisibilitas subie-
cti non arguit necessariò successio-
nem in motu; alius illuminatio aeris,
fieret successivè, cum aer sit

divisibilis: ergo male ex divisibili-
tate subiecti probatur successio ge-
nerationis. Resp. dist. antec. divisi-
bilitas subiecti nudè sumpta, conc.
antec. divisibilitas subiecti contra-
rijs affecti, neg. antec. & conseq.
Nos enim nolumus causam succes-
sionis esse præcisam subiecti divi-
sibilitatem, sed illam contrarijs af-
fectam; sic enim causat resistentiam
mobilis ad motorem; quod non
evenit in illuminatione, quæ inven-
nit subiectum absque forma aliqua
contraria, cum sola privatione lu-
cis.

9 Arg. 4. Si generatio fieret
successivè: ergo incipit per ultimum
non esse, ita ut sit verum dicere:
nunc non est, & immediate post
erit. Modò inquiritur: vel in
tempore immediato ante illud instans,
quod est ultimum non esse
generationis, est completa dispositio
formæ introducenda, vel non?
Si primum: ergo generatio debet
fieri in illo instanti, & non in tem-
pore; quia nequit materia esse ultimè
disposita ad aliquam formam,
& non habere illam. Si secundum: ergo generatio nequit in-
cipere in tempore immediato se-
quenti. Prob. conseq. Forma non
recipitur in materia, nisi postquam
dispositio ultimè introducta est;
sed ante instans inceptiois formæ
non est materia ultimè disposita;
& alias dispositio, nequit fieri, nisi
in tempore; ergo forma non potest
introduci in tempore immediato;

ac proinde introduci debet in instanti sequenti, quod est simul, & non successisse introduci.

Resp. conc. sequelam. Ad interrogationem dicimus, dispositionem ultimam posse sumi, vel pro gradu aliquo incompositili, cum forma præcedenti; vel pro illa, quæ immediate præcedit gradum illum incompositilem, quæ est purè introductiva, & purè antecedens. Dispositio in primo sensu, non est completa, & ultimata in eo instanti, quod est ultimum non esse generationis; quia talis gradus non venit, nisi simul cum forma; idèque dispositio ultima in hoc sensu non præcedit, sed concomitatur formam ipsam; & non acquiritur per nudam alterationem, sed per generationem ipsam concomitante, seu per actionem alterativam concomitantem generationem. Dispositio verò ultima in secundo sensu, idest, illa, quæ immediate præcedit gradum illum incompositilem, quæ est purè introductiva, & purè antecedens; in illo instanti iam adest; fed non est necesse, quod cum illa simul adsit forma nova, quia talis dispositio compositibilis est cum forma corrumpenda. Unde ante illud instans ponuntur dispositiones præcedentes; in instanti verò non ponitur forma, quia restat dispositio simultanea, quæ in tempore debet fieri; idèque tempore sequenti post illud instans introducitur.

10 Sed circa istam dispositionem, quæ venit cum forma, aliqua possint criti dubia. Primum: An præcedat, vel subsequatur formam? Secundum: à quo producatur? Non enim producitur ab alterante, ut alterans est, quia sic solum producit dispositiones præcedentes; neque à generante, ut generans est, nam actio generativa est substantialis, quæ ex sepius dictis nequit habere pro termino accidens. Tertium: Ubi subiectetur? Quia non in composito corrumpendo, cum he incompositibilis cum illo; non in materia prima, quæ nullum accidens perfectum recipere potest; nec denique in novo composito, quia dispositio, ut talis, est prior forma, ad quam disponit. Quartum: Ad quid deserbit? Non enim ad qualitates contrarias corrumpendas, cum ante adventum eius evaserint; non ad repellendam formam veterem, quia accidens non habet vim formaliter ad corrumpendam substantiam; non denique ad præparandam materiam, quia hæc se ipsa disposita est, cum semel ab illa recedit prior forma. Hęc, inquam, dubia circa talem dispositionem suboriri possunt; sed facile omnibus sit satis.

11 Ad primum resp. Talem dispositionem non præcedere, sed esse simul tempore, & subsequi in alio posteriori naturæ; quia dimicat à forma statim, ac est genita. Nec ex eo, quod sit dispositio de-

bet præcedere formam, ad quam disponit; id enim solum est verum de dispositionibus, quæ deserviunt ad expellendas qualitates contrarias, ut dicemus disp. 2. quæst. 3. dub. 4. Ad secundum dicimus, produci mediately à generante formam, & immediately ab ipsa forma genita dimanare. Ad tertium: Subiectari in composito de novo genito. Ad quartum: deservit pro informacione, & conservatione formæ de novo genitæ. Videatur Maſt. disp. 5. Physic. q. 8. art. 1.

12. Dicimus 2. Successio generationis non provenit ab intrinſeco formæ ſubſtantialis introducendè, ſed ab extrinſeco ratione contrarietatis, quæ inter qualitates reperitur; vel ratione formæ ſubſtantialis, que præcedit in materia. Ita Subt. Doſt. vbi ſuprā cit. & clarius in 2. diſt. 2. quæſt. 4. §. *Concedo*, num. 9. Ratio vero huius aliteriū deſumitur ex natura ipsa formæ ſubſtantialis; que, quia ſubſtantia, non potest luſcipere magis, & minus. Ad ſucceſſionem requiritur, vel quod forma habeat aliquam latitudinem intensivam; vel ſi habet extensivam, adſit aliquid impedimentum, quo minus in instanti ſecundum omnes suas partes introducatur; ideo enim lumen introducitur in instanti, quia ſicet habeat latitudinem, nullum tamen habet contrarium impedimentum; ſed forma ſubſtantialis non habet latitudinem intensivam, quia ſubſtan-

tia non luſcipit magis, & minus; & alijs ex ſe, & ab intrinſeco non perteſtit ad ſui introductionem, quod aliqua forma præcedat in materiali ergo ex ſe, & ab intrinſeco non potest fieri ſuccesſivè, ſed ab extrinſeco ratione qualitatuum, vel formæ præcedentis.

13. Diximus, *formæ præcedentis*; quia licet materia eſſet ſub aliqua formæ ſubſtantiali fine ſuis accidentibus connaturalibus, quo caſu non indigeret prævia alteratione ad ea expellenda; adhuc tamen generatio ipsa fieret ſuccesſivè, & in tempore; quia forma adveniens, non reperiret materiam nudam, & fine impedimento, ſed præoccupata alia forma ſecum incomponibili. Unde ſicut in motu locali incomponibilitas duorum vbi in eodem ſubiecto, abſque vera contrarietate, & graduali intentione, ſufficit ad ſucceſſionem motus localis, ita contingere in proposito; ideoque ſuccesſio generationis, non eſt tantum refundenda in qualitates contrarias, ſed etiam in formam præcedentem.

14. Dices: Agens limitatum, non potest æquali vi agere in omnes partes ſubiecti: ergo prius aget in propinquiorem, quantum removet; & conſequenter prius producet formam ſubſtantialem in hac parte ſubiecti, quam in illa; proindeque ſuccesſivè, & in tempore. Rcfp. diſt. antec. Si forma producenda ſit diſiſibilis quoad inten-

Quaest. IV. De conversione subst. seu de generat. &c. 140

sionem, conc. antec. si sit indivisi-
bilibus, neg. antec. & quidquid
inde sequitur. Ad tolendam enim
successionem satis est, quod subie-
ctum non sit affectum qualitatibus
contrariis actionem retardantibus;
vt patet in productione lucis. Cum
ergo in casu supponamus mate-
riam absque omni forma retardan-
te introductionem novæ, ideo non
successivè, sed simul introducet
illam in omnibus partibus subiecti,
quæ sunt intra sphaera activitatis
agentis. Adhuc tamen est differentia
inter lucem, & formam substancialē;
quod lux licet in instanti produca-
tur, non tamen æqualiter intensa;
sed interior in parte propinquio-
ti, & remissior in remotiori. At
forma substancialis, cum sit incapax
intensionis, & remissionis, &
simil productur, & æquali vi.
Unde vel agens nihil formæ pro-
ducet, si subiectum est valde
distant; vel æqualem formam
producet, si est debitè approxi-
matum.

*Quaest. IV. De conversione subst.
stantiali, seu de generatione
conversionis.*

I. Eneratio substancialis, quæ secundum
regularē ordinem naturæ con-
tingit, semper habet annexam
substancialē conversionem; quia
semper forma producitur in subie-
cto sub alia forma præexistenti,

quæ desinit esse ex vi introductio-
nis alterius. Unde aliqua de con-
versione substanciali hic annexiter
placuit.

2. Conversio ergo in communi-
ni superioris definita dividitur in
accidentalem, & substancialē.
Illa versatur inter terminos acci-
dentes; vt cum frigidum conver-
titur in calidum. Ita inter terminos
substanciales; vt cum aqua
convertitur in aërem, lignum in
ignem, &c. Et hæc duplex est.
Alia formalis, & partialis, in qua
una forma convertitur in aliam,
manente subiecto communī; &
hæc dicitur transformatio, quia
versatur inter formas. Alia totalis,
in qua tota substancialis convertitur
in aliam totalem substancialē.
Quod dupliciter contingere po-
test. Uel ita ut resultet novum to-
tum cathegoreticē tantum; vt
evenit in conversione naturali in
qua agens, licet producat novum
compositum, non tamen omnes
partes, sed solam formam. Veb
ita ut resultet novum compositum
etiam syncathegoreticē, ita ut
tota substancialis secundum omnes
partes in aliam substancialē con-
vertatur; & hæc propriè appellatur
transubstantio, id est, transitus
totius substancialis, & eius partium
in totam aliam substancialē; vt
evenit in Sacramento Eucharistiq,
numquam tamen naturaliter ita
potest contingere.

3. Hæc autem transubstantia-

tio seu conversio totalis dividitur in productivam, conservativam, & adductivam, seu translativam. Prima est, qua vna substantia totaliter definit esse, & convertitur in aliam sibi succedentem secundum novum esse simpliciter. Secunda; qua vna substantia definit esse, & convertitur in aliam sibi succedentem, non quoad novum esse simpliciter, sed quoad idem esse præhabitum, conservatum tamen ex vi desitionis alterius; qua ratione lapis, v. g. delinens dicitur substantialiter conversus in Solem, si Deus statuisset Solem conservare ex vi desitionis lapidis, alijs ipsum non conservatus. Tertia est, qua vna substantia definit esse, & convertitur in aliam sibi succedentem, non secundum novum esse simpliciter, sed secundum novam præsentiam; vt contingit in transubstantiatione panis in Eucharistia. Hoc supposito.

4 Dubitabis 1. An ad veram, & realem conversionem vnius in aliud requiratur, quod terminus à quo definit esse simpliciter? Resp. affirmativa. Colligitur ex Subt. Doct. in 4. dist. 11. q. 1. §. *De secundo. V. primum. num. 4.* Et prob. ex ipso ibi q. 2. §. *Hec question. vbi ait: Deitatem non posse converti in creaturam; quia quidquid est in Deo est necesse esse; id autem, quod in aliud convertitur, debet quancum ad esse, & non esse subesse virtuti convertentis: ergo*

ex mente Doct. Subt. ad conversionem requiritur desitio termini à quo, seu converti; & ideo Deus nequit converti in aliud, quia est incapax desitionis. Idque colligitur ex D. Aug. lib. 18. de Civit. cap. 18. vbi tenet conversiones illas, quæ ope dæmonis apud Gentiles siebant; v. g. cum homines in feras sinabant converti; non sive verae conversiones, quia homines non destruebantur; sed transferebantur ad alla loca, & sub eorum specie supponebantur factæ.

5 Prob. ratione: *Conversione, iuxta ethymologiam nominis, est vnam rem fieri aliam, in aliam transire, & suum esse cum esse illius commutare: sed hoc nequit fieri nisi terminus à quo verè definit, & definit esse; alioquin non verè diceretur converti, aut transire in aliam, sed potius coexistere, & permanere cum illa: ergo.* Confirm. Quando accidentia eucharistica, sub quibus erat Corpus Christi Domini, transeunt ad formam chili, non convertitur in chilum: sed hoc ideo est, quia licet definit esse sub speciebus, non tamen definit esse absolutè, & simpliciter: ergo ad rationem conversionis non sufficit, vt aliquid definit secundum quid, & ab aliquo munere, sed debet simpliciter definire.

6 Dices: Quando homo convertitur in cadaver, anima rationa-

tionalis non definit simpliciter, sed sola definit unio substantialis; sed anima rationalis est terminus à quo huius conversionis; ergo ad conversionem non requiritur definitio simpliciter termini à quo. Confirm. Si ignis introduceretur in materia ligni, lignum diceretur in ignem conversum, quanvis Deus miraculosè formam ligni extra materiam conservaret: ergo ad conversionem non requiritur definitio simpliciter termini à quo.

Prob. antec. Unum converti in aliud est habere esse, ex vi desditionis alterius: sed in casu ignis haberet esse ex vi desditionis formæ ligni, non quidem ex vi desditionis simpliciter, sed secundum quid, & quoad munus informandi: erg.

Resp. neg. supposit. mai. Nam in nostra sententia effatuente plures formas subordinatas in animatis, non debeimus admittere, hominem converti in cadaver; quia nec novum compositum, nec nova forma, aut informatio succedit separationi animæ; sed idem corpus cum eadem forma, & informatio manet. Ad confirm. Dic, in illo casu dari conversionem totalem cathegoreticè; atque ideo satis est, ut unum totum definat, & aliud succedat ex vi desditionis illius, quod re vera ibi contingit; non verò dari conversionem formalem, seu transformationem, quia forma prior non desinit esse.

7 Dubit. 2. An ad veram, &

realem conversionem requiratur incepitio simpliciter termini ad quem, sicut definitio simpliciter termini à quo? Resp. Ad conversionem ut sic, & generalissime lampiram non requiri, vt terminus ad quem accipiat esse simpliciter. Prob. 1. In conversione eucharistica integra substantia panis convertitur in substantiam Corporis Christi D. sed Corpus Christi D. non incipit esse simpliciter, vt patet: ergo ad conversionem ut sic non requiritur incepitio simpliciter termini ad quem. Mai. est de Fide. Min. est communis Theologor. Licet enim aliqui transubstantiationem Eucharisticam putent, esse actionem productivam, vel conservativam quoad sufficientiam; nullus tamen per hoc intendit, substantiam Corporis Christi D. incipere simpliciter, cum ponitur sub speciebus.

8 Prob. 2. Adhuc in conversionibus naturalibus: quia de factu dum homo nutritur, alimentum verè convertitur in substantiam ipsius hominis: sed anima rationalis non sit de novo secundum suam substantiam, sed tantum de novo vnitur materię: ergo. Nec dicas, quod licet non fiat de novo anima secundum substantiam, tamen de novo sit pars formæ corporis animæ, immo & tertiae entitatis ex anima, & parte nova corporis resultantis; proindeque verè incipere terminum ad quem converteris.

Nam

Nam contrà est: Quia loquendo de conversione formalī, seu transformatione, quæ versatur inter formas, certum est, animam rationalem succedere in materiam alimenti, & materiam verè transformari à forma illius ad aliam: sed transformatio est vera converſio: ergo iam salvatur, quod ad conversionem ut sic, & genitricē sumptam non requiritur incepſio simpliciter termini *ad quem*; nam si conversio ut sic exigeret incepſionem talis termini, quælibet particularis conversio id etiam exigeret.

Confirm. Si Deus crearet albedinem extra ſubiectū, & poſteā illam in ſubiectō nigro poñeret, auferendo ab illo nigredinē; certè ſubiectum illud nigrum verè diceretur in album converti: sed tamen albedo, quæ est terminus *ad quem* illius conversionis, non producitur de novo ſimpliciter per ipsam conversionem, ſed ſolum ſuccedit in eodem ſubiecto ex vi deſitionis nigredinis: ergo de ratione termini *ad quem* conversionis ut ſic non est, quod accipiat eſſe ſimpliciter.

Hæc vera ſunt loquendo, ut diximus, de conversione communissimè ſumpta; nam deſcendendo ad peculiares species conversionis, cum diſtinzione loquēdum eſt. Itaque conversio productiva requiriſt, quod terminus *ad quem* de novo incipiat eſſe

ſimpliciter; id enim eſt de ratione productivæ conversionis, quod dum convertit, aliq[ui]d producat; alijs quare dicetur productiva, ſi nihil per ipsam producitur? De ratione vero conversionis conservativæ eſt, quod terminus *ad quem* de novo conſervetur; non abſolutè, quia ſic etiam conſervetur p[re]ſcindendo à conversione; ſed connotativè, & per habitudinem ad terminum *à quo*.

10 Arg. i. Conversio ſubſtantialis debet eſſe actio ſubſtantialis: ſed ſi non producitur de novo terminus *ad quem*, non potest dici actio ſubſtantialis: ergo debet ſimpliciter produci terminus *ad quem*. Prob. min. Non potest dici actio ſubſtantialis per deſitionem termini *à quo*, quia ibi non intervenit actio, ſed ſuſpensio ab actione conſervativa; nec ratione termini *ad quem*, ſi non producitur ſecundum ſubſtantiam: ergo. Secund. In conversione ſubſtantiali debet terminus *à quo* ſubſtantialis ſimpliciter deſinere: ergo debet etiam terminus *ad quem* ſimpliciter incipere. Prob. conſeq. Conversio ſubſtantialis p[re]cipue ſp[eci]ficitur, & denominatur talis ratione termini *ad quem*: ergo non potest eſſe ſubſtantialis, ſi terminus *ad quem* ſimpliciter non incipit. Tert. In nutritione hominis alimentum non convertiſt in animam rationalem; & in nutritione equi alimentum convertiſt

eur in animam equi: sed non alia ratione nisi quia in nutritione hominis non producitur de novo anima rationalis, & in nutritione equi producitur de novo aliqua pars animæ: ergo. Quart. Si gratia antea existens in humanitate deficeret adveniente vnione Divinitatis, gratia non converteretur in Divinitatem, non alia ratione nisi quia Divinitas de novo non producetur: ergo conversio necessario importat novam productionem termini *ad quem*.

11 Resp. ad 1. neg. mai. Aliud enim est, loqui de ipsa conversione, ut mutatio est; & aliud, de ipsa, ut actio, seu productio est. In primo sensu potest esse conversio substancialis, licet terminus *ad quem* non producatur; conversio enī ut mutatio, seu transformatio solum requirit substancialis desinentem ut terminum *à quo*, & succedentem ex vi desitionis illius ut terminum *ad quem*; non autem agens. Unde quāvis conversio vnius substancialis in aliam verē substancialis dicatur, quia versatur inter substancialias, seu formas dantes esse simpliciter, & substancialiter; actio tamen, seu productio, non semper est substancialis, sed solum quando conversio est productiva, & terminus eius *ad quem* accipit esse simpliciter.

12 Ad 2. conc. antec. neg. conseq. Ad cuius prob. neg. antec. Nam transmutatio substancialis, &

conversio substancialis in eo differunt: quod transmutatio substancialis denominatur præcipue à termino *ad quem*; conversio verē à termino *à quo*, quia est transitus vnius substancialis in aliam, & conversio in illam. Unde non requiritur, quod substancialia, ad quam terminatur conversio, accipiatur esse de novo simpliciter; sed sufficit, & requiritur, quod definat simpliciter terminus *à quo*. Ratio est: Quia si hic terminus non defineret, non daretur conversio; nam vnum in aliud converti, est vnum definere simpliciter in aliud succedens ex vi desitionis ipsius; & terminus definens, & *à quo* est ille, qui dicitur conversus; atque ideo præsertim ab isto conversio dicitur substancialis, quia substancialiter in aliud definit. Cum ergo de termino *à quo* dicatur in recto, quod convertatur in aliud, non autem de termino *ad quem*; ideo maior mutatio intelligitur requiri in termino *à quo*, quam in termino *ad quem*; ac proinde magis ex parte illius ratio conversionis attendi debet. Adhuc tamen ex parte termini *ad quem* debet dici conversio substancialis, quia talis terminus verē est substancialia, licet non de novo producatur; sed tantum de novo conservetur, vel adducatur ex vi desitionis termini *à quo*.

13 Ad 3. neg. mai. quod ad primam partem. Utrobique enī fit

fit conversio, cum hoc tamen discrimine: quod dum medio alimento nutritur equus, talis conversio vndeque est productiva; quia & producitur nova forma, & novum compositum resultat. At in nutritione hominis, licet conversio sit productiva ex parte formæ corporeitatis, & ex parte tertie entitatis noviter resultantis; at ex parte animæ est conversio purè formalis, seu purè transformativa, quia anima succedit in materia ex vi desitionis formæ clementi. Unde vtraque est conversio, sed non vtraque omnino productiva.

14 Ad 4. conc. mai. dist. min. Quia non produceretur, nec formaliter, nec equivalenter, conc. min. quia de novo non produce-
retur formaliter, & actu, neg. min. & conseq. Licet enim de ratione termini ad quem conversionis non sit, quod actu de novo accipiat esse, tamen debet esse capax acci-
piendi esse. Et rationem assignat Doct. Subt. in 4. dist. 11. q. 2. §. Hac quæstio. V De primo num. 3. Quia nihil potest converti, neque ut terminus a quo, neque ut terminus ad quem nisi cuius esse, & non esse rotatur subest virtus, converten-
tis; nihil autem intrinsecum Deo subest Potentia Divina, quia illa potentia non respicit pro obiecto ni-
si possibilis (intellige, de possibili-
tate cibistica, non de logica) sed quidquid est Deo intrinsecum, est neceſſe esse. Unde quod alterimus,

est, terminum conversionis non requiri, quod habeat esse de novo, sed tamen debet esse causabile; quia debet, vel de novo produci, vel conservari, vel adduci; quæ omnia Divinitati repugnant. Quæ etiam est doctrina Angel. Præcept. 3. part. q. 2. art. 1.

15 Dubit. 3. Quæ connexio requiratur inter desitionem termi-
ni à quo, & positionem termini ad quem ad rationem conversionis? Et supponimus, aliquam conne-
xionem esse necessariam. Ratio est: Quia conversio ex vi nominis importat unum in aliud transire, seu succedere, quando aliud desi-
nit, & quia illud desinit: sed si non ordinaretur, aut connecterentur ad invicem talis desitio, & suc-
cessio, una non haberet rationem termini à quo, & alia rationem termini ad quem; ac proinde quando destruitur formica, vel la-
pis, si tunc crearetur Angelus, possent dici lapis, & formica in Angelum converti: ergo ad con-
versionem requiriur aliqualis, connexio, ita ut res, quæ adven-
tit, succedat ex vi desitionis alterius; & quæ definit, & recedit, definet, vel recedat ex vi intro-
ductionis, & inceptionis alterius. Dubium itaque est, an talis con-
nexio debeat esse physica, & ex natura rei; an sufficiat connexio tantum moralis?

16 Dicimus ergo: Ad con-
versionem ut sic sufficiere moralem conne-

connexionem. Ita Subt. Doct. locis supra citatis. Prob. Illa connexionio moralis sufficit ad conversionem, quæ sufficit, ut verificetur, quod positio vnius sit causa desitionis alterius, & non se habeant mere concomitanter: sed ad hoc sufficit connexionio moralis, seu quod nolit agens vnam formam introducere, nisi prius alia expelatur: ergo. Prob. min. Quia ut diximus, potest Deus convertere lapidem in Solem per hoc solum, quod decernat non conservare Solem, nisi stante destructione lapidis: sed inter esse Solis, & non esse lapidis, non datur connexionio physica ex natura rei, sed solum moralis ex ordinatione Divina: ergo.

Confirmat. Quia gratia habitualis non pugnat ex natura rei cum peccato habituali, sed solum ex ordinatione Divina: sed tamen quando Deus gratiam infundit in animam peccatoris, dicitur illum convertere in virum iustum, & sanctum: ergo connexionio moralis sufficit ad conversionem.

17 Dices: Ad conversionem requiritur, quod terminus à quo definit esse ex vi positionis termini ad quem: sed ad hoc non sufficit connexionio moralis: ergo. Prob. min. Connexionio moralis solum præstat, quod terminus à quo, definit ex intentione Operantis, seu ex vi decreti nolentis illum conservare in adventu alterius: ergo

talis connexionio non efficit, ut terminus ad quem succedat ex vi desitionis terminini à quo.

Resp. dist. mai. Præcisè ex vi positionis secundum se, & entitatè sumptæ, neg. mai. ex vi positionis, ut ordinatæ, seu ut stat sub causalitate morali agentis, conc. mai.; & neg. min. Ad prob. conc. antec. dist. conseq. ut suprà. Nam quando extrema conversionis sunt disparata, nec ullam habent incompositabilitatem ex natura rei, non potest unum desinere ex vi positionis alterius, aut unum succedere ex vi desitionis alterius, si haec entitatè, & secundum se sumantur; sed solum quatenus talis desitio, & successio ordinantur inter se ab agente libero, vi c. ius ordinationis habent extrema conversionis incompossibilitatem, & non possunt simul esse. Nec inde infertur, talem conversionem esse solum moralē; sed est physica, licet moraliter ordinata; sicut Sacramenta, licet sint causæ morales gratiæ, tamen ad illorum causalitatem ponit Deus effectum physicum; & sicut ille effectus, nempe, gratia habet connexionem cum anima, stante causalitate Sacramentorum, ita extrema conversionis possunt habere ordinem inter suum esse, & non esse; & converti physicè, stante causalitate morali agentis liberi sineulla connectione orta ex repugnancia extremonum secundum se.

18 Dubit. 4 An ad conversionem substantialem requiratur, quod detur aliquid commune utrius termino, respectu cuius id, quod desinit, & id, quod succedit, exerceant repugnantiam? Resp. Ad conversionem substantialem partialem id requiri; secus verò ad conversionem totalem. Prob. prima pars: Quia conversio partialis necessario habet annexam aliquam mutationem: sed mutatio nequit haberi, nisi detur aliquid commune utrius termino, scilicet, subiectum, quod transeat à termino à quo ad terminum ad quem, vt patet: ergo. Secunda verò pars suadetur: Quia ad conversionem totalem non requiritur, immo repugnat aliquid tertium per modum subiecti; cum enim de ratione conversionis totalis sit, quod nihil omnino remaneat in termino ad quem, sequitur, non esse necessarium; immo repugnare commune subiectum utrius termino. Nec etiam necessario requiritur identitas loci; nam conversio productiva est, qua una substantia totaliter desinit esse, & convernitur in aliam sibi succedentem secundum novum esse simpliciter, sive succedat in eodem loco, sive in alio. Idem patet in conversione conservativa; nam veris desinens verè diceretur substantia liter conversus in Solem, licet non succedat ei in eodem loco, dummodo Deus statuat conservare

Solem in esse ex vi desitionis vermis, alias ipsum non conservatur: ergo nullum tertium desideratur ad rationem conversionis.

19 Dices 1. Unum converti in aliud est, unum succedere alteri, & ponи loco alterius, supplereque vicem illius: sed suplere debet esse in ordine ad aliquod tertium, cui deest terminus à quo, & cui advenit terminus ad quem: ergo. Secund. De ratione conversionis est, vt termini incompositibiliter se habeant; sed incompositibilitas, seu repugnantia nequit exerceri nisi circa aliquid tertium, quod sit susceptivum utriusque: ergo. Tert. Si non assignetur aliquid commune utrius termino, sequitur, quod si aliquid destruitur Romę, & aliud producitur Matrii, illud convertatur in hoc: sed hoc est falsum: ergo aliquid tertium requiritur commune termino à quo & ad quem conversionis.

Resp. dist. mai. in conversionibus partialibus, conc. mai. in totalibus, neg. mai. Et conc. min. neg. conseq. Illa enim munera solum in conversione partiali reperiuntur, vbi subiectum manet sub vitroque termino, & in illo succedit terminus ad quem loco termini à quo; non verè in totalibus, vbi terminus ad quem non fit per mutationem subiecti, aut oppositionem cum termino à quo. Per quod patet ad secund. Nam maior so-

solum est vera in mutatione propriè dicta, vbi termini primi sunt incompositiles; non sic in conversione totali, vbi adest solum repugnantia disparata, & in ordine ad agens, quod vnum ad positionem alterius (saltim ex intentione operantis) destruit; absolutè tamen loquendo, & secundum suas entitates sunt simul compositiles. Ad tert. conc. totum; dummodo illud, quod producitur, aut conservatur, producatur, aut conservetur ex vi desitionis alterius; secus verò, si merè casualiter vnum producatur, quando aliud destruitur.

20 Ex dictis colliges, conversionem, quæ contingit in Eucharistia, posse considerari, vel præcisè ut conversio est, vel reduplicativè, ut Sacramentalis. Primo modo non erat necessarium ad conversionem panis in corpus Christi D. quod poneretur sub accidentibus; secundo modo necessarium est, corpus Christi D. ponì sub accidentibus panis; quia hæc conversio habet annexam aliam mutationem, qua corpus Christi D. de non præsente fit præsens. Undè terminus formalis transubstantiationis est substantia corporis Christi D. secundum suum esse substancialē antiquum; relatio verò præstantialitatis est terminus soloni concomitans; proindeque adhuc in conversione Eucharistica, attenta præcisè ratione conversionis, non erat opus, ut corpus Christi D. poneretur sub ac-

cidentibus panis, licet conversio, ut Sacramentalis, id exposcat. De quo in materia de Eucharist.

I G eneratio viventium, sic communiter ex Doct. Angel. & Subt. definitur: *Est origo naturalis viventis à vivente à principio vita coniuncto in similitudinem nature.* Dicitur origo, seu productio, quia hic generatio non sumitur in ratione mutationis, sed productionis; quæ particula ponitur loco generis, per quam convenient cum alijs generationibus; seu productionibus substantialibus.

Dicitur *naturalis*; quia ex parte agentis requiritur inclinatio naturalis, seu naturalis forma, quæ sit principium quo generandi. Undè naturalitas hic non attenditur ex parte principij passivi, seu obiecti naturaliter inclinati ad recipiendam formam; vt attenditur in generatione sub ratione mutationis; sed sumitur ex parte principij activi, nempè, quatenus agens producit per principium naturaliter inclinatum ad agendum. Per quam particulam excluduntur à ratione generationis omnes illæ productiones, quæ sunt medio principio liberos; ideoque primi parentes non sunt filii naturales Dei, quia licet facti sint à Deo vivente, & aliquomodo

ad eius imaginem, & similitudinem, tamen facti sunt per principiem liberum, & non determinatum ad unum, scilicet, per Divinam voluntatem. Et similiter excluditur à ratione generationis processio Spiritus Sancti; quia producitur per principium liberum libertate essentiali; ut dicitur in materia de Trinitate.

Dicitur *viventis à vivente*; per quam particulam excluduntur à ratione generationis productiones, quibus vivens producit substantias non viventes, v.g. sanguinem, capillos, vngues, &c. quae vitam non habent; vel si illam habent, excluduntur per ultimam particulam; quia non habent similitudinem naturæ, nec convenient in eadem natura specifica cum producente; nec propriè sunt viventia distincta, sed potius partes eiusdem viventis. Similiter excluditur productio, qua substantia non vivens producit substantiam viventem; ut cum cadaver producit vermes; aut vestis, vel lignum aridum producit tineam.

Dicitur *à principio vite*; ubi principium non sumitur pro passivo, quod se habet tantum, ut materia; ideoque Eva dici nequit Adami filia, aut ab ipso genita, licet ex eius costa prodierit; nec animalia quedam, ut pediculi, vermes, &c. ex animalium sudore, & putredine formata dicuntur eorum filii, aut ab ipsis geniti; quia concursus ille est tantum materialis, ministrando,

scilicet, materiam suæ formationis.

Subditur ly *coniuncto*; que particula denotat, principium generationis debere esse coniunctum generanti, non per solam præsentiam localem, sed intrinsecè, & consubstantialiter; ita ut genito communicetur à generante aliquid, quod prius erat substantia eius; quod in generatione Divina est eadem numero natura, que à Patre communicatur Filio; in creatis vero, hominibus, nempè, plantis, & brutis est semen decisum à generante. Deseretur huius conditionis Adam non dicitur Filius naturalis Dei; quia nihil, quod erat proprium Dei, maneat in Adamo; & similiter cum dæmen arreptum semen à viro transfert in vas foemine, proles inde generata dicitur filius hominis, cuius erat illud semen; non autem dæmenis, qui nihil communicat genito, quod esset de eius substantia; estò apparenter, & deceptorie per incubum, aut succubum videantur generationem exercere. Nec denique cum gallina, v. g. foveat ova alterius avis, pulli inde erumpentes dicuntur gallinæ filij, sed avis parientis ova; cui similes in natura prodire, constat experientia. Additur denique, *in similitudinem naturæ*; per quod innuitur, generans communicare genito naturam sibi similem.

2 Dices: vel similitudo inter generans, & genitum debet esse spe-

specifica athoma, vel generica? Si generica: ergo vermes producti à vivente erunt eius filii, cum in ratione generica animalis convenient. Si specifica: ergo mulus genitus ab asina, & equo; linx à lupo, & cerva, non erunt eorum filii, quia non convenient in natura specifica cum illis. Resp. similitudinem ad generationem naturalem debere esse sicut specificam athomam; ad membruosam verò sufficit, quod sit in aliquo genere ultimo, vel specie subalterna; & hæc reperitur in asina, equo, & mulo, in lince, cerva, & lupo.

Diximus, ad generationem naturalem requiri ad minus similitudinem in specie athoma; quia si similitudo est numerica, & identica, ut in Divinis hoc non obest, imò perfectissimam reddit generationem; nam distinctio specifica inter generans, & genitum oritur ex limitatione nature creata, ratione cuius generans non potest immediate decidere prolem. Videatur Subtil. Doct. in 1. dist. 5. qua & st. 2. §. Ideo. ¶ Secundum declaro, n. 13.

3° Advertendum tamen, quod si generatio sumatur in toto rigore, ut fundat denominationem patris, vel filii, sic solum verificatur de generatione humana; nam solus homo dicitur pater, aut filius; vel si denominationes istas etiam ad bruta extendere licet (iuxta phrasim Script. Math. 21. vbi asinus appellatur filius) etiam eorum productio, gene-

ratio in rigore dici debet. Sed debet definitioni preiacta addi aliqua particula, scilicet: In similitudinem natura intellectualis, vel sensitivæ; ad distinctionem arborum, quarum generationi definitio explicata convenit, cum tamen ibi locum non habeat denominatio patris, aut filii.

4 Dubitat. i. An veterque parentes, mas, & foemina activè concurrant ad generationem viventis? seu, quod idem est, an foemina ministret verum semen, perindeac mares in generatione prolixi?

Pro cuius resolutione nota, semen sic communiter definiti: *Est corpus humidum, album, spumosum, ex reliquis alimenti ultimi, & spirituum ubique oberrantium permixtione, vi sola testium elaboratum ad perfectam animalis generationem.* Quæ definitio solum convenit feminini animalium perfectorum.

Dicitur esse *corpus humidum*; quia non continetur intra proprios terminos. *Album*; quia licet ex sanguine fiat, partes tamen, quæ illud elaborant, sunt albae, & glandulosæ; ideoque album efficitur; sicut mammæ foeminarum, quia glandulosæ, ex sanguine lac album efficiunt.

Dicitur *spumosum*; quia est validis spiritibus plenum, ex quorum agitatione fervescit, sicut mare ventorum hic, inde concutientem impulsu. Additur, ex reliquis alimenti ultimi; quia in corpore tanquam superfluitas continetur in quibusdam vasis, sicut catere

superfluitates; neque idē filius non dicitur de substantia patris, quia licet semen sit nutritioni superfluum, est tamen necessarium generationi; & sicut proles in nutritione dicitur carnem à substantia matris accipere, quamvis ex menstruo sanguine nutritur; qui utique est superfluum alimenti, non alia ratione, nisi quia sanguis ille est aliquid matris, licet non de substantia; ita in generatione filius dicitur esse de substantia patris, quatenus substantia, quam habet, subministratur à parentibus per communicationem seminis, quod est aliquid ipsorum.

Subditur, *spiritum ubique operantium permixtione*; quia semen est valde actuosum, & hanc virtutem accipit à spiritibus, qui sunt præcalidi, valdeque actiosi, & sunt in corpore fons actionum vite. Additur, *vi sola testium elaboratum*; quia licet eius materia à renibus, lumbis, & venis præparetur, perficitur tamen à testibus, à quibus suginitur, & virtutem accipit prolificam, concurrentibus tamen spiritibus vitalibus per arterias à corde provenientibus. Dicitur denique, *ad perfectam animalis generationem*; quia spiritus in illis partibus existentes ad hunc finem destinantur, & limitantur; cum tamen alijs ad alios fines deferviant, ut spiritus cerebri ad imaginationem, vel nutritionem, &c.

5 Ex hac definitione constat

¶ Illam esse datam per quatuor

genera causarum. Per materialē quidem, iuxta illud: *Ex reliquis alimenti ultimi*. Per formalem etiam, quia dicitur, esse *humidum, album, & spumosum*. Per efficiētem; cum dicitur, *vi sola testium elaboratum*. Per finalem denique; cum additur, *ad perfectam animalis generationem*.

6 Constat. 2. Semen habere aliquas partes grossas, & materiales, quæ non sunt activæ, sed passivæ; & alias subtiliores, & spumosas, quæ sunt activæ, non passivæ. Unde semen non est corpus homogeneum, sed etherogeneum. Quod patet exemplo tritici, & castaneorum, in quibus est quedam particula acuta, in qua existit vis activa; qua ablata, non amplius germinans, idēque formicæ particulam illam tritici corrodunt, ne germinet, & sic diutius illud in hyeme conservent. His notatis.

7 Resp. dubio, utrumque patientem concurrere activè ad generationem. Et quidem de mare certum est. De scemina negant Arist. 1. de Gener. anim. omnesque Thomist. sed oppositum afferit Sub. Doct. in 3. dist. 4. quest. vnic. p. tot. cum Hippoch. Gall. Valles, & alijs. Quæ sententia prob. 1. experientiæ ipsa, qua videmus filios evadere sèpè valde similes matribus; ergo istæ activè ad generationem concurrunt. Prob. conseq. principium passivum, ut passivum, non est principium distinguendi, aut aſſimilandi

milandi: ergo assimilatio competit effectui propter aliquam actionem sue cause, ac proinde assimilatio in prole respectu matris necessaria infert aliquid principium activum; seu rationem agendi.

8. Prob. 2. Nam sc̄ominæ habeat eadem vasa semen deferentia, coquentia, & servantia, non minus quam viri; ut patet ex anathomica arte; cum ergo natura nihil faciat frustra; sequitur illa vasa ad eundem finem esse à natura præstata, nimirum ad elaborandum semen, medio quo activè ad generationem concurrent. Unde Sacratissima Virgo Maria verum semen ministravit ad generationem Christi D. ut communiter sustinent Sancti Patres Damasc. Bonavent. Beda, & aliij, qui omnes solum negant, conceptionem Christi D. factam fuisse ex virili semine; & id significat Eccles. dum canit: *Et procedens homo sine semine, &c.* Nec inde sequitur minimam detrimenrum puritatis in Santissima Matre; nam virginitas in voto ammittitur per appetitum, & desiderium in castum; in re autem deperditur per violationem claustrī virginalis; vel (ut aliij volunt) per contactum seminis viri cum vtero mulieris. Quæ omnia (ut Fides docet) longissimè absuerunt à Purissima Virgine, imò nec aliquam sensit voluptatem; ideoque semper perfectissimè virgo remansit. Sed

9. Argues, & quidem difficulter: si sc̄omina medio semine con-

currit activè, & passivè, tali concursus erit eiusdem rationis cum concursu viri: nam illud semen efformaret ex sanguine eiusdem speciei, & in potentijs eiusdem speciei cum viro: ergo posset sc̄omina absque concursu viri generare. Prob. conseq. Nam causa partialis concurrens, cum altera partiali, concursu eiusdem rationis, & speciei potest ita augeri, ut se sola producat totum effectum; ut patet in dubiis ferentibus pondus ut decem, quod sit improportionatum viribus singulorum; nam quia virtus est eiusdem rationis, potest ita in uno intendi, ut se solo possit totum pendus ferre: ergo posset sc̄omina se sola naturaliter generare filium.

Confirm. Virtus, seu potentia sumit speciem à termino: sed terminus in generatione est eiusdem rationis: ergo, & virtus mulieris (si activa est) erit eiusdem rationis, ac masculi: ergo crescente ea virtute intensivè, posset adequare virtutem hominis; sicut quia robur sc̄omina imperfectum est eiusdem speciei, ac in vitro, sèpè accidit, virtutem roboris in sc̄omina ita intendi, ut potuerit, nedum adæquare, sed etiā superare viros fortissimos.

10. Resp. ad argum. reg. antec. Ad prob. neg. antec. quod secundam partem. Concursus enim masculi, & sc̄omina est quidem in vitro, que activus, & passivus, non tan- en eiusdem rationis; sed sunt cause essentialiter subordinatae, quarum

vna nequit sine altera agere. Unde potentiae generativae utriusque sunt alterius, & alterius rationis, specieque differentes; ideoque quamvis sanguis sit eiusdem rationis in utroque; tamen quia differunt in organis, ideo inferitur virtutem unius esse diversam à virtute alterius, loquendo de potentia generativa completa, & totali ex anima, & organo corporeo constituta; proindeque diversum elaborant seniem; nec quantumcumque augatur virtus generativa fœminæ, potest supplere, aut adequare concursum viri, ita ut se sola possit generare fetus.

Ad confirm. neg. mai. in sensu, quo loquitur. Nam licet ex diversitate terminorum formalium arguatur diversitas potentiae, non tamen ex unitate termini arguitur unitas potentiae, aut virtutis; alias concursus speciei, & intellectus essent eiusdem rationis, nam uterque est activus, & circa eundem actum, & obiectum.

11 Dices: ex distinctione potentiarum arguitur distinctio naturæ; quia diversæ naturæ diversas exposcent potentias; ergo si masculus, & fœmina habent diversas potentias, habebunt diversam in specie naturam; quod est absurdum. Resp. hanc replicam etiam urgere Contrarios. Si enim vir habet potentiam activam, qua caret fœmina; & haec passivam, qua caret ille; sequitur idem inconveniens. Dici-

mus ergo, distinctionem specificam solum deduci ex distinctione principalioris actionis, aut ex distinctione plurium actionum, non vero unius tantum. Cum ergo mas, & fœmina convenienter in principia potentia, & actione, qualis est ratiocinatio, & in pluribus alijs; ideo non differunt specie in natura, licet habeant potentias diverse rationis.

12 Dub. 2. Quomodo parentes concurrent ad organizationem prolis? Hanc organizationem, eiusque mirabilem ordinem hic non explicamus; quia nihil certum haberi potest, licet ex Anathomica arte aliquid huius rei conjectari possit. Neque etiam loquimur de parte, que prius efformatur; in quo Phylosophi potius divariant, quam aliquid certi asserunt. Quidam enim medulam spinalem; quidam, umbilicum; Hippocrates, iccur; Aristoteles, cor primo gigni, docent. Alij docent, tria principia membra, cor, iccur, & cerebrum simul gigni. Incerta res est, nostrumque captum superans.

13 Circa tempus, vel diem, quo introducitur anima rationalis in corpore (de alijs enim animabus divisibilibus non est specialis difficultas) Theologi communiter dicunt in viris animam infundi die quadragesimo à conceptione, & in fœminis die octogesimo. Quorum fundamentum est lex. Levitici cap. 12. præcipiens, ut puerpera, que virum peperisset, purificaretur

die quadragesimo; quæ vero foemina, die octogesimo; qui quidem dies assignantur, ut correspondentes diebus, in quibus proles efformatur. Medici autem communiter dicunt, mares triginta diebus efformari, eiusque animam infundi; foeminas vero non ante diem quadragesimum sextum. Et non deest qui asserat, formationem foeminae nunquam excedere duos super quadraginta dies; sed haec etiam incerta res est. Circa gestationem prolis in utero docet experientia, nono mense naturaliter, & felicitè partum contingere, etiam septimo mense, non vero octavo; & addit Doct. Barreda, Medicus doctissimus, posse felicitè, & naturaliter contingere quinto mense propter excellens temperamentum matris. Sicut dantur Provinciæ, in quibus adeò ferax terra est, ut bis per annum in fructus erumpat; ad quos procreandos duplo tempore in his Provincijs terra indiget. Si quid curiosus desideras, lege Mistr. & Conimbric.

14 Pro dubijs autem resolutione supponimus, quod generantium ex congressu maris, & foemine alia sunt vivipara, quæ scilicet fetum vivum pariunt; alia ovipara, quæ pariunt ova; alia vermpipara, quæ pariunt vermes. Hoc supposito.

15 Dicimus 1. In quacumque generatione uterque parens concurret activè, & passivè mediata,

seu vi seminis ad formationem corporis, seu productionem formæ corporeitaris. Hoc assertum patet ex dictis. Si enim semen est ethrogenenum, habetque partes subtiles agentes, & crasiones patientes; & si formæ ministerant verum semen, sequitur, utrumque parentem vi seminis activè, & passivè concurrere. Confirm. quia si semen patris non concurreret passivamente, tunc filius nullam haberet consubstantialitatem cum patre; nam nihil materiæ patris remaneret in fetu, neque in eius substantialiam aliquid de materia patris transiret. Confirm. 2. Quia consubstantialitas filij cum matre constituit in eo, quod ipsa filio ministret materiam carnis suę, vt ait Bed. lib. 4. in Luc. cap. 49. loquendo de consubstantialitate Christi D. cum Beata Virgine: sed quilibet filius æquè est consubstantialis patri, ac matris; ergo non minus requiritur permanentia substantiæ patris in filio, ac matris ad consubstantialitatem.

16 Arg. 1. Causa in actu, & effectus in actu debent esse simul; sed semen in instanti generationis non est; quia in eo introducitur forma corporis in materia seminis, & dux formæ nequeunt esse simul; ergo nequit activè concurrere ad formationem corporis. Confirm. Nihil causat aliquid sui destruendum: sed forma corporis est destruktiva seminis, vt patet: ergo nequit ab illo causari.

Resp. dist. min. Non est secundum partes crasiores, conc. min. secundum partes subtiliores, neg. minor. Semen igitur non habet materiam indivisibilem, sed divisibilem, atque ideo solum partes crasiores convertuntur in corpus, & in eam materia succedit forma corporis; manent vero partes subtiliores cum sua materia, & forma exercenti activitatem in tali formatione. Vnde non est duplex forma simul in eadem materia; & bene possunt illae partes subtiliores active concurrere ad talern formationem, immo ad animationem viventium non rationalium; post formationem vero corporis partes subtiliores vel evanescunt in superficiates, vel convertuntur in substantiam viventis per modam alimenti virtute potentiae nutritivae illius. Et licet Subr. Doct. in 2. dist. 18. §. Quid ergo videatur oppositum tenere; re vera non loquitur ex propria sententia, sed secundum illam opinionem, que ponit semen ut forme. At in 3. dist. 4. §. Sed hic ex professo docet oppositum, scilicet, quod semen sit ethereogenum, & consequenter activum.

Per quod patet ad confirmat. Nam cum forma corporis non introducatur in materiam seminis, quae erat sub partibus subtilioribus; inde est, quod non causat aliquid sui destruictivum, sed postea destruitur per activitatem potenter nutritivae sectus viventis.

17 Dicimus 2. Ad formati-
nem corporis sola foemina concur-
rit immediata, non autem masculu-
lus; exceptis oviparis. Prob. pri-
ma pars: Quia semen (ad huc
utrumque simile) est imperfectius
ipsa forma corporis: sed imperfec-
tius nequit adaequate producere
perfectius: ergo alia causa imme-
diata principalis huius organiza-
tionis debet assignari: sed haec
nequit esse masculus, qui loco
distant, & potest esse mortuus: ergo
debet esse foemina. Secunda vero
pars prob. Quia gallina, v.g. po-
nens ova, quamvis intereat, ad-
huc possint ex ovis edaci pulilli, si
alteri supponerentur avi: ergo non
requiritur immediatus gallinæ
concursus. Unde forma corporei-
tatis in oviparis producitur a se-
mine, concurrente Sole, & astris,
quia horum virtutem non excedit;
anima vero producitur a solo Deo,
quia cum sit perfectior semine,
Sole, & astris, nequit in ipsis con-
tineri; ut dicemus loquendo de
genitis ex putri.

18 Dubitat. 3. Quemam sit
causa attingens educationem animæ,
& unionem eius cum corpore? Et
non loquimur de oviparis, nec de
plantis, aut animalibus genitis ex
putri; sed de viviparis, tam ratio-
nalibus, quam irrationalibus.

Dicimus ergo 1. Ad educa-
tionem animæ sensitivæ, & unionem
eius cum materia mater immediata
activè concurrit. Prob. Mater est
exqua-

æqualis perfectionis essentialis cum prole, adhuc animata: ergo educatio animæ sensitivæ, & illius unio cum materia non excedit vires matris: ergo concurrit immediate ad prolis animationem. An autem semen maris immediate concurrat ad talem animationem? diximus lib. 2. Physic. disp. 4. q. 4. num. 45.

19 Dices: Imperficius nequit, ut causa totalis, producere perfectius: sed asina producens mulum est imperfectior ipso; ergo nequit ad animationem illius concurrens. Neg. min. Nam licet mulus grandior, & robustior sit quam asina, quia producitur eum ex semine equi; tamen est essentialiter imperfectior illa, immo maior perfectio essentialis colligitur ex perfectiori actione; & nullos nequit habere actiones generativa sicut asina, quæ est actio inter materiales admodum nobilis.

20 Dicimes 2. Ad unionem animæ rationalis cum corpore neuter parens activè concurrat; sed à solo Deo fit. Ita Subt. Doct. sepe; sed clarius in 3. dist. 16. q. 2. §. Ad secundam. v. Sed quoniam. num. 12. Prob. breviter: Actio generativa, & omnes ipsam necessario concomitantes procedunt à parentibus ut ab agentibus corporis: sed agens corporum ut tale non potest attingere terminum spiritualem, qualis est unio se tenens ex parte animali: ergo.

21 Arg. 1. Unio animæ ad

novas partes per nutritionem acceptas fit à causa secunda, scilicet, ab hominibus; nutritio enim est à principio vitalis movente ab intrinseco: ergo prima unio in generatione fit etiam ab homine. Respondet Mastrius neg. paritatem. Nam plus, inquit, requiritur ad generationem, quam ad nutritionem; generatio enim non presupponit corpus anima informatum, ut supponit nutritio. Cum ergo in nutritione iam homo habeat in sua potestate animam; in generatione verò totaliter à Deo creetur, & liberè; ideo cum nutritur, causat unionem, non verò in generatione à generante. Hæc solutio non placet: Nam potentia nutritiva, & eius actio sunt materialis, & propriæ tertie entitatis, quæ materialis est; sed unio anime non minus est spiritualis dum homo nutritur, quam cum homo generatur: ergo non potest à tali potentia, aut actione eius causari.

22 Melius ergo respondetur cum Pontio, unionem animæ intrinseco ex se produci à solo Deo; ad quam productionem necessitati ex suppositione primæ unionis animæ; homo verò se um productus illam dispositivè, quatenus producit novam formam corporalis, & novam unionem eius cum materia alimenti; quod sufficit ad motum vitalem ab intrinseco; quia posita, & continuata, necessario Deus sicutem animæ cum ipso producit. Argi-

22 Arg. 2. Si homo non attingit vniōnem animae , non generaret realiter aliū hominem; ergo. Prob. seq. Homo non producit materiam , neque etiam animam : ergo si non attingit vniōnem, non generat alium hominem. Resp. 1. Quod licet homo attin- geret vniōnem , non ideo attinge- ret hominis substantiam ; cum enim vno sit accidens , ex produc- tione vniōnis non habetur , quod homo producat terminum sub- stantiale.

Resp. 2. neg. seq. Ad probat. conc. antec. neg. conseq. Homo enim verē producit aliū hominem; quia producit formam corporeitatis, quae substancialis est; & aliā est pars intrinseca consti- tuens hominem genitum , & pro- ducento talem formam producit verē substancialiter hominem; quia actio producentis non termi- natur ad corpus in se , sed ad cor- pus animae vnitum ; nam in eodem instanti , quo ultimo sit corpus, animatur , vt diximus loquendo de maternitate Santissimae Virgi- nis. Imò tertia entitas verē dici- tur producta à parentibus ; quia non solum aliquid eius, scilicet, corpus causatur ab illis; sed etiam tertia entitas in se , cum sit termi- nus formalis totalis generationis.

24 Dubit. 4. Quænam sit causa effectiva viventium nascen- tium ex putri? Et supponimus, vi- ventia alia esse perfecta , quæ non

nisi per veram generationem vita- lem oriri possunt , vt equus , leo, &c. alia non nisi ex putri nascun- tur , vt apes; alia verò tam ex pu- tri , quam per generationem vita- lem , vt mares. De primis hucus- que satis egimus ; & idem par- formiter dicendum de muribus, quando per generationem vitalem producuntur. Unde dubium est de his , quæ nascuntur ex putri , & de vegetabilibus.

23 Dicimus ergo; Animam nascentium ex putri , & omnium vegetabilium produci à solo Deo. Prob. Quando in causis secundis non reperitur sufficiens virtus producendi aliquem effectum, satis philosophicè recurritur ad cau- sam primam , cuius est causarum secundarum defectum supplere: sed nulla reperitur causa creativa productiva horum viventium quantum ad animam: ergo. Min. prob. Quia Angeli non possunt causare aliquam formam substancialis; quia solum agunt medio intellectu , & voluntate , quæ so- lum accidentia producere possunt; solumque possunt activa passivis applicare ; neque cœli possunt ta- lem animam causare , vt dicemus in proprio loco: ergo. An autem possint astra formam corpo- reitatis horum viventium producere ? Ibi di- cendum est.

DISPUTATIO II.

DE CORRUPTIONE SUBSTANTIALI.

Ques. I. Qui sit corruptio substantialis?

1 **S**upponimus, corruptionem suo modo considerari posse sub ratione conversionis, mutationis, & destruptionis, seu actionis destructivæ. Et quidem in ratione conversionis non aliter definiri debet, quam tradita definitione, nimurum, *mutatio totius in totum*, &c. sic enim explicantur duæ mutationes; una negativa, qua subiectum amittit formam veterem; altera positiva, qua novam acquirit. Unde ly *mutatio totius* explicat mutationem, corruptivam, ly *in totum* mutationem positivam.

2 Corruptio itaque in ratione mutationis sic definitur: *Successio non esse forma in materia post esse ipsius immediate precedens; seu mutatio subiecti de esse forme substantialis ad non esse illius.* Colligitur ex Subr. Doct. in 4. dist. 11. q. 1. In qua definitione ly *successio* habet rationem generis; per quod convenit cum generatione, que etiam successio, seu mutatio est; immo & anihilatione, quia anihilation etiam est successio non esse rei ad esse rei. Per ly *in materia* distinguitur ab anihilatione;

hæc enim non est successio, seu negatio in subiecto, aut materia, sed extra subiectum; ideoque negatio extra genus dici solet; sed adhuc convenit cum generatione, à qua per reliquas particulæ differt.

3 Arg. 1. Si Deus destrueret totaliter corpus hominis, manente sola anima, aut materiam ignis, manente forma: in tali casu corrumperentur homo, & ignis (non enim anihilarentur, quando quidem maneret aliqua pars ipsorum) sed talis desitio hominis, & ignis non esset desitio rei in subiecto: ergo dabilis est aliqua vera corruptio, que non sit desitio rei in subiecto. Secund. Substantia panis, & vini in venerabili Eucharistia corrumperit, vt tenent unanimitè Patres: sed ibi non succedit negatio illius in subiecto, vt patet: ergo. Tert. Quando gratia destruitur in anima, desinit in subiecto: sed tamen anihilatur, non corruptitur; sicut è contra, dum incipit in anima, creatur, non uero generatur, vel educitor: ergo ad corruptiō nem non sufficit desitio, seu non esse rei in subiecto.

4 Resp. ad 1. neg. mai. Nam sicut in generatione non producitur materia, sed inducitur forma;

ita in corruptione illi opposita non potest dari destrutio subiecti, sed ablato, vel carentia formæ. Unde destrutio in casu argumenti esset anihilatio materiæ; sed respectu hominis, vel ignis neque esset anihilatio, neque corruptio, sed quædam desitio supernaturalis; & iunominata; de qua non agimus.

Ad 2. neg. mai. Quia in rigore metaphysico panis, & vinum non corruptuntur, sed anihilantur; nam transeunt ab esse simplificiter ad non esse. Et si aliquando Patres docent, panem non anihilari, sed transubstantiari; per hoc solum intendunt statuere successionem Corporis Christi D. sub speciebus panis, & vini, contra haereticos negantes realem præsentiam eius in Eucharistia; ideoque semper loquendum est. cum ipsis ad protestationem maximam sacramenti. Videatur Mastr. to. 4. Theol. q. 12. art. 1.

Ad 3. dist. mai. Desinit in subiecto educationis, vel à quo dependet, neg. mai. in subiecto receptionis, & quod informat, conc. mai. & min. & neg. conseq. Aliud enim est loqui de gratia, aliud de homine grato; homo gratus per desitionem gratiæ corruptitur accidentaliter, estò gratia non corruptitur; sicut corruptitur substantialiter per discessum animæ, estò non corruptatur anima. Loquendo verò de gratia negamus, illam corrupti,

licet destinat in subiecto; nam si anima nostra destrueretur, etiam maneret subiectum, nempe, corpus; & tamen non diceretur corrupti, sed anihilari.

5. Corruptio in ratione actionis destructivæ sic definiti debet: *Est destrutio compositi substantialis, remanente materia.* In qua ly destrutio est genus ad corruptionem, & anihilationem. Per reliquas particulas differt ab anihilatione, quæ est destrutio rei totalis, seu non manente subiecto, aut aliqua eius parte.

6. Ex quo colligitur 1. Subiectum corruptionis in ratione mutationis deperditivæ esse irateam primam, vel aliquid gerens vices materiæ; ut in corruptione hominis; & aliorum viventium. Licer enim horum generatio non sit mutatio, quia subiectum non præcessit tempore sub privatione forme; illorum tamen corruptio vera mutatio est; quia præsuerunt tempore sub opposito, scilicet sub forma, & ex illa transeunt ad privationem ipsius. Terminus vero est non esse, seu privatio forme. In ratione vero actionis destructivæ eius subiectum est compositum, seu agens (eo modo, quo postea explicabimus) terminus vero qui est non esse compositi singularis; terminus quo totalis est non esse naturæ ut distincte à singularitate; & terminus quo partialis est non esse formæ in subiecto.

Colligia-

7 Colligitur 2. Quod sicut per generationem in ratione productionis solum compositum accipit esse ; hoc enim est , quod per se propriè dicitur generari ; ita compositum est , quod propriè dicitur corrupti. At forma sicut propriè non dicitur generari , sed educi de potentia subiecti ; ita nec propriè dicitur corrupti , sed desinere in materia , & in eius potentia reduci ; licet ob penuriam verborum dicatur corrupti , in communi modo loquendi.

Quæst. II. An possit res semel corrupta eadem numero naturaliter reproduci?

§. I.

Non nulla supponuntur.

Supponimus 1. Posse divinitus quamlibet rem permanentem semel corruptam iterum reparari (diximus permanentem , quia quid dicendum de successivis , postea constabit.) Hæc suppositio consonat ; Tum Fidei , qua credimus omnes homines in fine sæculi à Deo in eodem corpore , & anima suscitandos. Tum etiam rationi : Quia res semel destructa sicut erat possibilis , antequam produceretur ; ita est possibilis , postquam corrupta est : sed nullum possibile repugnat à Deo produci : ergo. Prob. mai,

Anihilatio , vel corruptio solum destruunt , quod ponunt generatio , & creatio : sed istæ solum ponunt actualitatem rei , non possibilitatem ; hæc enim presupponitur : ergo anihilatio , aut corruptio actualitatem auferunt , non possibilitatem ; proindeque etiam postquam aliquid est corruptum , manet possibile , & producibile sicut antea.

2 Supponimus 2. De facto nihil corruptum numero idem reproduci. Ita communis Theologor. contra Platonicos asserentes , omnia individua Universi post completam circulationem octavæ sphære per motum naturalem iterum redditura ; quos mirabiliter convincit Subt. Doct. in 4. dist. 43. q. 3. & merito : quia repugnat Fidei , & rationi Fidei quidem : nam ad Rom. 6. dicitur : *Christus resurgens ex mortuis iam non moritur.* Ad Thesal. 3. *Semper cum Domino erimus.* Psal. 17. *Tu, Domine, servabis nos , & custodies nos à generatione hac in eternū.* Ex quibus locis patet , nec Christum D. iterum moritum , nec beatos reddituros ad misericordias vitæ huius , nec ad statum generationis temporalis. Unde subdit Psalmista : *In circuitu impij ambulant ; id est , dicunt redditio-nes circulares.* Ita Aug. 12. de Civit. Dei. cap. 13.

Rationi etiam adversatur : Si enim post tot annorum centurias idem omnino effectus sunt redditu-

si; sequitur, hominem necessariò operaturum, actusque liberos de medio tollendos; proindeque eadem mala, eademque bona fatali quadam necessitate perpetrabunt; adeoque leges, consilia, præmia, & supplicia superflua essent; cum homines nec metu supplicij, nec amore præmij poterunt aliter operari. Nullus item erit verè beatus, quia anima, dum beata est, vel credit, se reddituram ad miseras, quas priùs habuit; & tunc timebit, quod obstat beatitudini; vel credit, se numquam reddituram; & sic falsa opinione beata est, quod etiam beatitudini repugnat.

3. Dices 1. Si auricula, vel nasus abscindatur homini, aut bruto, & statim de novo applicetur, constat experientia, iterum reuniiri: ergo ex illis partibus, & anima resultat idem numero compositum, sicut, & eadem informatio. Second. Apes, & muscae aqua suffocantæ, calore Solis reviviscunt, dommodo non sint in organis læse; sicut pulii pellicanorum occisi à serpente respersi sanguine parentium revocantur ad vitam, teste D. Hieron. epist. 29. ergo plura semel corrupta de facto reparantur. Tert. Si aqua divisa iterum reuniantur reddit eadem numero aqua, quæ anteā erat; nam partes sunt eadem, & consequenter idem totum: sed hoc contingit naturaliter: ergo.

4. Ad 1. Resp. in brutis non resultare idem numero compositum, quia anima eorum est divisibilis; ideoque auricula agglutinata de novo non informatur eadam parte animæ, qua prius, sed alia de novo educta; in homine vero negare non possumus eamdem partem tertię entitatis; quia cum anima sit iudicabilis, manet eadem, & similiter eadem materia. Unde anima extenditur ad informandam partem agglutinatam de novo, & reddit eadem numero pars compositi. Et si inde inferas, iam aliquid corruptum de facto naturaliter redire; negarū hoc, quia quæstio procedit de effectibus totaliter corruptis per defitionem animæ, aut unionis eius in tota materia sibi adæquata; & huiusmodi corruptum redire numquam visum est in natura.

Ad 2. Resp. numquam reviviscere eadem numero animalia, sed eadem specie; natura enim potest iterum disponere illam materiam, ut novam suscipiat formam, sed non potest eadem numero formas producere. Cur autem id contingat in musca (ut & nos experti sumus) & ape virtute Solis, & in pellicanis virtute sanguinis, non vero in alijs ex pulri genitis? Non facile à nobis cognoscitur.

Ad 3. neg. supposit. Cum enim totum integrale non dicat entitatem à partibus distinctam, sicut

sicut nulla aqua per separationem destruta est, ita nihil aquæ de novo reproducitur; quia quod non destruitur, non potest in rigore dici, quod redeat idem, vel distinctum; vno vero distincta numero est à precedentí. Unde nec credit eadem numero aqua, quia non est destruta; nec eadem numero vno, quia nova producitur. Et licet Subt. Doct. vbi suprà oppositionem huius solutionis videatur teneare ut verius; debet intelligi secundum materiam, de qua loquitur, scilicet, de resurrectione; in qua statuitur, idem numero corpus cum suis accidentibus connaturalibus, quo prius habuit, resuscitari; non quod hoc sit necessarium ad esse numericum, & substantiale corporis, sed ad omnimodam unitatem resuscitati; & hoc est conformius articulo Fidei. Sed in alijs materialijs non tenemur credere, non variari numeraliter unionem; cum quo tamen stat unitas compositi, quia vno etiam continuativa non est de essentia totius, ut diximus in Physic.

5 Replicabis: Si extrema unionis redeunt eadem numero, debet redire eadem numero vno, cum relatio desumat distinctionem numericam ab extremis: ergo si aqua reunitur per unionem in eisdem partibus factam, debet redire eadem numero vno. Confirm. Quia si corpus, postquam recessit ab uno loco, iterum ad illud re-

deat, debet redire idem numero vbi; & idem est de relationibus distantia, & indistantia respectu duorum corporum: sed haec naturaliter sunt: ergo redeunt eadem extrema, & ratio. Difficilis replica. Ad quam responderet Mastr. non esse inconveniens, quod eadem relationes naturaliter redeant; quia forte non sunt entia magni momenti.

6 Sed contrà. Tum: Quia si semel id conceditur de relatione, difficilè assignabitur disparitas in alijs entibus corruptis. Tum: Quia vbi est ens alicuius momenti; nam est per se intentum à natura, ad ipsumque datur per se motus. In vniōne illæ continuativa partium aquæ non sunt relationes, sed entitates absolutæ, in quibus illæ vniuntur tamquam in tertio ad modum glutinis; vt ipse Mastr. docet disp. 5. Phylos. q. 10. num. 122. & disp. 9. q. 2. num. 74. ergo si naturaliter redeunt illæ uniones, sequitur, aliquid absolutum de facto naturaliter redire. Adde, quod Mastrius hac solutione viens non bene conqueritur, quod aliqui Scotistæ passim imponant, Subt. Doct. dixisse, aliquos effectus redire de facto viribus naturaliæ; si enim redeunt relationes, & præsertim vbi, quod est proprius effectus, iam aliqui effectus naturaliter redeunt.

7 Respondeatur ergo, uniones continuativas aquæ non esse

relationes, sed entitates absolutas; ac proinde etiam si eadem redeant extrema, non debet redire eadem vnuio. Ad confirm. resp. Ubi esse relationem productam à movente localiter corpus; quæ proinde fundatur in corpore, ut stat sub potentia passiva, & actione. Cum ergo passio sit distincta (non enim est verosimile, quod si corpus nullus accedat ad eumdem locum, sit idem numero motus localis, neque eadem numero actio, aut passio; nam de facto idem cœlum moveret ab eodem Angelo, & super idem spatium; & tamen non sit idem numero motus; alias omnes dies forent unus tantum dies) inde est, quod extrema saitam formalia sint distincta; & consequenter distincta numero relatio insurget. Idem dic de relationibus distantiæ, & indistantiæ, quia fundantur immediatè super ubicaciones; & ubi est nova ubicacio, debet esse nova relatio numero distincta à priori. His suppositis.

8. Difficultas est: Unde oriantur, quod semper producantur novi effectus, & numquam iisdem numero semel corrupti redeant? An ex impotentia intrinseca ex parte causarum naturalium? An ex sola libera voluntate Dei decernentis non parare concursum causis secundis ad reparationem eiusdem numero effectus?

Communior sententia extra scholam nostram tenet, id est non

redire eosdem numero effectus, quia causæ naturales de se non habent virtutem ad illos iterum producendos. Nostra tamen, & veterior tenet, id non oriiri ex impotentia intrinseca ex parte causarum secundarum; sed ab extrinseco nimis ex mera voluntate Dei nolentis parare concursum ad eosdem numero effectus reproducentes. Ita Subt. Doct. in 4. dist. 43, q. 3. per totam; & omnes Discipuli, quos ex Jesuitis sequitur Oviedo, Hurt. & alij.

§. II.

Stabilitas sententiae probatur.

9. Causas naturales habentes virtutem intrinsicam ad eosdem numero effectus reparandos, probatur efficaciter prim. Effectus sensu corruptus non minus est in potentia activa agentis, quam ante primam productionem: ergo adeo virtus intrinseca in causa ad ipsum rerum reparandum. Prb. antec. Virtus cause primo producentis identificatur realiter cum ipsa causa; est enim, vel essentia ipsius cause, vel passio consequens ipsi realiter identifica: sed quod effectus corruptatur, non tollit entitatem causæ; est enim extinguatur ignis. B. productus, non ideo ignis. A. producens necessario destruitur, ut patet; ergo non minus datur potentia

tentia activa in causa ad effectum post corruptionem, ac ante corruptionem illius.

10. Huic efficaci rationi respondet Peynado 1. destructionem effectus non immutare virtutem intrinsecam causæ; sed inde non inferri, quod eadem virtus possit solum naturaliter exercere per eiusdem effectus productionem; quia illa virtus intrinseca cause post corruptionem effectus semper resistit productioni illius; quia intrinseca sua exigentia intendit operari ad propagandam speciem per multiplicationem individuum; & huic fini opponitur eiusdem effectus reproductio.

11. Sed contra 1. Quia falsum est, causam habere intrinsecam exigentiam ad propagandam speciem per multiplicationem individuum: haec enim exigentia potius est in ipso Universo à Deo sic ordinato, ut habeat pulchritudinem ex varietate ortam: ergo causa, productio vero effectu, non resistit iterata ipsius productioni: sed haec resistentia est extrinseca desumpta ex ordinatione Divina, supra quam Deus operari potest. Secund. reproductio velius effectus non opponitur fini propagationis speciei; non enim reproductio unius ignis in hoc instanti impedit, quo minus causa illius possit plures alios ignes producere; ergo non laeditur exigentia propagationis speciei (si datur) ex

vnius, vel alterius effectus reproductione. Tert. Nam satis providetur propagationi speciei, quamvis hic ignis unum tantum ignem produceret; plures enim sunt res, quæ unicum, aut nullum effectum producent; nec tamen ideo orbatur species, aut laeditur exigentia.

12. Resp. 2. Virtutem agentie non immutari intrinsecè per destructionem effectus; sed neque habere, aut nunquam habuisse virtutem intrinsecam ad eius reproductionem; quia non potest eius virtus prævalere contra decretum Dei de cessatione à conservatione, quam posuit ad exigentiam naturæ, nisi ipsum determinet, ut paret concursum ad hunc effectum individuum præ alio; quod sane facere non potest, quia non potest determinare individuationem effectus. Sed haec solutio concedit, quidquid nos intendimus.

13. Contra sic: Decretum Dei de cessatione à conservatione effectus corrupti non tollit virtutem intrinsecam à causa: ergo falsum est, nunquam habuisse virtutem ad eam reproductionem. Prob. antec. Nam decretum in causa, quæ semel habet virtutem, solum prestat, ne causa talem virtutem exerceat; alijs nullæ cause haberent virtutem, nisi ad illos effectus, quos de facto producunt; quia adeo decretum Dei non concordandi ad ulteriores effectus; ex quo sequitur, omnes virgines suis

Se ab intrinseco steriles ; ignem non habere virtutem intrinsecam ad cremandam stupam , si ei non applicetur ; & alia huiusmodi absurdum.

Confirm. Ideò causa non potest reproducere effectum , quia non potest eius virtus prævalere contra decretum Dei nolentis iterum concurrere; ergo tota ratio carentia , seu defectus reproductionis refunditur in decretum , quod vincit intrinsecam virtutem causæ , ne exeat iterum in actum circa illum effectum : sed decretum est extrinsecum virtuti: ergo. Adde, quod reproductio effectus non ostinetur à causa determinante Deum , ut paret concursum ad hunc effectum præ alio; sed potius ex libera voluntate Dei determinantis causam ad hunc effectum iterum reproducendum.

14 Secundo prob. conclusio: Causa potest conservare eundem numero effectum per integrum diem: ergo si effectus ab aliquo agente corrumperetur post primam horam , adhuc maneret virtus in causa ad illum reproducendum in ultima hora illius diei. **Prob. conseq.** Nam conservatio est continuata productio ; & non minus virtus requiritur ad conservandum , quam ad producendum: ergo si illa causa tantum exercuit virtutem per unam horam circa illum effectum , sequitur , quod per illius productionem in prima ho-

ra non ita exhaustur virtus causæ , vt si effectus per totam secundam horam desineret , non posset illum iterum reproducere. Explicatur hoc: talis causa habet virtutem ad exercendam causalitatem per integrum diem : ergo si effectus post primam horam desineret , adhuc maneret virtus sine exercitio circa illum effectum per reliquias horas: sed hoc arguit virtutem intrinsecam , & potentem se iterum exercere; ergo.

15 Arg. 1. ex Arist. cap. de oppos. & alibi sçpè dicente à privatione ad habitum non esse possibilem regressum naturaliter ; sed hanc impossibilitatem non reducit in voluntatem Dei , quem existimavit ad extra necessario operari: ergo illam reducit in ipsam naturam , seu in defectum virtutis causarum naturalium. Resp. explic. Phylos. à privatione potentie ad habitum illius , conc. mai. à privatione actus ad ipsum actum , neg. mai. & conc. min. neg. conseq. Privatio enim alia tollit solum actum , vt tenebra in aere , aut claudere oculum , quæ solum est privatio actus secundi videndi; alia tollit actum , & potentiam ad actum , vt cæcitas ; ad istam negat possibilem regressum ; non ad illam. Vel dic , Phylosophum intelligi debere de reditione immedia ta ; quia secundum communem naturę cursum post corruptionem unius formæ non succedit forma præ-

precedens corrupta; sed alia, & alia. Non verò loquitur de reditio-
ne mediata; nam post multas
transmutationes fieri potest, ut
idem numero reproduciatur. Vide
aliam solutionem apud Mast. dis-
put. 9. Log. quæst. 1. art. 2. num.
13.

16 Arg. 2. Instando ratio-
nem prebativam: effectus semel
productus, quandiu existit, etiam
continetur in virtute intrinseca
cause; nam positio effectus non
tollit potentiam cum causa iden-
tificatam: sed tamen implicat,
quod dum existit, producatur; er-
go ex quo effectus semel corrup-
tas non immutet virtutem intrin-
secam cause, non sequitur, quod
naturaliter possit iterum repro-
ducari.

Resp. conc. mai. & min. neg.
conseq. Nam ad est fallacia in syl-
logismo; sit enim transitus à po-
tentia ad actum, & à sensu diviso
ad compositum. Sicut si argueres:
voluntas, dum existit amor, v.g.
habet potentiam ad odium: & ta-
men implicat, quod dum existit
amor, producatur odium: ergo.
Concedimus itaque, manere po-
tentiam in causa, etiam dum effec-
tus existit; non quidem ad effec-
tum reduplicative, ut stat sub
existentijs illo enim statu amit-
tit potentiam obiectivam; sed ad
illum specificative, quia cum pro-
ductio necessarij presupponat
translationem rei à non esse ad ef-

fici; implicat, quod causa producat
effectum, quandiu ille est. At po-
stquam semel est corruptus, nulla
datur repugnantia neque ex parte
causæ, quæ supponit eam in-
trinsecam virtute; neque ex parte
effectus; qui iterum credit ad po-
tentiam obiectivam, & ad statum
non essendi.

17 Arg. 3. Deus; dum ad
exigentiam naturæ cessat à con-
servatione ignis. Ad v.g. debet ut
Auctor naturæ existere in eodem
decreto de non conservatione il-
lius, quosque ex parte naturæ
detur fortior exigentia, vt cessa-
tali non conservatione: sed ex
parte naturæ nunquam dari potest
fortior exigentia, vt cessa ab ea
non conservatione: ergo Deus ut
Auctor naturæ nunquam potest
cessare à non conservatione effec-
tus destruci; ac proinde ut Auc-
tor naturæ non potest redire ad
eius productionem. Prob. minor:
cessatio à non conservatione for-
tior assert secum essentialiter exi-
stentiam formæ; sed non potest
dari in natura exigentia ad exi-
stentiam huius formæ; quia nequit
determinare Deum ad individua-
tionem effectus: ergo. Hoc argu-
mentum, quod Peynado à Patre
Quirós desumit, & pulchrem ap-
pellat, valde debile est.

18 Pro quo nota, causam, vi-
g. ighem posse considerari vel in
potentia remota; qua ratione so-
lum dicit virtutem intrinsecam

nudam, & absque requisitis ad operandum; vel in potentia proxima; qua ratione dicit virtutem connotando omnia requisita. In primo sensu nullomodo necessitat Deum, ut secum concurrat; quia Auctor naturæ non tenetur exhibere concursum causæ non approximatæ, v. g. In secundo sensu necessitat Deum, ut concurrat ad effectum talis speciei, sed non ad hunc effectum numero potius quam ad aliud; quia hoc à solo Deo decernitur. Pone ergo ignem cum sua virtute, & requisitis; adhuc tunc est indifferens ad producendum infinitos ignes divisi, si vè corruptos, sive nondum productos; nec exigit concursum ad unum præ alijs. Hoc notato.

16. Fatemur, non posse de legge ordinaria eundem numero effectum redire; & id solum probat arguens. Sed dicimus, id nun provenire ex defectu virtutis in causis, sed ex decreto Dei nolentis concurrere cum tali virtute ad reproductionem eiusdem effectus; contra quod virtus causæ prævalere non potest. Unde decretum non ponit, aut tollit virtutem, sed ponit, aut tollit exercitium illius; nec virtus, & exigentia sunt idem, quia virtus remota non exigit, ut Deus cum illa concurrat; immo virtus proxima, seu habens omnia requisita exigit quidem, ut Deus concurrat ad effectum talis spe-

cie vagè, sed non determinatè ad hunc, vel illum. Ideoque non vallet: ignis non habet exigentiam ad hunc numero effectum; ergo non habet virtutem ad illum. Itaque conceditur totum argumentum, & nihil inde ad rem concluditur; quia nos a sterimur, dari virtutem in causa ad effectum corruptum, non verò exigentiam ad eius reproductionem.

20. Dices: decretum Dei de non concurrendo pluries ad eundem effectum, vel oritur ex solo Dei beneplacito; vel factum est intuitu pulchritudinis Vniversi, quæ resultat ex varietate individuorum; vel est iusta exigentiam causarum secundarum? Non primum; quia tale decretum non innotescit nobis per revelationem; & si colligatur ex effectibus, hic effectus nullus esse potest nisi natura causarum, quæ nequeunt producere effectus semel corruptos; & habetur intentum. Si secundum: ergo natura Vniversi pro assequenda pulchritudine exigit, nullum effectum corruptum reproduci; ac proinde hæc impotencia erit ex natura intrinseca causarum petenda. Si tertium: ergo iam ex parte causarum datur exigentia, & defectus virtutis ad reproductionem effectus corrupti.

Resp. ex omnibus his capitibus procedere tale decretum. Ex primo,

mō quidem; quatenus Deus ex sua libertate, & liberalitate vult beneficium existentię ad plures, & plures effectus extendi, quam ad particos. Ex secundo etiam; quia semper concurrere ad novos effectus ostendit magis rerum copiam, naturę fœcunditatem, &c. Ex tertio denique; quia cum cause sint de se indeterminatæ ad plures numero effectus, exigunt determinari à causa prima, vt auferatur earum perplexitas in agendo; sed ex nullo capite arguitur intrinseca impotentia in causis ad eosdem effectus reparandos. Non ex primo, vt patet. Neque ex secundo; quia ex eo, quod idem ignis, aut lignum repararetur, nihil mali, vel inornatus accideret Vniverſo, vel speciebus ignis, & ligni; parum enim prō nihilo reputatur. Non item ex tertio: quia illa indeterminatio non oritur ex causa sterilitate, aut defectu virtutis, sed potius ex eius maxima fœcunditate, ratione cuius indiget determinatione cause primæ.

21 Pro aliorum solutione nota, ex dictis lib. 2. Physic. disp. 2. quæst. 9. §. 1. num. 13. Eundem numero effectum posse divisiū produci per distinctam numero actionem; ac proinde licet actio præterita agentis naturalis nequeat eadem numero redire, non sequitur, non posse eundem numero effectum reproduci. Neta etiam ex dictis ibid. quæst. 8. in-

dividuationem effectus provenire à solo Deo, & non à causa secunda sub his circumstantijs loci, temporis, &c. & consequenter in diverso tempore, & loco ab illis, in quibus fuit prīmo productus effectus, potest iterum reproduci.

§. III.

Possibilitas reproductionis successivorum statuitur.

22 Inicio quæstionis supposedimus, quamlibet rem permanenti supernaturaliter reproduci posse. Et licet ratio ibi tacta idem suadeat deentibus successivis; quia tamen quoad ista, aliqua nec levioris momenti militant argumenta, idēc seorsim quoad successiva rem discutere placuit.

Dicimus ergo: entia successiva possunt divinitus à Deo reproduci. Tum ex dictis: quia res adhuc successiva, postquam est corrupta, non amittit possibilitatem, quam habebat ante primam productionem; sicut enim existentia non ponit, sed supponit possibilitem, ita negatio existentię non auferit, sed relinquit possibilitatem ipsam in re: atqui omnes possibile fieri potest à Deo: ergo. Tum: Quia idēc res permanens potest à Deo reproduci, quia non est alligata certò temporij quoad sui productionem: sed neque eius res successiva est alligata certò temporij (intellige, de temporj ex-

trinsecō, nam intrinsecum est ipsummet ens successivum) nulla enim est implicitia in eo, quod revolutio hodierna cœli anticipatur à Deo viginti, vel trigesima annis, aut differretur post totidem tempus : ergo non minus res successivæ, quam permanentes possunt iterum à Deo reproduci.

23 Arg. 1. Unitas motus inter alia attenditur ex unitate temporis: sed repugnat, quod redeat idem tempus saltim imaginarium; nam partes temporis imaginarij ita concipiuntur fluere, ut quæ semel fluxit non possit amplius concipi, vt iterum fluas: ergo repugnat, quod redeat idem motus. Resp. diff. mai. unitas individuationis, neg. mai. unitas continuatatis, subdit. mai. arguitivè, & tanquam à signo, conc. essentialiter, & insuplebiliter, neg. mai. & permis. pro nunc min. neg. conseq. vt enim diximus lib. 3. Physic. disp. 1. q. 2. queſit. 4. unitas ē adhuc continuatatis motus solum dēpendet à tempore, sive reali, sive imaginario, accidentaliter à posteriori, & tanquam à signo, quo dignoscimus, quanta sit duratio huius, vel illius motus. Cum ergo quilibet tempus extrinsecum eiusdem durationis possit & quæ nobis manifestare durationem intrinsecam motus; iude est, quod motus non est determinatè alligatus vni certo tempori imaginario, ideoque poterit vnu, & idem motus con-

tinuus secundum suam continuatatem repleri in alio, & alio tēpore.

24 Pro cuius pleniori intelligentia nota, quod duratio realis motus duplicitè sumi potest. Primo secundum se, & propriam entitatem adhuc successivam, & continuam; secundo, ut dicit respectum correspondientiæ, seu coexistentiæ ad durationem imaginariam. Primo modo bene potest redire; quia coexistentiæ ad tales vel tales durationes imaginariæ est illi accidentialis; & ideo salva identitate numerica sue entitatis, & existentiarum, potest variari respectus coexistentiæ; & nunc correspondere tali durationi imaginariæ, nunc vero alteri, dummodo utriusque sit æqualis; ac proinde idem ipse motus cum sua intrinseca successione potuerit fieri prius, vel postea in comparatione ad tempus imaginarium. Secundo modo non potest duratio semel transfacta redire; quia non redit duratio illa imaginaria, cui coexistebat; & non redit eadem coexistentiæ, nisi redeat eadem utriusque extremitati existentia. Per quam doctrinam plura solvi possunt argumenta.

25 Arg. 2. De ratione entis successivi est, quod habeat partes suas cum certo ordine prioris, & posterioris: sed hic ordo reproductioni adversatur: ergo. Prob. min. si motus reproducitur, pars prior in reproductione efficiat

posterior parte ultima motus primo producti : sed sic invertitur ordo partium; ergo. Resp. 1. neg. mai. Quia de ratione entis successivi est, quod habeat partes suas continuo fluentes, non tamen necessariò cum tali certo ordine, ita ut post unam determinatam fluat alia determinata; ideoque posset Deus hunc ordinem invertere, manente successione continua motus; sicut aqua in vase manet semper continua, estò millies agitetur, & ordo partium invertatur.

Resp. 2. omis. mai. neg. min. Nam licet ens successivum requireret necessario certum ordinem partium, posset à Deo reproduci cum eodem ordine; ex quo solum sequeretur, idem fore prius, & posterius, non secundum idem, sed secundum diversa; quia esset prior, ut coexistit tempori priori; & posterius, ut coexistit tempori posteriori.

26 Arg. 3. Si successivum posset reproduci, posset etiam conservari: sed hoc repugnat successioni: nam eo ipso, quod aliquid conservatur, permanet, & non fluit: ergo. Confirm. posset idem motus manere sub tempore praesenti, praeterito, & futuro, si in his temporis differentijs reproducatur; sed hoc est permanere: ergo. Resp. neg. mai. Nam conservatio dicit permanentiam; que successioni repugnat; reproducio autem non repugnat successioni,

dummodo non habeat suas partes simul, sed iterum fluant sicut in prima productione. Per quod patet ad confirm. Ex eo namque, quod aliquid habeat esse in pluribus differentijs temporis, non sequitur, quod sit permanens; sed solum ex eo, quod partes habeat simul; nam si illas habet unam post aliam, & successivè, erit ens successivum; nam eius partes fluent cum differentijs temporis. Neque obest, quod idem sit simul præteritum, presens, & futurum secundum diversas rationes, ut iam diximus.

27 Arg. 4. Specialiter contra reproductionem temporis: Si tempus posset reproduci, sequitur, mille annos posse reduci ad spatum unius horæ: hoc implicat: ergo. Seq. mai. patet. Nam in hac hora praesenti poterit restituiri hora immediata præterita, & rursus alia, & sic deinceps usque ad mille annos; & ultrat: ergo. Absurditas min. prob. annis constat ex pluribus horis sibi invicem succedentijs: sed in casu tales horæ non sibi invicem succederent; sed omnes essent simul: ergo. Confirm. Quia sequeretur candem horam posse coexistere spatium mille annorum, si per totum illud tempus reproducio continuaetur: sed hoc repugnat, quia eadem hora esset annus, & plures anni: ergo. Confirm.

2. Si Deus replicaret totum tempus, elaplum à Mondo condito in-

cipiens ab hac hora, & retrocedens in reproductionem ; tunc foret tempus ante creationem Mundi, quod est absurdum: ergo.

28 Resp. 1. ad hæc omnia simul omitendo gratis, omnia hæc repugnare; sed inde nihil contra nos. Nam ad salvandam possibiliterem reproductionis successorum non est necesse, ut illa omnibus modis excogitabilibus esse possit; sed satis est, quod sit aliquo modo possibilis, etiam si alijs modis repugnet, eo quod in positio ne illorum modorum ponitur aliqua implicatio. Unde argumentum primum ad summum probat, mille annos non posse reduci ad spatium unius horæ. Et secundum probat, unam horam non posse coexistere spacio mille annorum. Tertium denique, non posse dari tempus ante inceptionem Mundi. Nullum tamen convincit non posse tempus iterum produci cum eadem successione, & ordine, quo primo productum est. Sed age, & in gratiam arguuntis solvantur omnia sigillatim.

29 Ad 1. dist. mai. si eadens velocitate succedant, vel decurrent, neg. mai. si maiori velocitate, conc. mai. & eodem modo dist. min. Ad cuius prob. conc. mai. neg. min. Dupliciter enim potest intelligi, quod mille anni, & omnes illorum horæ in spacio unius horæ peragantur. Primo modo, si Deus ita velociterget revolutiones

celi, & omnes motus, qui replent spatium mille annorum, valde continentur eo modo, quo videmus magnitudinem viginti palmarum ad unius palmi locum per condensationem restringi. Secundo modo, ita ut illi anni cum eodem velocitate, ordine, impulso, & raritate, quo nunc moventur, decurrent in spacio unius horæ. In primo sensu possunt utique illi anni ad spatium unius horæ reduci, quia cum tempus reale consistat in motu primi mobilis, sicut potest Deus talerū motum velocius, & velocius usque in infinitum efficere, ita possit in spacio unius horæ omnes motus mille annorum peragere; in secundo sensu id omnino repugnat, quia spatium unius horæ, ut nunc est, valde minorē habet coexistentiam ad tempus imaginarium, quam unus annus.

Sit exemplum. Quantitas unius vlnæ potest per condensationem ad semi-palmum reduci, non vero cum eadem raritate, quam antea habebat; quo casu tota quantitas vlnæ reducitur ad mensuram minoris quantitatis, sed non cum eadem extensione, quam antea habebat. Sic pariter dicendum de tempore; neque inde sequitur, unam horam, aut partem horæ esse simul cum altera; tanta enim esset velocitas motus, ut licet omnes revolutiones præterita in duratione imaginaria unius horæ peragerentur,

etur singulę tamen distinctis parti-
bus illius horæ correspondeant.

30 Per quod patet ad pri-
mam confirm. Nam sicut palmus
in pluribus locis replicatus non
fuerit longior se ipso quoad intrin-
secam extensionem, sed solum
quoad extrinsecam denominatio-
nem desumptam ex spacio locali,
cui coexistit; sic hora reproducta
non faceret maiorem durationem
quoad intrinsecam extensionem,
sed tantum quoad extrinsecam,
quatenus coexisteret duplice hore
temporis imaginarij, quia bis exi-
steret. Ad secundam, dist. seq.
Ante creationem Mundi fuisse
tempus primo productum, neg.
seq. iterum reparatum conc. s. q.
Ut enim diximus, de ratione suc-
cessivi solum est, quod habeat
partes priores, & posteriores, que-
cumque sit prior, aut posterior;
quod enim de facto haec sit prior,
illa posterior, est quid accidentale,
ut patet in agitatione aquæ.

31 Ex dictis colliges, omnia
illa entia successiva, que depen-
dant à causis creatis etiam posse
reproduci, quantum est ex parte
virtutis ipsum, si Deus vellet
iterum cum ipsis ad eodem numero
effectus concurrere. Ut de quod
diximus de permanentibus,

idem successivis parfor-

miter appli-

candum ostendit

et manifesto est.

Et hinc huius

modi modis

et modis

Quæst. III. Continens dubia
quædam circa corruptionem
resoluta.

1 **D**ubitabis 1. An cor-
rupcio sit naturalis,
& per se a natura intenta, an verò
violentia? & supponimus esse nat-
uralem, pro ut naturale à super-
naturali libero, & artificiali con-
distinguitur. Sed dubium est, an
sit naturalis, pro ut naturale oppo-
nitur violentio? Pro quo notandum
ex Doct. Subt. in 4. dist. 49. q. 13.
§. Ad rationes. v. Ad tertium.
num. 13. duplicem esse naturam;
aliam universalem, que procurat
bonum totius Universi; aliam par-
ticularem, que bono rerum parti-
cularium attendit. Et cum utra-
que sit principium naturalitatis,
duplex queque erit violentia; una
contra naturam univ ersalem, &
altera contra naturam particula-
rem.

2 Dicimus 1. Respectu na-
ture univ ersalis corruptio est na-
turalis, non violentia. Prob. Na-
tura univ ersalis per se inclinat in
varias rerum generationes: sed
hoc fieri nequit sine inclinatione
sunt secundaria in varias cor-
ruptiones ex illis consequelas: ca-
go. Ex quo sequitur, corruptio-
nem posse dici per se intentam à
natura univ ersali, non quidem per
se primas, quia non appetitur ve-
nis, & ratione sui, sed secundariæ

qua-

quatenus conduceat ad generationem; nullam enim corruptionem moliretur natura, nisi deservirat novis generationibus, quibus species rerum sublonaria perpetuantur; nam sic aliquomodo induit rationem boni.

3 Dicimus 2. Si naturale sumatur pro eo, ad quod res, ut ad suam perfectionem, propendet; sic corruptio non est naturalis respectu formae, & compositi, benet tamen respectu materie. Prob. prima pars: Corruptio formaliter dicit non esse formae in materia, seu non esse compositi; sed nihil inclinatur ad proprium non esse; immo naturaliter appetit esse, & sui conservationem: ergo respectu formae, & compositi corruptio non est naturalis in hoc sensu. Secunda pars prob. Materia prima appetit omnes formas: sed nequit obtinere formas, quas non habet, nisi interveniente corruptione illius, quam habet: ergo saltim per accidens, & consequenter appetit corruptionem ipsam.

4 Dicimus 3. Sumpcio naturali pro eo, quod sequitur natu-ram, & conditionem eius, sive naturali id appetitu repugnet, si-ve non; quo sensu opponitur ei, quod praeter naturae conditionem est; sic corruptio est naturalis respectu formae corruptibilis, respectu materiae, & compositi. Ratio est: Quia forma non est uniuersa materiae indisolubili nexus; nam eius

informatio pendet praesertim a certis dispositionibus, quibus amissis, forma amplius conservari nequit; materia vero licet in se sit incorruptibilis, eo tamen modo, quo est subiectum ortus; & interitus, dici potest, corruptionem secundum rationem mutationis sequi naturam eius, non tamen sub ratione destructionis, & denique potiori iitulo debet corruptio dici naturalis respectu compositi in hoc sensu; nam eo ipso, quod ex materia; & forma constat, iam ex suis principijs intrinsecis est corruptioni obnoxium, cum materia sit radix corruptionis.

5 Dubit. 2. An in corruptione rerum naturalium fiat resolu-tio, usque ad materiam primam? Sensus difficultatis non est, an in corruptione substantiali sic totum compositum precedens destruatur, ut sola materia prima remaneat absque omni forma, tam substanciali, quam accidentalis? Id enim naturaliter (attento ordine Uni-versi) impossibile est. Unde sensus est: An cum corrumperit ali-quod compositam substantiale, remaneat in composito succedenti aliqua forma substantialis, vel acciden-talis? An vero omnia novi-ter succedant, & nihil eorum, que prefuerunt remaneat? Itaque du-bium, quantum attinet ad formas substanciales, coincidit cum eo, quod ventilatur de pluralitate for-marum substancialium in viventi-bus;

bus; ut verò attingat ad formas accidentiales, idem est cum eo, an eadem numero accidentia, que fuerant ante in corrupto, maneat in genito?

6 Dicimus 1. In corruptione viventium statim, & immediate non sit resolutio usque ad materiam primam. Hæc est contra Thomistas negantes pluralitatem formarum in viventibus; & aliunde assertentes, non materiam primam, sed compositum substantialis esse subiectum immediatum accidentium. Prob. Quia in viventibus præter animam datur forma corporeitatis, seu mixtionalis, que & præcedat animam tamquam susceptivum illius, & permaneat in materia post animæ discessum, vel interitum: sed hac veritate supposita, necesse est, quod remaneant pura accidentia ex eis, que præsuerant in composito viventi: ergo in viventibus neque quoad formas substantialialem, neque quoad accidentiales sit resolutio usque ad materiam primam.

Dicimus, quædam accidentia; illa nempe, que vocantur accidentia communia, ut quantitas, figura, non verò remanent, illa accidentia, que ratione animæ ipsi viventi conveniebant, ut sunt omnes operationes vitales, motus, &c. nec illa accidentia, que ultimo disponebant corpus ad introductionem, & informationem animæ, ut aliqua temperamenti.

Diximus etiam, non fieri resolutionem statim, ac immediate, quia non negamus, talem resolutionem fieri immediate; quando, scilicet, ultimo corruptitur corpus, & perire corporeitatis forma.

7 Dicimus 2. In ceteris compositis sit resolutio usque ad materiam primam. Hæc est communis adhuc inter Thomistas contra Jesuitas communiter tenentes, materiam primam esse subiectum immediatum quantitatis, & ceterorum accidentium; inde enim inferunt, corruptionem formæ, aut compositi non obesse, quo minus accidentia remanent, cum maneat eorum proprium, & immediatum subiectum. Prob. assertum. Et quidem quod in linea formæ substantialis sit resolutio usque ad materiam primam patet: quia duas formæ substantiales disparates nequeunt esse naturaliter simul in eadem materia; sed si non fieret resolutio usque ad materiam primam, aliqua forma substantialis deberet in materia remanere: ergo.

Quod verò in linea formæ accidentialis sit huius resolutio usque ad materiam, probatur. Tum: Ex Arist. cap. de substantia. vbi ait, primas substancialias (seu compositi substantialia individua) esse subiectum, tam secundarum substantialium, quam materialium accidentium; & subdit, quod destruetis primis substancialijs, nihil aliorum

rūm remanere potest; ergo, in corruptione prime substantię nullum accidens, manet in composito de-nud productio. Tum ratione: Nam iuxta communem sententiam Phylosoph. accidentia non possunt naturaliter migrare de subiecto in subiectum: sed si aliquod accidens quod præfuerat in corrupto, maneret in genito, migraret naturaliter de uno subiecto in aliud: ergo nullum accidens, quod præfuerat in corrupto, manet in genito. Tum etiam patet ex his, quæ ex professo docuimus lib. I. Physicr. disp. 5. q. 3. nempe, subiectum immediatum accidentium non esse materiam primam, sed totum compositionem. Unde constat, quod destruto composito, nullum potest remanere accidens ex his, quæ in ipso erant; nam destruto subiecto, in quo recipiuntur accidentia, non possunt naturaliter ipsa accidentia per manere. Quia sententia supposita, videtur innegabile, accidentia omnia, quæ erant in composito præcedenti, corrupti ad corruptionem illius, & nullum manere in genito.

8 Sed tamen nup̄ rīmē Peynado tentavit oppositum tueri; permisso gratis accidentia subiectari in toto composito (ipse enim tenet, subiectari in materia prima.) Et ad primam rationem responderet, accidentia quidem non migrare de subiecto in subiectum, primo subiecto perseverante; quia

eo perseverante nulla est necessitas huius transitus; transire tamen de subiecto in subiectum, deficiente primo, & succedente in alio instanti alio æquè proportionato, ut illa recipiat.

9 Sed contrà 1. Quia in sententia, quam admittit, prius per alterationem corrumptur omnia accidentia compositi destruendi, quā forma substantialis recedat, & nova introducatur: ergo quando de novo sit compositum, nullum extat accidens, quod in illo subiectari possit. Secund. Nam compositione de novo genitura de se habet æqualem virtutem, ut ex ipso educantur, & in illo sustententur accidentia nova numero distinctas; ut quid ergo illa à composito præcedenti emendicabit? Cui beneficium destructionis attulit. Tert. Quia inde sequentur plura accidentia ab initio Mundi usque nunc perseverare incorrupta, & pricipiè quantitas; quod est manifestum absurdum.

10 Ideo aliter responderet; illud axioma: Accidentia non migrare de subiecto in subiectum; solum esse verum de transmigratione per motum localem; quia non mutat subiectum ea ratione, qui mobile per motum localem se transfert de hoc loco in aliud. Sed contrà: Quia si vera est solutio, politis duobus corporibus divinitus in eodem loco, possent permute accidentia, & haec de uno in aliud

aliud migrare; quod constat esse falsum; alias Christus D. secum detulisset aliqua accidentia lapidis sepulchri, aut ianuae, per quam intravit ad Discipulos. Et si dicat, quod Christus D. habebat omnia accidentia, quae necessaria erant ad perfectionem accidentalem hominis; dicimus & nos, etiam compositum de novo genitum habere virtutem ad accidentia sibi propria in instanti reali generationis educenda absque indigentia emendandi illa à composito corrupto.

11 Ad secundam rationem responderet, accidentia destrui quidem deficiente subiecto adæquato, non vero deficiente subiecto inadæquato, si succedit aliud proportionatum. Unde quia deficiente forma corrupti, succedit forma geniti constitutens cum eadem materia subiectum inadæquate distinctum à precedentem, quod est proportionatum, ut recipiat eadem accidentia numero, ideo compositum de novo genitum sustentat accidentia corrupti.

12 Sed hæc solutio ex falso principio procedit; nimisrum, quia hic Auctor non distinguit totum à partibus simili sumptis, & vnitis; & consequenter putat, manere compositum inadæquate, quia manet materia. Unde apud nos solutio levius momenti est; quia compositum cathegoreticè sumptum, quod est subiectum accidenti-

tum, totum; totaliter, & adæquate destruitur; ideoque contra hanc solutionem non aliter militandum est, quam rationibus, quæ probant distinctionem à partibus vnitis.

13 Sed ulterius impugnatur vitaque solutio hac paritate: forma substantialis non magis dependet à materia, quam accidentia à subiecto: sed implicat, formam substantialiem materialem naturæliter conservari sine hac numero materia, vnde educta est; aut naturaliter migrare de materia in materiam: ergo id quoque de accidentibus dicendum est; ne entibus imperfectioribus, qualia sunt accidentia, concedat natura id quod perfectioribus, quales sunt formæ substanciales, perpetuò denegavit. Patet conseq. Quia non dependere ab hoc numero subiecto, aliqualis independentia est, vel saltim non tanta dependentia; ideo enim relationes essentialiter à fundamento dependent, quia sunt entia imperfectissima, & levius momenti; proindeque maiorem dependentiam, & alligationem statuit hæc sententia in substantia, quam in accidenti.

1 Arg. 1. ex Arist. hic cap. 4. tex. 24. Ubi agens de generatione aquæ ex aëre tenet, servari eamdem perspicuitatem, & humiditatem. Aut enim: *Quando ex aëre fit aqua; si ambo transparentia, & frigida, non oportet huius (scilicet, aquæ)*

aqua) alteram passionem esse, in quam transmutetur; ergo concedit, posse accidens sensibile, quod fuerat in corrupto, remanere in genito. Resp. Arist. Non loqui assertivè, sed conditionatè; ut patet ex illis verbis: *Si aliqua manet passio eadem;* & sensus est, quod si maneat aliqua eadem numero affectio, secundum illam non erit transmutatio. Vel dic, sensum Phylosophi esse, in aqua ex aere genita manere eamdem frigiditatem, & humiditatem secundum speciem, non verò eamdem numero. Nec dicat Peynado, Phylosophum loqui de identitate numerica, non autem de specificis, quia de hac nemo poterat dubitare. Id enim falsum est; poterat enim esse dubium, an qualitates, in quibus elementa convenienter est in eiusdem specie? Ut humiditas aquæ, & aëris; inò de facto tenent oppositum Alex. Simpl. Averia, & alij.

15 Dices: Mutatio semper sit ex contrario in contrarium ex quint. Physic. Sed si humiditas aëris, & aquæ numero different, id non esset verum; inò daretur transmutatio unius individui in alterum eiusdem speciei: ergo. Resp. dist. mai. Sit ex contrario in contrarium, id est ex privatione formæ, vel è contraria, conc. mai, semper ex extremo positivè opposto, neg. mii. Ibi enim non sumit Phylosophus contrarietatem

propriè pro ea, quæ versatur inter extrema positiva; sed impropriè pro ea, quæ versatur inter formam, & privationem. Cum verò additur, numquam fieri transmutationem unius individui in aliud eiusdem speciei; hoc debet intelligi formaliter ex vi transmutationis; nam concomitans, & consequenter bene potest hæc transmutatio fieri; nam si transmutatio per se destruit subiectum, in quo erat hic numero calor, v.g. etiam consequitivè destruit calorem, quamvis compotitum denudatum alterum calorem exposcat.

16 Arg. 2. ex eodem, secundum de Gener. tex 25. vbi ait: Inter elementa symbola faciliorē esse transitum, quia una sola qualitas est permutanda: ergo denotat, alteram qualitatem permanente in genito. Explic. Phylos. Una tantum qualitas est permutanda formaliter, & ex vi transitas à contrario in contrarium, conc. consequitivè, & concomitantē, neg. auct. & consequent. Vult enim Phylos. unam solam qualitatem permutari in elementis symbolis, quia cum una tantum sit contraria, ideo ex vi contrarietatis sola illa permutanda est. At consequitivè si iam altera permutatur ad mutationem subiectū. In elementis vero disymbolis formaliter ex vi contrarietatis debent omnes qualitates permutari, quia omnes illæ sunt contraria. Unde in symbolis facili-

litor est transitus, quia solum existentia; in disymbolis difficultior, quia resistunt ambae; alias in composite denuo genito manerent gradus omnes corrupti; nam idem Pbylos. I. Physic. tex. 66. sit, quod dum genitum, & corruptum convenient in uno gradu communis generico, non sit transmutatio secundum gradum communem, sed tantum secundum specificos; quod impossibile est; quia destrueta natura individua, & specifica, destruantur omnes gradus generici, cum sint idem realiter.

37 Arg. 3. Non magis dependet accidentis à subiecto recipiente, quam à causa efficiente: sed idem numero accidentis v.g. calor, siccitas potest produci à duplice causa seorsim; imò ab una produci, v.g. ab igne, & conservari ab alia æqualis virtutis, v.g. à Sole: ergo licet accidentia recipientur in toto composite, possunt permanere in genito, quod habet æqualem virtutem recipiendo, sustentandique accidentia omnia communia.

Resp. dist. mai. Quam à causa efficienti, quæ pure efficiens est, conc. quæ est efficiens, & simul conservans, neg. mai. Et conc. min. neg. conseq. Disparitas in promptu est: Nam omnia accidentia dependent à subiecto in fieri, & conservari; at non omnia sic dependent à causa efficiente; aliqua enim, vt calor, siccitas, &

similia dependent ab efficienti in fieri, sed non in conservari; ac proinde possunt conservari ab alio agente, dummodo sit in eodem subiecto. Alia verò, vt lumen, dependent in fieri, & conservari à sua causa efficienti; ideoque non possunt conservari ab alia. Unde si arguens loquatur de accidentibus, quæ pendent in fieri, & conservari ab efficienti, vera est maior, sed falsa minor; si verò loquatur de illis, quæ tantum dependent in fieri, maior est falsa, ob discrimen assignatum.

18 Arg. 4. Non magis dependet accidentis ab hoc numero subiecto quam natura ab hac numero subsistentia; sed natura non deficeret ad defectū huius numero subsistentie, si loco illius succederet alia quæ potens eam intrinsecè terminare: ergo nec deficiet accidentis ad defectum huius numero subiecti, cum loco illius succedit aliud quæ proportionatum ad illud sustentandum. Resp. neg. supposit. mai. Quia natura non dependet à subsistentia, præsertim si hæc penatur in negativo consistere; & licet teneatur sententia de positivo, adhuc nulla sequitur dependentia; imò subsistentia de penderet à natura, nam prius non dependet à posteriori, bene tamen è contraria.

19 Arg. denique: Quando ignis introduxit calorem, & siccitatem in ligno, vt ibi producat

formam ignis, non potest assignari causa talis caloris, & siccitatis destruktiva: ergo manent in igne productio. Prob. antec. Non destruantur ab igne generante, qui potius illa producit, & conservat; non ab igne genito, quia cum sine accidentia ipsi connaturalia, nequit illa destruere, ut statim similia producet; neque à siccitate, & calore ignis generantis, quia simile non agit in simile: ergo. Resp. Tales dispositiones corrupti ab igne agente, & producent ignem in ligno; non quidem per se, quia quod sic corruptitur, a suo contrario corruptitur; sed per accidens, & consequitivè, quatenus ab igne agente corruptitur lignum, cui nitebantur; quo modo non est inconveniens, quod simile corruptat simile.

20 Dubit. 3. Quo sensu sit vera illa propositio: *Generatio vnius est corruptio alterius;* ab Arist. sèpè prolata, & famigerata in scholis? Et supponimus propositionem posse habere quadruplicem sensum: formalē, identicū, concomitantē, & causalem.

Dicimus ergo 1. Si generatio sumatur in ratione mutationis, illa propositio nec in sensu formalē, nec identicō est vera. Prob. utraque pars: Ad veritatem propositionis, sive formalis sive identicę, requiri urat sicutim, quod subiectum, & prædicatum sint realiter idem:

sed generatio vnius, & corruptio alterius non sunt idem realiter; ergo. Prob. min. Mutatio est transitus de uno in aliud: sed generatio, & corruptio non sunt idem, sed diversi transitus; habent enim diversos omnino terminos à quo, & ad quem; nam generatio est transitus de non esse formae ad esse formae, ideoque habet terminum à quo privativum, & ad quem possit privatum; corruptio vero è contra se habet: ergo.

21 Dicimus 2. Loquendo de generatione in ratione productionis, & de corruptione in ratione destructionis, generatio non importat actionem distinctam à corruptione, & consequenter in hac acceptione illa propositio est identicē vera. Prob. prima pars: Agens per omnem actionem aliquid facit; nam idem est agere, quod producere: ergo secundum hanc formuliter debet semper attingere aliquid factum; argo repugnat actio, quæ per se sit corruptio, & petat nihil attingere; consequenterque corruptio vnius non importat actionem distinctam à productione alterius. Confirm. Actio importat influxum agentis: sed influxus terminatur ad aliquid, non ad nihil; imò implicat, agens influere non esse; quia influere est ponere, non tollere: ergo. Confirm. 2. Deus non assimilat efficiendo, sed subtrahendo concursum, ut ait Doct. Subt. in 4. dist. 1. r. 4.

q.4. in fine: ergo pariter agens naturale non corruptit efficienter per actionem à generatione distinctam.

Secunda verò pars patet ex præcedentib; licet enim ex terminis generatio non sit idem, quod corruptio; tamen contraria, & determinata, prout supponit pro actione, eadem realiter est generatio, & corruptio; sic enim sensus est; Unica actio desideratur ad generationem, & certum pendum. Undè sicut hæc propoliuio: *Album est dulces*, est identica; quia licet albedo, & dulcedo non sint idem, nam non supponunt pro eodem substantio, scilicet, pro habente virtutemque formaliter hæc; *Alba generativa est adiutor corrupcio;* est identica; quia licet ex modo significandi (est quo essunt, propositiones) esse formaliter, vel non, concipiamus formaliter, vel materialiter propositi. Quod in x, & formaliter, vel exercitiis corruptivis, non est idem formaliter, ratiæ, & veraeque formaliter compesis eadem substantio, scilicet, actionis, constitutæ propositiones identice veræ.

22 Arg. contra primam partem r. Corruptio in ratione mutationis est realiter distincta à generatione, licet non sit mutationis positiva, sed privativa; ergo pariter debet dari actio corruptiva distincta à generativa, non quidem actio positiva, sed negativa. Secund. Actio generativa, & corrupti-

tiva habent terminos validè diversos; nam terminus generationis est esse formæ, terminus corruptionis est non esse formæ: ergo corruptio est actio distincta à generatione; nam actiones distinguuntur per terminos. Tert. Generatio unius formæ, & corruptio alterius possunt realiter separari, ut patet in generatione, vel corruptione accidentium, que contrarium non habent; & etiam in casu, quo Deus, generata una forma, conservaret præcedentem in materia; ergo salutem in tali casu corruptio rei contingit per actionem distinctam.

Resp. ad primum, conc. antec. neg. conseq. Dicrimen est: quod mutationis realis, ut sic non dicit in suo conceptu, quid positivum; ita enies vero mutatur fabiæ, cum amittit formam, sicut cum aliam acquirit. At actio realis in suo conceptu formaliter dicit instrumentum positivum, & petit terminum realem per ipsum productum; ac proinde implicat in adiecto admittere actionem realem negativam. Ad secundum, conc. antec. neg. conseq. & dist. implic. prob. Actiones distinguuntur per terminos, quando termini sunt idonei, & actionis capaces, conc. si tales non sint, neg. In præsenti ergo terminus corruptionis est negativus, quia est non esse formæ; ideoque non est idoneus terminus actionis, cuius proprium munus est efficere, & ponere, non vero

tollere, & destruere. Ad tertium, conc. antec. neg. conseq. Licet enim corruptio possit à generatio-ne separari; non inde sequitur, da-ri novam actionem ad illam; nihil enim corrumpitur per actionem, sed per solam ablationem, cessa-tionem vel influxus conservativi. Unde quando corrumpitur ex vi ac-tionis, hec actio non est alia, quam ac-tio generativa.

23 Dices: Si semel corruptio potest à generatione separari, li-cet non importet actionem distin-ctam, sufficit, ut illa propositio, *actio generans est actio corruptens*, non sit vera adhuc identicè: ergo. Prob. antec. Propositio identica semper debet esse vera; sed si cor-ruptio potest à generatione sepa-rari, predicta propositio non sem-per erit vera: ergo. Resp. neg. antec. Ad prob. conc. mai. neg. min. Nam illa propositio semper est vera secundum id, quod significat, scilicet, naturaliter, & secundum ordinem Universi; quo sensu pro-lata est ab Arist. qui potentiam absoluam non agnovit. Vnde li-cet supernaturaliter possit aliter contingere, nunquam tamen falsifi-catur.

24 Sed adhuc restat expli-candum, qua ratione actio genera-tiva unius attingat ex consequen-ti, & secundariò destructionem alterius? Et quidem non est ita in-telligendum, vt volunt aliqui, qua-si una, & eadem actio attingat

prius, & principaliter formam productam; & deinde continuan-do eandem actionem attingat non esse formæ mediatae, & secunda-riò, & tanquam terminum minus principalem, & veluti sub priori contentum. Ratio est: quia cum ac-tio nihil causet, nisi influendo, & ponendo in esse, sequitur, nec immediate, nec mediata posse at-tingere defitionem rei; nam attingentia actionis, sive primaria, sive secundaria, semper est actus effi-cientiae; & omne, quod efficientia attingit, dando esse attingit, non tollendo. Ideoque.

Sensus est: Quod actio genera-tiva unius sit tantum virtualiter destruenda alterius, mediante forma producta, quæ priori incompositibilis est; ac proinde pro-ducta forma in materia, cessat in-fluxus agentis; & mediante infor-matione novæ, expellitur vetus, & resultat privatio eius; quod est il-lam destruere, non efficientia for-mali, sed tantum virtuali. Videat-ur Subt. Doct. in 4. dist. 16. quæst. 2. §. Respondeo. V. Tertio sic nu-mer. 5.

25 Dicimus 3. illa propositio: *Generatio unius est corruptio alterius*; sumpta generatione in ratione mutationis est vera con-comitanter, quatenus generatio unius semper alterius corruptioni iuncta, & è converso. Prob. asser-tum: Materia prima nec potest es-se naturaliter denudata ab omni for-

formā , nec potest naturaliter habere simul duas formas specificas; quorum primum oritur ex interna propensione materie ad formam , & naturali eius indigentia secundum communem naturae eū fūm ; secundum verò ex eo, quod nequā materia esse simul in duabus speciebus vñimis ; vt sub aere , & aqua; sub homine , & equo: sed si hæc propositio , generatio vnius est corruptio alterius, non esset vera sicut cōcomitanter, vel materia manēret nuda absque omni forma; vel simul habēret duplē formam , & esset sub dupli specie , ut patet : ergo talis propositio est vera sicut cōcomitanter.

26 Ubī nota , quod illa propositio est vera solum in substantijs, non verò semper in accidentibus. Dīscrimen est evidens : ex eo enim , quod accidentis recedat, v.g. lumen à corpore absque adventu alterius , non ideo manet compositum essentialiter incompletum; & ex eo , quod plura accidentia specie distincta sint simul in eodem subiecto; v.g. in lacte, albedo , & dulcedo , non ideo compōsium est sub dupli specie substantiali. In substantijs verò hæc absurdā sequentur.

27 Arg. E. Si in viventi datur forma corporis tatis adhuc cōcomitanter, illa propositio non est vera ; nam in corruptione animali nihil generatur , sed materia-

manet cum sola forma mixtione, quæ in vivente p̄fuit; & in generatione nihil corruptitur , quia forma embrionis manet cum anima tergo.

Resp. neg. antec. Nam illa propositio in sensu concomitanti semper est vera in omnibus substatijs; quia sensus eius est, quod generatio vnius est corruptio alterius , vel imm. ediatè , vt in mixtis inanimatis; vel mediatè , vt in viventibus; quia tandem cōdāveret se solvit in vermes , & cineres. Vel aliter: generatio vnius est corruptio alterius; loquendo de generatione , & corruptione ultimata , completa , & torali , non verò incompleta, nec ultimata , & partiāli. Unde in inanimatis statim adest totalis generatio , & totalis corruptio; fecos in animatis , vbi generatio totali non sit statim : animal enim non ita statim generatur quia supponitur forma embrionis; nec ita statim corruptitur , quia adhuc manet forma aliqua , quæ fuit de hominis essentia. Vel aliter: generatio vnius est corruptio alterius ; vel in fieri , vel in factō esse , non tamen semper in factō esse; quia nullum corpus animabile habet simpliciter esse perfectum , & quietum ante adventum animi , nec post illius discessum; quia statim est in continua tendentia ad resolutionem sui in elementia, vt ait Subt. Doct. in 4. dist. 1. quest. 13. §. Ad quartum. V.

Responso, num. 55. Vide quæ diximus lib. I. Physic. disp. 3. quæst. 4. num. 30.

28 Replicabis: adhuc media-
te non semper est vera concomi-
tantia talis propositio; ergo. Prob.
antec. Tum: Quia in prima cor-
porum productione nulla inter-
fuit corruptio. Tum: Quia cum
homo nutritur per species sacra-
mentales, producitur nova sub-
stantia absque alterius corruptio-
ne. Resp. neg. antec. Ad primam
prob. resp. Res in prima conditio-
ne non suisse generatas cum muta-
tione, quæ est productio ex præ-
iaceente materia per transmutatio-
nem; quo sensu hic loquuntur cum
Arist. sed fuerunt productæ per
simplicem educationem formarum
& simplicem diminutionem com-
positi. Ad secundam dicimus, hic
non loqui de rerum productione,
quæ sit extraordinaria, & mira-
culo modo; vt evenit in nutri-
tione hominis ex speciebus sacra-
mentib; sed de illa, quæ sit se-
cundum communem naturæ cur-
sum, & cum transmutatione subje-
cti. Circa sensum causalem dici-
mus dub. seq.

29 Dubit. 4. An generatio
sit causa corruptionis, vel potius ē
contra? Seu, quod idem est, an ge-
neratio sit prior corruptione, ita
vt hæc causalis sit verò: ideo una
forma corrompitur, quia introdu-
citur alia; an potius ē contra, ideo
una forma introducitur, quia alte-

ra expellitur? Hac enim priorita-
te, & ordine cognito, resolutum
manebit, quænam ex his mutatio-
nibus sit causa alterius? Et suppo-
nimus, neutram esse priorem alte-
ra prioritate temporis; alias vel
materia haberet duplē formam
simul pro aliquo instanti, si
prius tempore introducatur una,
quam expellatur alia; vel in ali-
quo instanti temporis esset sine
omni forma, si prius tempore una
recederet, quam altera accederet.
Supponimus etiam, in genere cau-
sæ finalis generationem esse prio-
rem corruptione; quia genera-
tio per se intenditur ab agente, cor-
ruptio vero per accidens. Unde
dubium est de prioritate naturæ,
quæ sufficit ad causalitatem, si est
cum aliqua dependentia prioris à
posteriori?

30 Dicimus erga: Genera-
tionem, seu introductionem novæ
formæ esse priorem naturæ cor-
ruptionem, vel expulsione antiquæ.
Est communis inter nostrates, &
partim contra Thomistas asseren-
tes, generationem, & corruptio-
nem esse priores, & posteriores se
invicem in diverso genere causæ.
De quo postea. Nunc probat. af-
sertum de prioritate in genere
causæ formalis: id à quo aliud de-
pendet, est prius eo, quod depen-
det ab ipso; causa enim, vt talis, sal-
tim natura debet præcedere esse-
tum; sed corruptio compositi, seu
expellio formæ antiquæ dependet

generatione, seu introductione novæ: ergo. Prob. min. Expulsio formæ antiquæ est effectus formæ ignis, v.g. advenientis, non primarius, sed secundarius, ut omnes admittunt: sed effectus, sive primarius, sive secundarius, dependet à sua causa: ergo corruptio, seu expulsio formæ antiquæ dependet à generatione novæ; & consequenter generatio est prior natura corruptione.

Ex quo probata manet conclusio de prioritate in genere cause efficientis: nam Deus non suspendit concursum, quo formam antiquam conservabat, nisi ad exigentiam formæ de novo introducere: sed hoc ideo est, quia prius Deus concurrit ad productionem formæ novæ exigentis expulsioneum antiquæ tanquam ad effectum primarium illius actionis; nisi enim forma esset producita, non daretur hæc exigentia: ergo ex parte efficientis prius causatur forma nova in materia, quam expellatur antiqua.

31 Concedunt Thomistæ generationem esse priorem corruptione in genere cause formalis, & efficientis; at in genere cause materialis, seu ex parte materiæ asserunt, corruptionem esse priorem generatione; seu, quod idem est, efficiens prius introducere, quam corrumpere; at passim loquendo, materiam prius natura nudari forma antiqua, quam ve-

stiri nova. Nec id est inconveniens; quia bene potest idem esse causa, & effectus, prius, & posterioris in diverso genere cause.

32 Sed contra 1. Introduc^{tio} activa ex parte agentis, per vos, præcedit expulsionem activam: ergo etiam ex parte materiæ introductio passiva, seu receptio præcedit expulsionem passivam, seu denudationem materiæ. Prob. conseq. Respectus oppositi, cum sint relations, debent esse simul natura: sed introductio activa, & passiva sunt respectus oppositi inter se, sicut etiam expulsio activa, & passiva: ergo si introductio activa, præcedit expulsionem activam, etiam passiva introductio præcedet expulsionem passivam.

Contra 2. Ideò generatio est prior corruptione ex parte efficientis, quia agens non suspendit concursum, quo formam antiquam conservabat, nisi ad exigentiam formæ noviter inducat: sed etiam materia non suspendit concursum passivum, nisi ad exigentiam novæ formæ: ergo introductio formæ novæ, tam ex parte materiæ, quam efficientis, est prior expulsione antiquæ. Prob. min. Expulsio formæ antiquæ oritur ex aliqua incompatibilitate, & pugnat cum illa: sed materia ante introductiōnem formæ novæ, non habet incompatibilitatem, aut pugnat cum forma antiqua, ut patet: ergo suspendit concursum passivum

ratione formæ novæ; & consequenter nova recipitur ante prioris corruptionem.

33. Arg. 1. ex Subt. Doct. in 4. dist. 16. quæst. 2. in fine. Vbi tenet, quod via generationis prior est expulsio culpæ, quam infusio gratiæ; via perfectionis è contraria; & quod in iustificatione impij, etsi ordine intentionis Deus prius vult ipsi infusionem gratiæ, quam remissionem culpe; ordine tamen exequutionis prius vult illi non esse culpam, quam inesse gratiam; ergo idem dicendum in presenti. Resp. conc. antec. neg. conseq. Nam cum gratia, & peccatum non opponantur ex natura rei, sed solum ex ordinatione Divina; ideo nulla prioritas causalitatis est inter expulsionem culpæ, & infusionem gratiæ. Unde, & ipse Doct. Subt. subdit, quod secundum causalitatem, vel generationem nullum habent ordinem prioris, & posterioris; at in presenti una forma ex natura rei est incompositibilis cum altera; ideoque aliter discendum est, iuxta principia ab ipso Doct. sèpè statuta; vbi tenet, expulsionem formæ prioris esse effectum secundarium formæ advenientis.

34. Arg. 2. Materia non recipit formam, nisi denudata, & expurgata ab his, quæ impediunt receptionem novæ; sed forma antiqua impedit tales receptionem, ut patet; ergo expulsio antiquæ

debet precedere novæ formæ introductionem. Confirm. Nam ideo à ligno, v.g. tollenter frigus, & humiditas antecedenter, quia obstant introductioni formæ ignis; ergo si forma antiqua obstat, debet antecedenter tolli.

Resp. dist. mai. Nisi densata ante instans receptionis, neg. mai. in eodem instanti, in quo recipitur, subdist. prius natura denudata, neg. posterius natura, & consequenter ad introductionem, conc. mai. & conc. min. neg. conseq. Ut enim forma nova introducatur, satis est, quod in primo instanti introductionis non inveniat formam antiquam; sic enim non erant simul in materia; quo semel statuto, in illo instanti introductionis simul sunt primum esse formæ novæ, & primura non esse antiquæ. Ad hoc autem non requiritur, quod expulsio, aut privatio formæ sit prior natura; sed sufficit, quod subsequatur, nam æquè bene est expeditum illad instans à forma antiqua, sive denudatio precedat, sive subsequatur; quid enim interest hoc, vel illud? Sed quia talis expulsio, que est privatio, non est causa introductionis, sed effectus secundarius eius; ideo cum comitantia temporis salvatur, introductionem esse priorem natura.

35. Ad confirm. resp. dist. antec. præcisè quia obstant, neg. antec. Ideo, & quia ante introductionem formæ substantialis intro-

ducitur alia accidentalis cum ipsis incompositibilis, conc. antec. & neg. conseq. De ratione enim obiectis nou est, quod antecedenter tollatur; sed sufficit, quod tollatur concomitantem, aut consequenter. Ratio est: quia gradus frigiditatis, & humiditatis determinatus pro conservatione formæ ligni etiam est obex; & tamen non tollitur antecedenter; nam corruptitur ad ingressum formæ ignis, sicut ipsa forma ligni. Unde reliqui gradus tolluntur antecedenter. Tum: Quia antecedenter introducitur alter gradus incompositibilis. Tum: Quia eorum ablato non est effectus introductionis formæ substantialis, sed conditio prævia; at corruptio formæ veteris solum tunc habetur, cum introducitur forma nova incompositibilis cum priori; & alias est effectus eius, proindeque nequit antecedenter haberri.

36 Arg. 3. Quando forma nova introducitur, aut invenit in materia formam priorem, aut non? Si invenit: ergo utraque est simul in materia. Si non invenit: ergo non corruptit ipsam, vel expellit; sed corruptam, & expollam supponit; quia implicat corrumpere, quod non est, & expellere à subiecto, in quo non existit. Confirm. Si expulso formæ veteris sequitur ad introductionem novæ: ergo prius est in illo subiecto forma nova, quam expellatur antiqua; erg. in illo priori simul erit

utraque forma. Prob. conseq. Privatio, seu expulsio non advenit usque ad secundum instantem naturæ: ergo usque ad illud instantem exclusivè durat forma vetus, quia esse formæ intelligitur quousque adveniat non esse: sed in priori instanti non advenit: ergo.

37 Resp. ad argum. Formam novam non invenire priorem in materia; negatur tamen conseq. inde deducta. Quia, ut ipsam expellat, non est necesse, illam in subiecto invenire; nam forma adventiens non expellit veterem per aliquam actionem, quam exerceat in illam; vel per aliquem contactum, sicut clavus clavum trudit; sed per simplicem incompositibilitatem, ad quod non requiritur similitas, immo hec implicat; sed sufficit, quod coniungatur ei per successiōnem, ita ut cum primò ponitur una forma, primò tollatur alia, & primum esse unius sit primum non esse alterius.

Recole dicta lib. 1. Physic. q. 3. vbi diximus, formas substantiales incipere intrinsecè, & desinere extrinsecè; ita ut sit verum dicere: nunc est forma, & immediatè ante non erat; & similiter: nunc non est forma, & immediatè ante fuit. Unde instantis introductionis mensurat primum esse formæ novæ, & primum non esse formæ antiquæ; atque ita nec utraque forma est simul, nec vetus tollitur antecedenter; quia ablato est idem quod

privatio aut non esse rei. Et cum in illo instanti primò intelligatur non esse inde est, quod antecedenter non potest esse ablatum; alias in illo instanti non haberetur primum non esse formæ, sed habetur tempore antecedentijs; quod ex ibi dictis constat esse falsum.

38 Ad confirm. dist. conseq. prius natura, conc. conseq. tempore, neg. conseq. & aliam inde deductam. Ad prob. neg. antec. Imò, & suppositum. Quia esse, vel non esse rei non mensuratur per instantia naturæ, sed temporis; ideoque falsum est, privationem non esse in toto illo instanti; est enim in toto illo simul cum introductione, sed tamen cum dependentia ab illa, & consequenter posterius natura. Unde fallit imaginatio, dum indicat, formam veterem concorditari novam in illo priori naturæ ad expulsione; id enim falsum est, nam esse formæ antiquæ non ingreditur illud instanti; alias in eadem instanti temporis esset, & non esset; sed quasi formis manet, & totum occupatur ab introductione, & privatione simul cum dependentia posterioris, scilicet, expulsione, seu corruptionis à priori, scilicet, introductione. Ideoque cum à parte rei illud instanti sit indivisible, non potest ita partiri, ut quasi dimidium illius habeat formam votus, & aliud dimidium privatio eius; alias esset verum dicere: nunc est forma, & nunc non est forma.

39 Arg. 4. Generatio formæ novæ est finis agentis corruptio verò antique se habet ut medium: ergo licet introductio sit prior in intentione, erit tamen posterior in executione. Resp. conc. mai. neg. min. Quia licet generatio sit finis agentis, non tamen dependet à corruptione tanquam à medio propriè, & rigorosè sumpto; tantum enim dependet tanquam à remotione impedimenti sequuta ex ipsa generatione; quo modo etiam forma depeendet à dispositionibus consequentibus, quarum est finis; & non est prior natura, quam ille.

40 Arg. 5. Terminus à quo motus est prior termino ad quem, quia ab illo motus inchoatur, ut ad hunc perveniat; sed expulsio formæ præcedens est terminus à quo motus, & introduc[t]io novæ est terminus ad quem; ergo. Respond. conc. mai. neg. min. Aliud enim est loquì de forma, aliud de expulsione eius; terminus à quo est forma, non expulsio; quia sola forma præcedit generationem, expulsio verò subsequitur ipsam.

41 Pro cuius maiori intelligentia adverte, quod generatio dupl[ic]em habet terminum à quo; unum per se, & primum, & talis est privatio formæ introducendæ; aliud per accidens, & concomitantem; & hic est forma, quæ præcerat in materia. Viterque terminus à quo præcedit generationem; sed tamen loquendo de abiectione est

valde disparatio. Nam abiectioni termini à quo per se, & primi, nec præcedit, nec subsequitur acquisitionem termini ad quem, sed sunt eminè simul naturæ; nam cum forma, & privatio privativè opponantur, ideo adventus formæ, seu ipsa forma est formalissimè expulsio privationis. At expulsio termini à quo per accidens, & concomitantis est distincta ab introductione termini ad quem, seu formæ novæ; quia utraque forma non ita immediatè opponuntur, quasi non esse unius sit formalissimè esse alterius; atque ita abiectionis huius termini à quo in motu non præcedit, sed subsequitur introductionem termini ad quem. Unde abiectionis in nullo casu est terminus à quo, sed vel est formalissimè ipsa introductio, vel quid consequatur ad illam.

42 Dices: Terminus à quo constitutus in esse talis per formalitatem abiectionis, & derelictionis: ergo forma ut abiecta, & derelicta est terminus à quo: sed ut terminus

à quo præcedit: ergo præcedit ut abiecta, & derelicta; & consequenter abiectionis formæ antiquæ, seu veteris præcedit introductionem novæ. Resp. dist. antec. Per formalitatem abiectionis, & derelictionis specificative, & fundamentaliter sumptam, conc. antec. reduplicative, & formaliter acceptam, neg. antec. & conseq. in eodem sensu. Et conc. subsump. neg. conseq. Terminus itaque à quo potest considerari vel fundamentaliter, & secundum se; vel formaliter, & reduplicative ut sit sub denominatione, & relatione abiectionis, & derelictionis. Primo modo præcedit, secundo modo est simul naturæ cum termino ad quem; sicut duratio præcedens respectu præsentis in esse durationis est prior; sed ut relata, & denominata est similitudine. Unde materia non transit à forma reduplicative ut abiecta, sed specificative; qua ratione præcedit. Vide dicta lib. 1. Physic. disp. 13 q. 2. num. 17.

DISPUTATIO. III.

DE ALTERATIONE.

Licit alteratio in exequitione sit generatione prior, cum sit via, & quasi dispositio ad ipsam; in intentione tamen posterior est. Ideoque Arist. post explicatam naturam generationis, & corruptionis, immediate de alteratione tractatum instituit. Cum quo, & nos in præceptu: alteratione agimus.

Ques. I. Quid, & quatuorplex sit alteratio? & an sit motus continuus, vel discre-

tus?

Non sumitur hic alteratio in ratione actionis; in hoc enim sensu agemus de illa, cum de actione, & reactione redibit sermo. Sed in ratione mutationis; qua ratione per illam subiectum dicitur mutari, & alterum fieri. Alteratio autem in hac acceptione diversimode potest accipi. Primo, pro qualibet mutatione, per quam subiectum aliter se habet nunc, quam prius; qua ratione etiam comprehenditur mutatio substantialis. Secundo, pro qualibet mutatione accidentali. Tertio, pro mutatione accidentalis ad solam, & omnem qualitatem terminata. Quarto, pro mutatione ad solam qualitatem corpoream. Quinto denique accipitur pro mutatione ad qualitates contrarias disponentes ad generationem, & corruptionem; quales praecipue sunt primae qualitates calor, frigus, siccitas humiditas.

2 Alteratio igitur communis ad omnem qualitatem definitur à Phyllophilo hic tex. 23. sic: *Alteratio est transmutatio subiecti in passionibus, aut contrariis, aut medijs eodem subiecto sensibili manente.* Ly transmutatio subiecti ponitur loco generis; per quod

convenit cum generatione; & alijs mutationibus accidentalibus, quæ non sunt ad qualitatem. Ceteræ particulae ponuntur loco differentiae; nam transmutatio in passionibus restringit mutationem ad solam qualitatem tertiae speciei. Sed additur, *aut contrariis, aut medijs*; quia hæc definitio non datur præcisè de alteratione propriissimè sumpta, quæ solam versatur inter contraria inferuentia generationi; sed de omni qualitate tertiae speciei, ad quam pertinent passiones, seu accidentia illa, quæ sunt apta infere passionem sensibus; sive istæ sint medie, seu non contrariæ, aut mutuò se destruentes; sive sint contrariæ, seu dispositivæ per se ad generationem. Ex qua definitione patet, alterationem esse distinctam à generatione substantiali; ut diximus disp. I. q. 1.

3 Alteratio dividitur in intensivam, & extensivam. Prima est acquisitio maioris qualitatis in eadem parte subiecti, & hæc appellatur intensio. Secunda est acquisitio qualitatis in alijs, & alijs partibus subiecti; quilibet autem istarum habet motum oppositum; intensioni enim opponitur remissio, & contingit per deperditio- nem alicuius perfectionis qualita- tis in eadem parte subiecti; exten- sioni vero diminutio qualitativa, & evenit, quando ab aliqua parte subiecti recedit qualitas, manente

qua-

qualitate in alijs partibus.

4 Si autem inquiras, an istae alterationes distinguantur essentialiter inter se? Resp. negative. Nam utraque habet terminum ad quem eiusdem rationis. Cum ergo mutationes distinguantur per terminos *ad quos*, & albedo sive remissa, sive intensa sit eiusdem speciei; sequitur, quod illi motus essentialiter non differunt; & idem pariformiter dicendum est de remissione, & diminutione inter se comparatis. At loquendo de alterationibus acquisitis relatè ad deperditivas distinguuntur specificè in ratione praecisa motus, seu mutationis; quia habent terminos *ad quos* oppositos, scilicet, carentiam, vel negationem qualitatis simpliciter, vel saltim majoris.

5 Sed adverte, quod remissio, & diminutio qualitativa non possunt in rigore appellari alterationes, præcipue si alteratio sumatur pro dispositione ad generationem; quia in hoc sensu alteratio est introductio qualitatis destruetis gradus, quibus subiectu corrumpendu consevabatur. Hoc autem requirit quid positivum tamquam terminum *ad quem*. Unde cum aqua calefacta restituisse ad pristinam frigiditatem expellendo gradus caloris, non dicitur alterari per deperditionem caloris, sed potius ad constitutalem statum redire.

6 Prosecura parte questio-
nis supponimus motum posse dis-

continuari, vel ex impotencia agentis, vt cum homo fatigatus cessat ab ambulatione; vel ex non applicatione agentis post productionem alterius gradus; vel per subtractionem concursus. Unde quæstio est: An, scilicet, dominus agens est sufficienter applicatum passo, & cum virtute ad alterandum illud, talis alteratio fiat continua, & in tempore? An vero in diversis instantibus interpolatis per morulas, & quietem medium; ita vt tota alteratio sit aggregatum mutationum instantiarum discretè sibi succedentium, tam quoad intensionem, quam quoad extentionem?

7 Dicimus ergo: Alterationem, tam quoad intensionem, quam quoad extensionem naturaliter semper successivè, & continua fieri. Diximus *naturaliter*, quia divinitus aliter contigere potest. Hæc est ferè communis, eamque tenet Solut. Doct. in 2. dist. 2. q. 9. §. *Ad aliquid*, per totum contra plures esserentes, alterationem tam intensivam, quam extensivam fieri in instantibus, seu interruptè; ita vt in tempore disponatur minima pars subiecti, & in instanti terminativo illius temporis simul absque successione introducatur minimum caloris, & sic deinceps; ac proinde totus ille motus intensionis solum coalescit ex pluribus mutationibus individuabilibus, & discretis per tempus.

Et contra alios nobiscum tenentes, alterationem quoad intensionem fieri successivè, & continuè; negantes verò extensionem esse continuam. Quod dupliciter potest intelligi; vel ita ut agens in tempore disponat omnes partes sphærę, & in eodem instanti agat in qualibet parte illius intendendo qualitatem; vel ita ut agat in partes sphærę interpolatè per morulas, sed priùs in parte propinquiori intendendo illam, ut dum continuat talem intentionem, agat in partem immediatam; & sic in alijs.

8. Prob. conclusio ex Arist. quint. Physic. tex. 18. Ubi dividit motum continuum in alterationem, augmentationem, &lationem: ergo ex eius mente alteratio est motus continua, non discretus. Prob. 2. ratione de sumpta ex eodem ibi cap. 4. tex. 29. Motus alterationis tam quoad intensionem quam quoad exten sionem est unus motus (non unitate indivisibilitatis, quia sic sola indivisibilia sunt unum; sed varia te continuitatis) sed si non est motus continua, non potest esse unus: ergo alteratio est motus continua. Probat min. Tum: Ex Phylos. cit. tex. 41. vbi ait: *Multū igitur, & non unus hi motus sunt; inter quos media quies cadit.* Sed, secundum adversarios, aliqua quies intervenit in alterationes tam vel agens cessat alterare per

tempus, & solum alterat in instan ti; vel sicut aliquæ morulae interceptæ in ipsa alteratione interveniunt: ergo. Tum: Quia motus alterationis ex pluribus partibus constans nequit esse unus, si partes illæ aliquam unionem, vel nexus non habeant: sed partes motus interruptæ, vel per quietem in tempore, vel per morulas interceptas nullam habent unionem, aut nexus: ergo non pos sunt illæ partes unum motum simpliciter constitutæ.

Confirm. Si inter hanc, & illam partem motus alterationis non adest aliqua ratio, vel nexus, non magis inter se unum motum efficient, quam si una pars nunc, & alia post mille annos existeret; si enim semel, etiam per brevissimum tempus, aut morulam discontinuantur, non magis unum dici possunt, quam si interrumperentur per plures annos: ergo implicat interruptio etiam brevissima cum unitate alterationis.

9. Prob. 3. ratione fundamen tali: Agens naturale dibilitè applicatum passo capaci, & non impeditum necessariò agit in illud: sed ignis, v.g. potest esse approximatus ligno, non solum in instanti, sed etiam in tempore sequenti: ergo necessario agit in illud actione temporanea, successiva, & continua. Mai. est axioma sàpè prolatum ab Arist. & admissum ab omnibus. Min. est evidens: Quia

Opponimus, tale agens esse approximatum; alias quæstio locum non habet. Unde conseq. est legitimus. Confirm. Quia ideo ignis potest in passo minimum calorem, iuxta contrarios, producere, quia in illo instanti est approximatus passo: sed etiam est approximatus per illud tempus continuum passo cum debitiss conditionibus: ergo debet continuo illo tempore, & sine intermissione prædictum passum alterare.

10. Nec dicant contrarij, ignem toto illo tempore sequenti ad instantis, in quo minimum calorem produxit, verè agere, & continue; non tamen producendo calorem, sed disponendo passum per raritatem ad hoc, ut in instanti sequenti producat alium minimum calorem in passo; & sic deinceps. Nam contra est 1. quia ignis nullo alio modo rarefacit passum, nisi introducendo calorem in illud: ergo potius calor esset dispositio ad raritatem, quam è contra. Antec. patet: Ideò enim adeps, aut oleum, induratum rarefit, quia calefit; non è contra: ergo. Secund. Quia multa calefiunt, quæ non rarescunt, vt adamas; & alia potius calore indurescunt, vt lutum, & ova: ergo falsum est, quod raritas sit prævia dispositio ad calorem introducendum.

11. Per quod manet ex parte impugnata secunda sententia concedens continuitatem in alteratio-

ne quoad intensionem, & negans quoad extensionem. Sed viterius sic refellitur 1. per vos, agens in instanti agit in qualibet parte sphæræ: ergo non solum producit in illo instanti intensionem qualitatis, sed etiam aliquam extensionem; & consequenter vel extensio est instantanea, sicut intension; vel vtraque est successiva, & continua. Prob. antec. Nam extensio fit cum aliqua intensione, cum fiat per receptionem tantæ, vel tantæ qualitatis alterativæ: ergo si in primo instanti quælibet pars sphæræ est applicata, vt agens in illam agat, necessariò intendet aliquiliter qualitatem. Secundo. Quando passum est affectum contrarijs qualitatibus, quæ agenti resistunt, non sufficit applicatio, & virtus, vt agat in instanti: ergo licet applicatum non potest in instanti agere in totam sphærā; ac proinde adhuc quoad extensionem debet actio esse successiva, & continua, sicut quoad intensionem.

Omittimus morulas ab Arriaga confictas, contra quas satis agimus disp. de continuo, & præsentia exemplo de rota ab Angelo citissime impulsa; in quo cum motus sit velocior in partibus exterioribus, quam in interioribus, necessariò partes invicem disrupti deberent; nam dum quiescerent interiores partes, moverentur exteriores; quod sine disruptione contingere nequit.

12 Arg. 1. ex Phylos. 8. Phys. text. 23. vbi ait: *Dicere, alterationem fieri continuè, est adversari valde manifestis:* ergo manifestum est, alterationem non esse motum continuum. Resp. facile ex dictis, Arist. solum negare, motum alterationis esse continuum, sumpto continuo pro eo, quod nunquam cessat sicut motus cœli; non vero negat, alterationem, quando sit, continuò exerceri.

13 Arg. 2. Quando ignis incipit alterare aquam, v. g. vel in primo instanti producit solum aliquod indivisibile initiativum caloris, vel simul producit aliquam qualitatem, seu calorem? Si hoc secundum dicas; iam daretur alteratio qualitatis in instanti, quod est contra conclusionem; nam cum indivisibile nequeat produci in tempore, sed solum in instanti; si simul cum indivisibilia producitur aliquid caloris, sequitur, qualitatem alterativam in instanti produci. Si primum dicatur: ergo aliquod indivisibile in illo instanti solitariè existit sine partibus, quod implicat; nam cum indivisibilia sint modi partium, in nullo instanti possunt esse sine illis; quia modus nequit existere sine re, cuius est modus.

Resp. agens in primo instanti solum producere aliquod indivisibile, non autem partem. Neque est inconveniens, pro aliquo instanti dari indivisibile sine parti-

bus; negamus enim, talia indivisibilia esse modos; ideoque quamvis se ipsis vniuantur cum partibus, possunt esse sine illis. Imò implicat, quod in primo instanti detur aliqua pars; quia haec nequit acquiri, nisi in tempore, ut saepius diximus.

Solvitur difficile argumentum.

14 Arg. 3. (Et est argumentum difficile, non quia efficax, sed quia obscurum.) Quodlibet continuum, ut tale debet habere indivisibilia continuativa correspondentia instantibus continuatis temporis: sed partes intensivæ qualitatibus non habent indivisibilia continuativa correspondentia instantibus temporis: ergo intensio nequit fieri continuè. Prob. min. Tria tantum indivisibilia sunt in qualitate, nempè, indivisibilia extensionis tantum, indivisibilia intensio, & extensionis simul, & indivisibilia intensio, extensionis tantum: sed nullum ex his potest esse continuatum partium intensio, qualitatibus: ergo.

Prob. min. *Quocad primam partem: indivisibilia extensionis pertinent ad extensionem, quia vniunt partes ut extensas; non vero ad intensio, quia non vniunt partes ut intensas: ergo per talia indivisibilia nequit continuari intensio.* Confirm. Indivisibilia extensionis sunt divisibilia intensivæ ergo

ergo nequeunt acquiri in instanti; sed continuativa intensionis debent in instanti acquiri, ut ipsa intensionis acquiratur in tempore, & continuè: ergo indivisibilia extensionis nequeunt continuare extensionem.

Quoad secundam verò partem, quod omnino indivisibilia nequeant esse continuativa intensionis, prob. indivisibilia omnino solum copulant partes aliorum indivisibilium secundum quid; proinde que recipiuntur cum illis in indivisilibus subiecti; sed partes intensionis recipiuntur in partibus divisibilibus subiecti: ergo indivisibilia, & partes sunt in subiectis realiter distinctis; & consequenter talia indivisibilia omnino nequeunt partes intensionis continuare. Paret conseq. Quia continuativa, & partes continuatae qualitatis debent esse in eodem subiecto. Confirm. Hæc indivisibilia emnino non possunt terminare partes intensivas qualitatis: ergo neque continuare. Prob. antec. Talia indivisibilia non sunt in partibus subiecti, sicut sunt partes intensivæ qualitatis, sed sunt in indivisibilibus subiecti; ponamus ergo, quod motus intensionis cef-saret post illud instans, in quo acquisitum est unum indivisibile omnino; certè tunc subiectum non diceretur intensum ut tria, quatuor, &c. Ergo non possunt terminare intensicnem. Prob. seq.

Hoc, quod est esse ut tria solum reperiretur in indivisibilibus subiecti; in illis enim subiectantur indivisibilia omnino, non verò in partibus subiecti, quia ibi non subiectantur: ergo non subiectum, sed indivisibilia subiecti dicerentur intensa ut tria, quatuor, &c. Ex quo sequitur, quod qualitas remaneret naturaliter sine indivisibilibus terminantibus; quod est impossibile; quia nequit dari qualitas, quæ non sit tanta, vel tanta.

Quoad tertiam denique partem de indivisibilibus intensionis, prob. indivisibilia intensionis tantum nequeunt in instanti acquiri: ergo nequeunt continuare intensionem. Prob. antec. Hæc indivisibilia intensionis sunt divisibilia extensivè: sed extensio nequit fieri in instanti; alias daretur alteratio extensiva instantanea: ergo non acquiruntur in instanti; & consequenter nequeunt esse continuativa quia continuativa debent acquiri in instanti. Confirm. In quolibet instanti non producitur pars aliqua extensiva, sed solum unum indivisibile extensum; sed indivisibile intensionis est extensum: ergo nequit in instanti acquiri. Tota difficultas huius argumēti consistit in explicando, quot indivisibilia dētūr in qualitate? Quomodo inter se comparentur? & quomodo agens procedat intendendo qualitatem? Pro quo.

15. Notandum est 1. quamlibet

libet partem qualitatis esse simul extensam, & intensam; quia sicut habet infinitas partes proportionales quoad extensionem, sic etiam illas habet quoad intensionem; atque ita quelibet pars intenditur cum extensione, & extenditur cum intensione; simulque ponuntur intensio, & extensio, non ita ut ratio formalis intensionis sit ratio formalis extensionis, aut est contra; nam intensio sit per additionem gradus ad gradum, seu quasi partis supra partem in eadem parte subiecti; extensio vero ponit quamlibet partem in distincta parte subiecti. Sed quia in qualitatibus nequidari minimum neque quoad intensionem, neque quoad extensionem, ut diximus lib. 6. Physic. q. 2. conclus. 7. Ideo nulla intensio potest carere extensione, & nulla extensio potest carere intensione, sed utrumque simul adesse debet.

16. Notandum 2. Extensionem partium habere sua indivisibilia continuativa, quibus copulantur; & haec indivisibilita carent extensione, & subiectantur in indivisibilibus continuativis superficie corporis, non tamen carent intensione; quia cum qualitas intenditur, intensio non solum est in partibus extensis, sed etiam in indivisibili continuativo extensionis partium; ideoque tale indivisibile erit divisibile intensivè, & constabit ex partibus intensivis,

carentibus tamen extensione; & tales partes debent habere propria indivisibilja, quibus contnuentur inter se; quæ certè erunt indivisibilia omnino, seu tam intensionis, quam extensionis; intensionis quidem, quia continuitatum intensionis necessariè caret intensione, quam continuatio extensionis etiam, quia sunt continuativa intensivis rei in extensæ, seu indivisibilis vniuersitatis partes extensis.

Similiter intensio, quæ reperfertur in partibus qualitatis, habet propria indivisibilia, quibus ipsæ partes intensionis copulantur, & terminantur; ratione quorum dicatur qualitas intensa, ut duo, tria, & sic deinceps, dividendo semper quemlibet gradum secundum partes proportionales usque in infinitum, ut dicebamus de partibus continuis. Hæc autem indivisibilia sunt indivisibilis quoad intensionem, quia sunt continuativa partium inter se varum, & continuativum intensionis intensione caret; non vero quoad extensio nem, quia sunt continuativa intensionis rei extensi, seu partis; & non possunt intensionem rei extensi copulare, si ipsa inextensa essent. Quia propter eorum extensio debet alijs indivisibilibus continuari, que etiam erunt indivisibilis omnino; quæ ad extensionem quidem, quia continuatum extensionis extensione ca-

Yet; intensiōnis etiam, quia sunt continuativa extensiōnis rei non intensē.

17 Unde colliges, in qualitate dari indivisibilia triplicis generis; alia sunt indivisibilia extensiōnis tantum, quae continuant partium extensiōnem; & hae sunt divisibilia quoad intensiōnem, seu in partes inextensiōnis inextensis. Alia sunt indivisibilia solum quoad intensiōnem, quia continuant intensiōnem partium extensarum; & hae sunt divisibilia, non quidem in partes intensas, sed in partes extensis sine intensiōne. Alia denique sunt indivisibilia omnino, seu extensiōnis, & intensiōnis simul, quia continuant partes; vel intensivas rei inextensis, nemp̄, indivisibilis continuativi partium; vel extensivas rei non intensas, scilicet, indivisibilis continuativi intensiōnis partium; id est que duo priora sunt indivisibilia secundum quid, hęc verò ultima sunt indivisibilia simpliciter, & omnino.

18 Nota 3. Quod sicut in augmentatione, & in motu locali, qui sunt motus extensi, & corporis, acquisitū in tempore profunditas; linea autem, & superficies acquirentur, non in tempore, sed in instanti; quia licet iste sint divisibles, non tamen relatiō ad tam motum; quia hic est motus secundum profunditatem, respectu

cuius linea, & superficies se habent per modum indivisibilium; quia secundum profunditatem, secundum quam sunt illi motus, indivisibles sunt. Sic pariter discurrendum est in intensiōne, & extensiōne qualitatis; nam isti motus producunt qualitatem corporalem, habentemque profunditatem; proindeque indivisibilia tam extensiōnis, quam intensiōnis acquiruntur in instanti; nam licet sint aliqualiter divisibilia, non tamen acquiruntur ut talia, sed ut indivisibilia. Ratio est: Quia indivisibile secundum extensiōnem non potest esse profundum; quia profundum supponit extensiōnem, quam tale indivisibile non habet. Neque indivisibilia intensiōnis sunt profunda, quia talia indivisibilia correspondent superficiebus subiecti; ideoque carent profunditate, sicut illae. Unde respectu profunditatis, secundum quare sit motus, se habent ut indivisibilia; & ideo acquiruntur in instanti, & in eodem instanti simul acquiruntur alia indivisibilia simpliciter, & omnino; quae respectuē copulant partes indivisibiliā secundū quid

19 Et si queras, quomodo aliiquid divisibile potest in instanti acquiri? Resp. non acquiri ut divisibile, sed ut indivisibile; id est, ut continuativum profunditatis, secundum quam est motus. Et si iterum petas, quare motus alte-

rationis sit secundum profunditatem? Resp. non posse aliter fieri; quia si sola acquireretur latitudo in tempore, seu indivisibile intentionis, aut solum vnitivum extensio[n]is, numquam produceretur aliqua pars corporea; quia indivisibile non facit divisibile; & cum utramque sit indivisibile secundum profunditatem, numquam haberetur aliqua pars qualitatis, quæ est corporea, & consequenter profunda. Sicut in motu locali, si fieret tantum secundum superficies, numquam corpus moveretur; quia infinitæ superficies non possunt aliquod profundum constituere; quod ad motum localē ut pote corporeum, & divisibilem requiritur. His notatis.

20 Resp. ad argum. conc. mai. neg. min. Ad prob. conc. mai. neg. min. Ad prob. primæ partis, concedimus, indivisibilia extensionis non pertinere ad intentionem, neque esse formaliter continuativa illius. Sed ad confirm. Negamus, talia indivisibilia non acquiri in instanti; nam, ut diximus, eorum divisibilitas ad rem nihil facit; quia non acquiruntur ut divisibilia, sed ut indivisibilia respectu alterationis, qui est motus secundum profunditatem.

Ad prob. secundæ partis conc. totum, & nihil inde contra nos. Ad prob. tertiae partis neg. antec. Ad huius prob. conc. mai. dist. min. Extensio lata neg. min. ex-

tensio profunda, conc. min. & neg. conseq. Nam continuativa intensionis, licet sint divisibilia extensivæ, non tamē secundum omnem dimensionem; ideoque in instanti acquiruntur. Unde subiectum talis indivisibilis est superficies corporis, quæ est divisibilis secundum latitudinem, non secundum profunditatem; ac proinde non implicat, illud indivisibile cum sua extensione in instanti acquiri; quia alteratio est motus secundum profunditatem, respectu cuius est indivisibile. Ad confirm. dist. mai. Pars aliqua extensiva lata, neg. mai. extensiva profunda, conc. mai. Et dist. min. in eodem sensu, neg. conseq. Quia ex saepius dictis motus alterationis fit secundum profunditatem, respectu cuius quodlibet extensum non profundum est indivisibile.

Quesit. II. Quomodo fiat qualitas intentionis?

Constat Fide, & experientia, qualitatem intendi, & augeri. Fide quidem: Nam lucæ 17. dicitur: *Ad amorem nobis fidem.* Et ad Philip. 14. *Oro, ut charitas vestra magis, ac magis abundet.* Unde Ecclesia canit. *Dam nobis fidei, spei, & charitatis augmentum.* Idemque definit Trident. sess. 6. cap. 9. loquens de qualitatibus spiritualibus. Experientia pariter: Videmus enim

enim manum ignis applicatum calificat; & si non amoveatur, maiorem, & maiorem calorem sentire.

2 Difficultas est, quomodo qualitas intendatur? Pro cuius intelligentia supponimus ex dictis quæst. præced. qualitatem posse augeri dupliciter: intensivè, & extensivè. Augmentum extensivum non est proprium qualitatis; convenit enim alijs entitatibus materialibus, quantitas enim extensione sit maior, & vivens per alimento extenditur; immo nec omni qualitati tale augmentum convenit, spirituales enim qualitates extendi non possunt. Intensivum vero augmentum ita qualitatis proprium est, ut nulli alteri entitati conveniat. Hoc suppositio. Dubium est, quomodo contingat, quod subiectum in eadem parte reddatur magis, vel minus calidum, v. g. Circa quod plures sunt sententiae, quas ante nostram examinare, & refellere oportet; ex earum enim impugnatione nostra potiore probacionem desumit.

tenet, qualitatem intendi permotorem expulsionem, & ablacionem contrarij sine productione novæ entitatis, & sine illa variactione qualitatis, quæ dicitur intendi remitti vero non per destructionem qualitatis, sed per maiorem mixtionem contrarij; v. g. calorem intendi nihil aliud esse, quam habere minorem mixtionem frigoris; remitti vero est habere maiorem mixtionem eiusdem.

4 Sed contra 1. Quia plures qualitates intenduntur, quæ nullum habent contrarium, vt lumen, visio, impulsus, &c. ergo intensio qualitatis nequit consistere in expulsione contrarij, seu maiori depuratione ab illo. Secund. Dantur aliquæ qualitates, quæ licet habeant contrarium, nullo modo, adhuc in gradu remitto, possunt cum illo compati in eodem subiecto, vt assensus, & dissensus, voluntio, & nolitio; sed istæ sunt intangibles: ergo

Confirm. 1. Quia alias nullus, possit habere voluntatem, nisi intensissimam; si enim eminenda intensio qualitatis consistit in eminenda depuratione à contrario, sequitur, quamlibet voluntatem esse intensissimam, cum sit omnino à nolitione depurata; ac preinde quilibet actus amoris Dei esset summe intensus, & omnes essent aequalis; quod absurdum est. Confirm. 2. iv Gratia sanctificans, quantumvis remissa, expellit eam animam.

§. i. L. 1. &
diffubioq; ibi sententia
Triplex Antiquorum sententia
refertur, & impugnatatur.
diffubioq; in isto
natur.

3 **P**rima sententia, quæ Platonis tribuitur,

anima peccatum mortale, ita ut nihil illius in subiecto remaneat; sed verè crescit, & intenditur per actus meritorios, vt Fide constat: ergo non intenditur per maiorem expulsione peccati.

Tertio: Iuxta Adversarios, quo magis intenditur calor, v. g. magis expellitur frigus: ergo diversa pars frigoris expellitur à calore intenso ab illa, quæ fuit expulsa à calore remisso: ergo frigus habet partes, quarum expulsione remittitur: ergo illarum productione, aut conservatione intenditur: ergo intensio frigoris sit per additionem partium. Idem dicendum de alijs qualitatibus.

5 Arg. ex Arist. 3. Topic. cap. 4. dicente: *Quæ contrarij sunt impermixtiora sunt magistria; ut albus quidem nigro impermixtus.* Et 5. Physic. 19. ait. *Magis, aut minus est ex eo, quia aut minus contrarij inest.* Resp. tales propositiones facere sensum concomitantem, quia ad intensiōnem unius contrarij semper comitatur depuratio ab altero contrario (intellige in qualitatibus habentibus contrarium, cui sunt compositiles in gradu remisso) non verò sensum formalem, ita ut intensio caloris formaliter constat in negatione permixtionis cum frigore.

6 Propter hoc alijs (& est secunda sententia) videntes, non omnes qualitates habere contra-

rium positivum, per cuius depurationem intendantur: tamen, formam intendi nihil aliud esse, quam formam magis, ac magis recedere à contrarij privativo, seu potius à privatione contradictoriæ opposita; ita ut albedinem, aut gratiam intendi ut quatuor, v. g. nihil aliud sit, quam magis distare à privatione albedinis, & gracie, quam gratia, & albedo ut duo ^{eundem} Sed contrà: Nam forma eadem omnino maneat, nequit modò magis, modo minus à privatione recedere: ergo novus à privatione recessus oritur ex aliqua novitate in ipsa forma recente: ergo ponitur aliquid de novo in forma, per quod intendatur, & à privatione recedat. Confirm. Recessus ab uno termino opposito nequit intelligi sine accessu ad alium: sed per vos forma, dum intenditur, recedit à privatione: ergo accedit ad terminum oppositum scilicet, ad entitatem aliquam positivam, quæ est terminus ad quem illius motus, & consequenter dum recedit à privatione, acquirit aliquid qualitatis.

8 Tertia sententia fatetur, qualitatem intendi per productionem maioris entitatis; ceterum addit, in intentione produci novam qualitatem perfectiorem; & destrui qualitatem priorem, & minus perfectam, quæ antea erat in subiecto; remissionem verò sic-

si per productionem imperfectio-
ris qualitatis ; & destructionem
perfectioris. Hæc sententia tri-
buitur Gotfr. Durand. & alijs An-
tiquis.

9 Sed impugnatur i. Inten-
sio ex vi nominis significat, quali-
tatem augeri, & perfici in eadem
parte subiecti : sed calor, v.g. non
augetur, nec perficeretur, si adve-
niente calore perfectiori, destrui-
tur imperfectior : ergo intensio
non sit per adventum perfectioris
qualitatis, & destructionem im-
perfectioris. Prob. min. Si in in-
tensione calor præcedens destrui-
tur, non potest perfici, quia de-
structio ad perfectionem non ten-
dit; sed potius dicetur commuta-
ti, & converti in maiorem perfe-
ctionem : sed ex commutatione
non habetur perfectio rei destru-
ctæ; alias forma ignis perficeretur,
cum destruitur, & advenit forma
hominis, v.g. ergo.

Secundo: Cum intenditur ca-
lor ab igne , v. g. in ligno, non
potest assignari, à quo præcedens
calor destruitur: ergo non destrui-
tur. Prob. antc. In primis non
destruitur à calore superveniente,
quia non est illi contrarius; neque
ab igne, hic enim potius conser-
vat, quam destruit calorem; nec
denique à subiecto; lignum enim
manet, neque est calori contra-
rium, & potest recipere calorem
intensiorum: ergo à nullo.

Tertio: In augmentatione per

adveniū novæ quantitatis non
destruitur, sed manet quantitas
præcedens; alias non augmenta-
tio, sed nova generatio quantita-
tis dici deberet : ergo neque in
intensione præcedens qualitas de-
struitur; alias in rigore non inten-
sio, aut perfectio eiusdem qualita-
tis, sed generatio novæ dici
deberet.

Quarto: Quando intenditur
habitus, qui est qualitas, habitus
præsuppositus actui in illo ipso
instanti existit: ergo sit intensio
sine deperditione qualitatis præ-
cedentis. Prob. antec. Habitus
præcedens actum concurrit, ut
causa physica ad talem actum: er-
go debet existere pro illo instanti,
pro quo existit actus; cum nihil
possit physicè influere, quin exis-
tit in illo instanti, in quo est
influxus: sed in eodem instanti, in
quo est actus, sit intensio habitus
per actum: ergo quando sit inten-
sio, non deperditur habitus præ-
cedens; alias idem habitus simul
esset, quia causaret actum, & non
esset, quia adveniret novus ha-
bitus.

10 Arg. i. Intensio est mo-
tus à qualitate remissa ad inten-
sam: sed termini motus sunt
incompositiles, & terminus à quo
destruitur ex vi termini ad quem
de novo acquisiti: ergo qualitas
intenditur per destructionem im-
perfectioris, & adventum perfe-
ctoris. Consim. In motu locali

per acquisitionem vnius Ubi deperditur vbi precedens : Sed hoc ideo est , quia vnum est terminus à quo , & alterum est terminus ad quem: ergo similiter in intensione. Secund. Implicat idem subiectum esse remissile calidum , & intensè calidum : sed si in intensione non destruitur calor præcedens , v. g. idem subiectum erit remissile calidum ratione caloris imperfectioris , & intensè calidum ratione perfectioris : ergo.

11. Resp. conc. mai. dist. min. Termini concomitantes , neg. min. termini per se , subdist. termini per se motus, ut motus , conc. min. termini per se motus reduplicativè ut successivi , neg. min. & conseq. Intensio enim , vel potest considerari ut motus , qua ratione cius terminus à quo est privatio præcedens , qualitas , autem imperfecta est terminus concomitans ; vel potest intelligi ut motus successivus reduplicativè , & sic termini per se sunt positivi. Cum ergo dicitur , terminos motus esse incompositiles ; id verum est de terminis per se motus ut motus , illi enim privativè opponuntur , ac proinde sunt incompositiles ; falsum tamen est de terminis concomitatis respectu motus , licet sint termini per se motus reduplicativè ut successivi ; isti enī sunt compostiles , ut patet in augmentatione.

Ad confirm. conc. mai. dist.

min. Ideo præcisè , neg. min. ideo , & quia alijs termini sunt contrarij , vel quasi contrarij , conc. min. & neg. conseq. Quando enim motus est inter contraria , vel quasi talia , nequit naturaliter fieri mutatione acquisitiva sine deperdiuva , quia termini sunt incompositibiles & sic se habent duo Ubi , quæ naturaliter nequeunt esse simul in eodem. Due verò qualitates eiusdem speciei non sunt contrariae , sed compostibles in eodem ; ideoque non debet vna deferri ad adventum alterius ; immo cum qualitas sit susceptiva magis , & minus , necessario debet vna alteri coexistere , cum aliter id fieri non possit.

Ad 2. conc. mai. neg. min. Nam calor remissus duo dicitur scilicet , entitatem caloris , & carentiam ulterioris gradus. Quando ergo novus gradus advenit , permanet quidem calor , sed non permanet remissio , quæ formaliter est carentia ; proindeque post adventum novi gradus non datur remissio , quia tollitur carentia , quam remissio importat.

S. II.

Sententia Thomistarum refellitur.

12. **S** Ententia communis Thomistarum est , intensionem qualitatis non fieri per acquisitionem novæ partis formæ , seu novæ entitatis ipsius ; sed eamdem

dem qualitatem indivisibilem secundum entitatem tunc magis, ac magis intendi, cum magis, ac magis radicatur in subiecto. Advertunt tamen Iean. à San. Tho. & Lerma hic, D. Thomam non negare gradus in qualitate intensibili; alias non haberet locum illa celebris controversia, an duæ qualitates contrariæ in gradibus intensis, vel remissis possint compati in eodem subiecto? Neque etiam negare, qualitatem intendi penes ipsam entitatem essentię ipsius qualitatis, quia intensio consistit in eo, quod qualitas magis actuet, seu communicet suum effectum formalem subiecto: sed hoc est perfectio formæ accidentalis, & entitatis eius: ergo qualitas, per intensionem perficitur secundum entitatem essentiæ. Unde ipsi per graduationem, & intensionem intelligunt perfectionem formæ in subiecto; non ita ut varietur, aut crescat ipsa entitas qualitatis in se, sed ita ut perficiatur per maiorem radicationem in subiecto.

13 Hanc autem maiorem radicationem diversimodè explicant. Aliqui enim dicunt, maiorem radicationem consistere in perfectiori existentia eiusdem indivisibilis qualitatis; ita ut quando intenditur, perfectiorem existentiam acquirat; & quando remittitur, perfectiorem existentiam amittat, & acquirat imperfectiorem. Sed hæc explicatio etiam ab ipsis Thomistis rejecitur.

14 Irpugnatur ergo 1. Quia existentia non distinguitur ab essentia actuali, vt modo supponimus: ergo nequit variari existentia, manente essentia actuali rei. Secund. Quando ignis, v.g. intendit calorem in aqua, non adest causa, quæ destruat priorem existentiam caloris, vt arguebamus contra tertiam sententiam. §. preced. ergo. Tert. Corrupta existentia corruptitur entitas essentiæ cuiuslibet rei; hec enim naturaliter nequit variare existentias, etiamsi existentia distinguatur realiter ab essentia: sed in intensione corruptitur existentia qualitatis, in hac sententia: ergo etiam corruptitur qualitas, vel si non corruptitur qualitas, nec etiam existentia in intensione corrupti potest. Quart. Existentia non est ratio agendi, sed soluna conditio ad agendum; alias humanitas Christi D. est infinita potentia, cum iuxta Thomistas existat existentia Divina, quæ infinita est; ratio enim agendi est essentia: ergo ubi est perfectior ratio agendi, datur perfectior essentia: sed forma intensior perfectius agit, quam remissa, vt patet: ergo intensio fit per additionem novæ partis essentiæ, & non tantum novæ existentiæ.

15 Alij hanc maiorem radicationem explicant per maiorem dispositionem subiecti; ita ut forma sit magis radicata, & intensa

in subiecto, quando illud est magis dispositum; esse vero remissam, & minus radicatam, cum subiectum minus dispositum est. Sed haec explicatio inutilis omnino est.

Tum 1. Quia si in cellula causa accendatur parva candela, tunc lumen non ita esset intensum, ac si fax accenderetur in ipsa: sed maior, vel minor intensio luminis in quoque casu non provenit a maiori, vel minori dispositione ex parte loci illuminati, quae enim dispositio assignari potest? ergo.

Tum secund. Quia sequitur, intensionem albedinis non esse motum eiusdem speciei cum ipius productione; productio enim terminaret ad albedinem, intensio vero ad dispositiones, quae sunt alterius rationis, & speciei: ergo.

Tum 3. Nam per istas dispositiones subiecti, vel intelligunt remotionem impedimentorum, & oppositarum qualitatem; & sic incident in sententiam Platonicon, rem iam in probatam; vel intelligunt dispositiones prævias necessario requisitas, vt calor, v. g. sit in subiecto; & sic sequitur, qualitatem in eadi secundum se; nam istæ dispositiones sicut qualitates quædam, ratione quarum subiectum magis, vel minus dispositum diceretur; & habemus intentum. Confirm. Istæ dispositiones, si se ipsis magis, vel minus disponant subiectum: ergo habent latitudinem gradum; si medijs alijs,

idem de illis dicendum; & consequenter, vel datur processus infinitum, vel qualitas suscipit magis, & minus in se; neque ad hoc tales dispositiones erunt utiles.

16 Tercio alij existimant, maiorem radicationem consistere in eo, quod forma magis, ac magis educatur de potentia subiecti. Sed haec explicatio peius omnibus est: Nam per hanc novam educationem, vel educitur qualitas prior, vel aliquid novum ipsis qualitatibus? Primum omnino implicat; quia cumeductio nihil aliud sit, quam productio formæ dependenter à subiecto; sicut implicat rem semel productam, dum existit, iterum reproduci; ita plene implicat, qualitatem semeleductam in sensu composito existentiæ iterum educi. Si secundum; habemus Intentum, nam qualitas ponitur divisibilis, ita vt una pars producatur per primam educationem, & aliquid illius per secundam, & sic ultra.

Confirm. Id, quod est entitative indivisibile, vel totum educitur de potentia subiecti, vel nihil? Sed per vos, qualitas est entitative indivisibilis: ergo non potest esse partim educuta, & partim non educuta; & consequenter si in albedine remissa potest aliquid de novo educi, sequitur ipsam esse divisibilem, & intendi per additionem qualitatis ad qualitatem, Urgetur: implicat actione produc-

productiva sine termino per ipsum productio: sed eductio est actio productiva; ergo nova eductio necessariò importat aliquid de novo productum: ergo formam magis educi est produci aliquid novum formę; quod nos asserimus.

17 Propter hoc RR. Thomistae (admittentes modum unionis inter materiam, & formam, distinctum realiter ab utriusque) docent maiorem radicationem qualitatis in subiecto formaliter consistere in modo realiter superaddito, vi cuius forma magis, ac magis aequaliter, informat, inheret, unitur, ac habijicit sibi subiectum. An autem Thomistae per istos terminos diversos modos significare velint; an verò eundem modum diversis vocibus explicatum? Parum interest; cum eisdem rationibus impugnari possint. Præterquam quod noviter Palanc. hic nam. 22. eos indiscernibilitatem usurpat; additque D. Thom. indistinctè omnibus his terminis ut ad explicandam intentionem qualitatis.

18 Sed vel unicus modus sit, vel plures, impugnatur sic 1. Si intentionis non est additio novae partis qualitatis, sed tantum additione novi modi perfectionis, vel ille modus est specie distinctus à praecedenti, vel solo numero? Primum dici non potest. Tum: Quia alias intentionis continuata non est eiusdem rationis, cum augmentum non fieret in entitate eiusdem rationis.

Tum: Quia alias calidum intensum esset specie distinctum à calido remisso; nam intensum constitueretur modo specie distincto à modo constitutive remissum. Si secundum dicatur; inquirimus ultra, vel adveniente modo perfectioni, destrueretur præcedens, vel non? Si primem: ergo compositum corrumperetur, ac disolveatur, de novoque fieret, & uniretur; quod est inconveniens. Si secundum: ergo in eadem parte subiecti essent plures modi solo numero distincti, quod valde abhorret Thomistę; & consequenter intentione nequit consistere in productione modi perfectionis, sed in productione novæ partis qualitatis.

19 Mirabilia hie respondet Palanc. Concedit enim, modum supervenientem, & perfectiorem non esse specie distinctum à præcedenti, sed folium numero inadæquatè distinctum, quando intentionis est continua; quia tunc modus ille maioris unionis est intrinsecè successivus, & continua; & sic per continuatatem successionis modus præcedens, & sequens constituunt unum modum numero adæquatè unum, licet sint partialiter distincti; sicut partes motus constituant unum numero motum cum distinctione tantum partiāli. Si verò intentionis sit discreta, modus unus maioris radicationis erit adæquatè numero distinctus à præcedenti. Deinde docet, adveniente moda

perfectiori, deficere, & excludi medium imperfectiore precedentē ne dentur plures modi solo numero distincti in eadem parte subiecti. Vnde consequenter tenet, modū perfectiorem, si consideretur ut permanens in eodem gradu, esse vnicum, & simplicem; si vero consideretur, ut successivē est perfectior, & perfectior, non esse vnicum, ac simplicem; sed plures partiales modos sibi continuō succedentes.

20 Sed quam falsa sunt ista, & parum Phylosophicē dicta! Nam licet motus sit successivus, & transiens, termini tamen motus transeuntes non sunt. Quando enim introducitur forma successivē in pluribus partibus subiecti, licet introducatur per motum successivum, ipsa tamen entitas per motum introducta, & habita non est successivā, & fluens, sed permanens; atqui modus ille per intensionem productus est terminus motus: ergo non est transiens, aut fluens, sed permanens.

21 Urgetur: Forma intensa in esse quieto, seu in facto, & permanenter manet intensa, vt est evidens: ergo modus ille maioris intensionis non est quid transiens, & fluens, sed permanens. De illo ergo ut in facto esse permanenti inquirimus, quare ratione illius reddatur qualitas magis intensa, quam ratione precedentium? Hoc certè non aliunde provenire po-

test, quam ex eo, quod hic modus habeat plus entitatis, seu aliquam majoritatem præ ceteris: sed hæc majoritas est additio alicuius entitatis: ergo modus ille ut perfectior necessariō est talis per additionem entitatis, seu partis; proindeque iam erunt in eadem parte subiecti plura accidentia solo numero distincta.

22 Secundo impugnatur prædicta sententia, & simul excluditur solutio Palanci: quia alteratio, & consequenter intensionē est motus continuus, & successivus: ergo per intensionem debet acquiri aliquid divisibile; indivisibile enim acquiritur in instanti: ergo ille modus maioris radicationis, qui manet in facto esse, non est indivisibilis, sed divisibilis; cum etiam ille per motum intensionis continuum, & successivum acquiratur: ergo habet latitudinem graduum; ac proinde nulla est ratio, cur hæc gradualis latitudo denegetur entitati formæ, si conceditur entitati modali.

23 Denique aliqui Thomistæ, qui tenent, formam vnitri materiæ absque modo vniōnis realiter distincto; docent, maiorem radicationem nihil importare realiter distinctum à qualitate ipsa, neque modale, neque absolutum; sed absque omni modo realiter superaddito qualitatem se ipsam magis, ac magis radicare; ad quod sufficere, inquiunt, vel novam actionem.

tionem ex parte agentis, aut novam expressionem solum virtualliter, aut ratione distinctam à qualitate præexistenti.

24 Sed hæc sententia eisdem rationibus impugnatur, quibus illa, que negat vniōnem realiter distinctam ab extremis; nam implicat nova, realis, & intrinseca denominatio absque aliqua entitate reali nova: sed major radicatio est nova denominatio intrinseca, nam subiectum realiter intrinsecè reditur de novo magis calidum, cum anteā esset minus calidum: ergo intensio per maiorem radicationem nequit haberi sine novitate alicuius entitatis realis: sed hæc entitas nova non se tenet præcisè ex parte modi, ut iam probavimus; ergo ex parte qualitatis.

S. III.

Statuitur vera sententia, & argumentum occurritur.

25 Dicimus ergo: Intensio nem qualitatis fieri per additionem novæ partis eiusdem qualitatis in eadem parte subiecti; remissionem vero per deperditionem partis eiusdem qualitatis. Ita Subt. Doct. in 1. dist. 17. quest. 5. alias 3. & Ad istam quest. num. 7. quem sequuntur Discipuli, & omnes Iesuitæ; sic et Palancus, qui forte nunquam Subt. Doct. vidit, hanc sententiam Iesuitis vincere attribuat; cum ipso, & præcipue Peynado ingenue Scoticum esse fateatur. Pro-

bat. 1. ex impugnatione aliarum sententiarum. Secund. prob. ex Arist. 4. Physic. text. 8. dicente: *Vt ex frigido calidum, & ex calido frigidum fit, quod potentia ambo erat; sic ex calido fit magis calidum.* Ex quo sic arguitur: subiectum frigidum fit calidum, per educationem caloris de potentia subiecti; sed eodem modo calidum fit magis calidum: ergo fit tale per educationem novæ partis caloris de potentia subiecti.

26 Prob. 3. Agens per eandem essentiam propriam, & univocè, quandiu agit, producit terminum eiusdem rationis: sed agens v.g. calor, tam in principio actionis producendo, quam in progressu intendendo, semper agit per eandem essentiam propriam, & univocè; ergo tam in principio, quam in progressu produceit terminum eiusdem rationis: atqui in principio producit calorem: ergo etiam in progressu, ac proinde in progressu actionis seu per producere aliquid caloris, seu partem, qua calor intenditur.

Conserm. Actione productiva animæ rationalis si ecce differt ab actione productiva suæ vniōnis; nam anima creaturæ, uno educitur; similièr actio productiva quantitatis est distincta ab actione extensiva eiusdem quosd locum; nam quantitas terminata augmentationem, extensio vero localis rarefactionem: sed hoc non alia

alia ratione, nisi quia anima differt ab unione tanquam à modo, & similiter quantitas ab extensiōne: ergo si in intensione non producitur qualitas nova, sed solum nouus modus, actio agentis in principio erit diversa speciei ab actio-ne in progressu intensionis; quia non minus differt qualitas à modo radicationis, quam anima à modo unionis, & quantitas ab extensiōne locali: sed hoc implicat agentiū univoco: ergo in progressu producit aliquid qualitatis sicut in principio.

27 Prob. 4. ex Concil. Trid. homo iustus per bona opera meretur augmentum gratiae, verēque, & realiter crescit in iustitia; sed hoc augmentum salvati nequit per hoc solum quod adveniat novus modus perficiens gratiam praecedentem: ergo intensione gratiae sit per additionem novæ qualitatis ad gratiam praecedentem. Probat. min. nam Concil. sess. 6. can. 7. definit, per sacramenta novæ legis dari gratiam semper, & omnibus; sed non datur gratia praecedens, neque datur solus modus gratiae; quia gratia non supponit pro modo habendi ipsam, sed pro qualitate formæ gratum facientis: ergo in sensu Conciliij augmentum gratiae non salvatur per solum novum modum, sed per novam partem gratiae; nam sicut modus caloris non est calor, ita nec modus gratiae est gratia.

28 Arg. 1. ex Phylos. 4. Physic. text. 84. dicente: *Ex calido fit magis calidum, nullo facto in materia calido, quod non prius erat calidum, quando minus erat calidum:* ergo in intensione, per quam subiectum transit à calido in magis calidum, nulla intervenit additio partium caloris. Resp. Phylosophum ibi agere contra asserentes, in qualibet alteratione adiungi novum subiectum priori per intrōmissionem athoniorum. Vnde sensus est: subiectum, quod prius erat calidum per intensionem, fieri magis calidum absque additione materiæ, aut subiecti; ideoque non dicit, nullo calore facto, sed nullo calido.

29 Arg. 2. Subiectum esse calidum, est subiectum habere calorem: ergo subiectum magis, ac magis habere calorem, est esse magis, ac magis calidum. Tunc sic sed per hoc præcisè, quod calor magis, ac magis radicent in subiecto, subiectum magis, ac magis habet calorem: ergo per solam radicationem absque additione novi caloris redditur subiectum magis, ac magis calidum. Confirm. Effectus formalis crescit, dum forma magis communicatur subiecto: sed dum forma magis radicatur, magis communicatur subiecto: ergo per maiorem radicationem formæ absque additione illius forma magis communicatur, & con sequenter intenditur.

Urgetur: quamvis forma sit indivisibilis, sufficit perfectior modus habendi ipsam, ut haec magis denominet subiectum; sed per maiorem radicationem forma perfectior modo habetur à subiecto: ergo sufficit maior radicatio, ut forma magis denominet subiectum; ergo etiam sufficit, ut ab eodem indivisibili calore denominetur magis, & magis calidum. Prob. mai. Licet forma sanctificans humanitatem Christi D. sit eadem quæ ipsum Deum sanctificat, tamen magis sancta est Divinitas, quam humanitas: sed hoc id est, quia talis forma perfectius habetur à Divinitate, id est, per identitatem, quam ab humanitate, quæ solum eam habet per communicationem: ergo sufficit perfectior, & intiuicior modus habendi formam, ut haec magis denominet subiectum.

30 Resp. conc. antec. dist. conseq. Si ly magis appellat suprà ipsum calorem, conc. conseq. si appellat tantum suprà habere, neg. sapposit. & quidquid inde subserviatur in eodem sensu. Nam subiectum magis, ac magis habere calorem, nequit intelligi, si calor non persicitur in se per additionem novi gradus; quia nequit dari nova habitio, & unio sitie extremo vniuersali. Unde forma, quæ semel habetur, invariata manens, nequit melius haberi; habitio enim est unio, media qua communicatur

effectus formalis; & quia forma est causa naturalis, & in subiecto capaci nequit nunc maiorem, nunc minorem effectum tribuere, si invariata in se manet. Per quod patet ad confirm.

Ad vrgentiam, neg. mai. Quia si forma est indivisibilis, semel vnta subiecto capaci, repugnat perfectior modus habendi ipsam; nam per vunionem exhibetur tota, & totaliter entitas illius subiecto. Ad prob. neg. supposit. mai. Nam humanitas Christi D. non sanctificatur per eandem formam, per quam Deus; quamvis candidè Palaucus oppositam appellat communem sententiam Theologorum; nam Franciscani Theologi sunt, & oppositum in materia de Incarnat. tenent.

Vel 2. resp. permitta illa opinione, neg. conseq. inde deducta. Disparitas est clara. Nam qualitates, & alia accidentia sunt formæ mere naturales, quæ ut tales nequeant non communicari totaliter, & quantum possunt; sicut catæ efficientes naturales debitè approximatæ, & non impedit agunt quantum possunt; at sanctitas Divina ad extra communicatur libere; proindeque potest magis, vel minus communicari. Vnde ob suam eminentiam est virtualiter, & equivalenter divisibilis. Formæ autem creature nequeunt id præstare, nisi per divisibilitatem formalem, seu partes graduales ipsarum.

31 Arg. 3. Essentia cuiuslibet rei constituit in indivisibili; ergo, & essentia qualitatis; & consequenter qualitas adhuc intensa, nequit componi ex pluribus partibus, in quas dividi possit. Instatur argumentum. Essentia cuiuslibet rei constituit in indivisibili: ergo quantitas (idem dic de qualitate) nequit constitui extensa per additionem partis ad partem; quod est falsum.

Resp. ergo directe, essentiam metaphysicam consistere in indivisibili, scilicet, in tali collectione predicatorum; quorum aliquo deficiente, aut ablato deficit essentia. At cum hoc stat, essentiam physicam alicuius rei esse divisibilem, & compendi ex partibus inter se distinctis; vel essentia libus, quo modo essentia hominis, v.g. componitur ex corpore, & anima; vel integralibus, vi quantitas, & qualitates omnes; quae si materiales sunt, habent plures, partes extensio[n]is, & intensio[n]is; si vero sunt spirituales, habent partes intensio[n]is tantum.

32 Arg. denique. Vel partes, seu gradus qualitatis intensae essent homogenei seu ciusdem rationis, vele heterogenei seu diverse rationis. non enim dici potest; non primum, quia duo accidentia solo numero distincta nequeunt naturaliter esse in eodem subiecto; non secundum, quia res diverse speciei nequeunt constitueret unum per se,

quale est intensio; ergo. Heius argumenti solutio pender ex dubiis sequentis decisione.

DUBIUM INCIDENS.

An partes intensive qualitatis sint homogeneae, vel heterogeneae?

UT ambiguitas in hac materia tollatur, & sensus genuinus questionis apparcat, quem aliqui non bene percipiunt.

1. Supponimus, non inquire, an gradus intensio[n]is in qualitate specie differant, ita ut prius producatur calor, v.g. & postea addatur quedam qualitas alterius naturae? Nam sic intensio non esset eiusdem rationis specificae cum acquisitione qualitatis; nec dici posset maior calor, cum gradus superveniens non esset de linea caloris. Supponimus deinde, questionem non esse, an gradus intensio[n]is sint dissimiles dissimilitudine, seu differentia individualis. Id enim certum est, cum realiter ad invicem se pertinetur. Sed sensus est; an illi gradus ultra hoc, quod est, unum non esse alium, superaddant aliquam inaequalitatem in perfectione individuali, ita ut sint naturaliter subordinati; & secundus necessario presupponat, & excedat in perfectione primum; & similiiter tertius secundum, quartus tertium, & sic deinceps? An vero sint aequales in perfectione, ita ut non magis differat primus

ab octavo, quam ab altero primo.

2 Sentiunt aliqui, vnum gradum esse perfectionem alio, ipsumque necessarie in subiecto presupponere, ita ut in intentione unus determinatus sit primus, alter secundus, &c. nec possit hic ordo inverti; & in remissione prius corruptatur octavus, deinde septimus, & tandem primus taliter, quod si duo primi gradus in duplice subiecto existentes ponerentur in eodem, non resultaret ex eis qualitas intensior. Ita Peñado, & aliqui Iesuitæ sequuti Suarium; quibus ex nostris adhærent Bric. controv. 11. art. 5. num. 56. & 64. Delg. de Incarnat. cap. 7.n. 18. diffic. 2.

3 Alij ex opposito sentiunt, gradus qualitatis esse homogeneos, eiusdem rationis, æqualisque perfectionis, nullatenus subordinatos, ita ut quilibet possit esse primus in intentione, & remissione. Ita Subt. Doct. sepè, sed clarius in 4. dist. 12. quest. 3. §.

Ad secundum. V. *Ad secundum,* num. 24. & adhuc clarius in Report. 1. dist. 17. quest. 6. quem sequuntur communiter Discipuli, Mast. Ponc. Merin. Castill. de Incarn. disp. 11. quest. 4. & plures Iesuitæ. Et hæc sit.

4 Nostra conclusio. Quæ prob. 1. nulla est necessitas ponendi maiorem perfectionem in uno gradu, ac in alio: ergo non debet ponni. Prob. antec. Si aliqua

esset necessitas, maximè ut qualitas intenderetur: sed ad hoc non est necesse, quod primus gradus excedatur à secundo, &c. ergo. Prob. min. ad augmentum extensivum quantitatis non requiritur, quod una pars sit perfectior alia, sed quod vniuersit aliquibus terminis indivisibilis; & per hoc quantitas precedens erit magis extensa, quantuncumque sint æquales in perfectione eius partes: ergo etiam ut qualitas sit magis intensa, non requiritur, quod secundus gradus, v.g. sit perfectior primo, sed quod illi vniuersit in eadē parte subiecti medio aliquo indivisibili vnitivo.

Confirm. Nam si grave productivū impulsus, ut vnu addatar alicui trutinæ in qua sit impulsus, vt tria ab alio graviori causatus; & pariter si vnu potens producere calorem ut vnu applicetur subiecto calido ut quatuor, tñ impulsas, quam calor intendetur: sed hoc repugnat, si quartus gradus caloris, aut gravitatis esset alterius rationis; nam nunc non posset produci à gravi, & calido ut vnu, quia excederet eius virtutem; erg.

5 Prob. 2. conclusio ratione Subt. Doct. in 1. dist. 17. quest. 4. quæ est secunda ratio, quam in additione confici contra Gotfred. circa augmentum charitatis, & gratię potestque ad hanc formam reduci. Si quis habens quatuor gradus gratię ex hoc, quod deli-

cuius actum intensum, ut quatuor postea elicet actum ut unum, tunc acquireret novum gradum, scilicet, ut quintum: ergo si gradus quintus esset perfectior omnibus precedentibus, plus merebitur per actum ut unum, quam per actum, ut quatuor: sed hoc est falsum, quia gratia confertur iuxta meritum actus boni, & dispositionem merentis; magis tamen meritorius est actus ut quatuor, quam actus ut unum: ergo gradus quintus gratiae non est inaequalis, & perfectior, sed eiusdem rationis, & perfectionis cum ceteris.

6. Vel aliter ad oppositum efformatur ratio: Ex contraria sententia sequeretur, quod homo per actus remissos non mereretur: v.g. iustus habens gratiam intensam ut quatuor, si eliciat actum meritorium, sed remissum, non posset mereri augmentum gratiae, quia gratia, quam habebat, non perficitur, nisi per gratiam perfectioris ipsa, iuxta Adversarios: atque per actum remissum non meretur talcm gradum perfectioris; alias per ipsum plus mereretur, quam per intensum: ergo per actum remissum non meretur augmentum gratiae, quod non bene audit apud Theologos. Idem dicit de iusto accedente ad Sacramentum cum perva dispositione, sufficienti tamen ad recipiendam gratiam per ipsum; hęc enim toutes quoties conserunt gratiam,

iuxta Trident. sess. 7. can. 6. de Sacram.

Confirm. Quando agens, v.g. lucerna nequit directe protendere suam actionem ob obstatum, tunc agit reflexe eadem actione, qua ageret in remotiori parte, si non ad esset impedimentum; & hoc modo intenditur qualitas, seu lux in medio producta: sed si directe ageret sine obstatulo, produceret qualitatem remissionis in remotiori parte: ergo quando agit reflexe, quia adest obstatulum, producit eandem qualitatem, quam produceret in remotiori: ergo qualitas precedens, sive producta in medio intenditur per additionem qualitatis remissionis; & consequenter falsum est, ad intensum requiri gradum superexcidentem, & intendentem esse perfectioris.

7. Prob. 3. Si subiecto calido ut octo applicetur frigidum ut duo tale subiectum frigidum remittere calorem alterit; id cuius experientia constat in aqua ferventi, cui si alia tepida immisceatur, fervorem remittit. Modo inquirimus, quem gradum caloris corruptus frigus illud ut duos? Si dicas, octayum corrupti; hoc repugnat. Tum: Quia in sententia Peynad. secundus gradus frigoris exponitur enim tertio caloris, non eum reliquis. Tum: Q. si octavos gradus est validè perfectior ref-

quis

quis inferioribus, ipsisque continet, si non collectivè, saltim dividè: ergo implicat, quod frigus, ut duo, prevaleat contra ipsum. Tum: Quia frigus ut tria remittere etiam calorem intensum; proindeque infertur, non minus opponit octavo gradui caloris frigus vera, quam ut duo: ergo nullus determinatè opponitur octavo. Si dicas, secundum gradum frigoris destrueret tertium caloris: ergo destrueret quoque reliquos perfectiores usque ad octavum; et item per se, necessario supponunt tertium, et sine illo conservari neque possunt: ergo de primo ad ultimum dicendum est, quemlibet gradum frigoris opponit cum quolibet caloris; & consequenter esse homogeneos, & aequales.

Confirm. Si octavus gradus caloris reliquis perfectior est, valde neque ipsis excedens: ergo nequit à frigido, ut eria, corrupti; quia imprefectius certa perfectius prevalere non potest: ergo neque etiam corrupti potest gradus tertius caloris; nam licet cum illo opponatur determinatè, tamen prosequitur gradibus superioribus cum ipso unitis, & pro ipso pugnantibus, contra quos frigus remissum prevalere non potest: ergo nullum gradum caloris destruit, quod est contra experientiam oculis comprobatum.

8. Argt 1. Quando in aqua, v.g. calida, & frigida, ut quatuor,

producitur ab igne alter gradus caloris: ille qui producitur, opponitur determinatè cum eo gradu, qui expellitur, & non cum reliquis: sed hoc non stat absque dissimilitudine illius gradus frigoris expulsi, & reliquorum permanentium: ergo tales gradus sunt dissimiles. Prob. mai. Ad introductionem illius gradus caloris expellitur determinates gradus frigoris: sed hoc provenit ex exigentia determinata gradus caloris, qui producitur; ergo qui producitur, opponitur determinatè cum eo, qui expellitur.

Instat: argum. Si aqua habet quatuor gradus caloris, & tres frigoris; & applicaretur idem agens calidum; cum eadem virtute produceret quatuor gradus caloris, sicut in casu argumenti, & mediante quinto gradu non expelleret quartum frigoris, sed tertium; alias nullum expelleret: ergo ille quintus gradus caloris non opponitur determinatè cum quarto frigoris, sed etiam cum tertio, vel secundo, aut primo, si illi tantum adessent.

9. Resp. ergo in forma dist. mai. Determinatè in actu signato, neg. mai, in actu exercito, subdist. mai. Determinatione proveniente ab ipso gradit, neg. mai. determinatione proveniente à Deo, conc. mai. Et conc. min. in hypothesi, neg. conseq. Ad prob. mai. dist. mai. eodem modo.

& neg. quidquid inde sequitur. Quintus enim gradus caloris, v. g. opponitur cuilibet gradui frigoris. Unde quod unus præ alio expellatur, provenit à Deo, cuius est, indifferentiam, & indeterminacionem causarum secundarum determinare, vt diximus in Physic. sic ut etiam Contrarij recurrent ad Deum, quando producendus est in subiecto primus gradus caloris, vt determinet, quis primus producendus sit ex omnibus primis possibilibus.

10 Nec dicat Peynado, hunc recursum vitari debere, nisi evidens necessitas cogat; aut ratio evidens suadeat, talem determinationem non posse oriri ab ipsa natura gradus expellentis, & expellendi. Resp. enim, talem evidenteriam non requiri; sed sufficere probabile fundamentum, quod suadeat, omnes gradus esse eiusdem rationis; nam neque ipsi evidenter sciunt, omnes primos gradus esse eiusdem rationis; & tamen ad Deum recurrent, vt determinet hunc producendum præ alio.

11 Arg. 2. Gradus inequaliter activi sunt inegaliter perfecti: sed gradus caloris sunt inegaliter activi: ergo. Prob. min. Gradus inferiores caloris continentur in virtute superiorum: ergo gradus superiores sunt magis, seu inegaliter activi. Prob. antec. Si pro frigido applicetur calidum

vt acto, producet in illo quinque, aut quatuor gradus caloris; si vero applicaretur calidum vt quinque, vel vt sex, solum duo, aut tres gradus caloris produceret: sed hoc ideo est, quia ad productum illorum quinque concurrunt omnes gradus calidi vt octo: ergo inferiores continentur in virtute superiorum; alias cur producuntur illi quinque gradus à calido vt octo, & non à calido vt quinque, vel sex?

Confirm. Quintus gradus caloris continetur in virtute alterius quinti, & non continetur in virtute quarti: ergo superiores non continentur in virtute inferiorum; & consequenter inæquales sunt. Prob. antec. Calidum vt quinque applicatum calido vt quatuor, producet in illo quinto gradum caloris: sed calidum vt quatuor applicatum aliij calido vt quatuor non producet in illo quintum gradum: ergo quintus gradus caloris continetur in virtute alterius quinti, & non in virtute alterius quarti.

12 Hoc argumentum, & similia magnam involvunt æquivationem. Fatemur, qualitatem intensam vt quinque esse perfectiorem intra eamdem speciem qualitate intensa solum vt duo, v. g. nam qualitas vt quinque includit qualitatem intensam vt duo, & aliquid amplius. Sed negamus, gradus, ex quibus coalescit qua-

litas

litas intensa, ad invicem comparatos debere esse inaequalis perfectionis; & ita subordinari per se, ut posterior debet necessario esse intra eamdem speciem perfectior prioribus. Id patet in extensione quantitatis; nam licet quantitas bipalmaris sit perfectior palmaris, quia includit palmum, & aliquid amplius; tamen unus palmus non est perfectior alio. Patet etiam in numeris minoribus, & majoribus; nam senarius perfectior est binario, & tamen sexta unitas non est perfectior prima, secunda, aut tertia. Unde verum est, qualitatem intensam ut octo esse perfectorem, perfectiusque agere qualitate ut duo; sed falsum, unum gradum comparativè ad alium esse perfectorem. Ex qua doctrina.

13. Resp. ad argum. conc. mai. admissa illius hypothesi, neg. min. Ad prob. neg. antec. Ad prob. conc. mai. & min. neg. conseq. Nam fit transitus à gradibus collectivè sumptis ad ipsos divisim acceptos; & perfectio, quæ in præmisæ benè tribuitur intensioni qualitatis, quæ ex omnibus gradibus integratur, in conclusione applicatur. male illi gradui, qui ultimo loco advenit. Sicut si diceres: Octo homines possunt portare maius pondus, quam quatuor; ergo octavus homo est perfectior reliquis. Prava consequentia; stat enim, quemlibet hominem esse æqualis reboris cum alio; & ita-

mē octo plus ponderis ferre, quam quatuor. Ex quo.

Ad confirm. dist. antec. Quintus gradus entitativè, & secundum se non continetur in virtute quarti, neg. antec. reduplicativè ut quintus, seu ut supponens alios quatuor, conc. antec. Ad prob. conc. mai. dist min. Non producit defectu continentia quinti gradus entitativè sumpti, neg. min. quia simile nequit agere in simile actione univoca, conc. min. & neg. conseq. in sensu primæ distinctionis. Quintus itaque gradus coloris non producitur à quarto, non quia non continetur secundum suam entitatem, sed quia reduplicativè ut quintus supponit subiectum assimilatum agenti, & simile non potest agere in simile.

14. Replicabis: Præcisè similitudo non tollit, quo minus quintus gradus produci possit à calido; ut quatuor: ergo si non producit illum, hoc ideo erit, quia quintus est perfectior reliquis, neque in virtute calidi ut quatuor continetur. Prob. antec. Similitudo nec tollit potentiam activam in agente, neque passivam in passo, neque applicacionem, neque infert repugnantiam formæ producendi cum forma producta in subiecto: sed quando hec adiungit, forma producitur: ergo similitudo non obest productioni quinti gradus: ergo repugnantia.

nantia ex defectu continentie oritur.

Resp. neg. antec. Ad prob. conc. mai. dist. min. Quando haec precise adsunt, neg. min. quanto haec adsunt, & ulterius dissimilitudo passi cum agente, conc. min. & neg. conseq. Qued enim calidum ut quatuor in alio calido ut quatuor quintum gradum non producat, solum oritur ex similitudine inter passum, & agens, quam solum intendit agens univocum; non vero ex defectu continentie, aut ex eo, quod quintus gradus sit perfectior reliquis. Nam pondus unius librae additum viginti libratum ponderi intendit impulsum prioris ponderis, & causat vigescimum sextum gradum talis impulsus, cum tamen in se non habeat tantam virutem impellendi; ac proinde ex ratione quinti gradus non arguitur defectus continentie.

15 Uigebis adhuc: Finis caloris non solum est reddere subiectum sibi simile, sed etiam disponere ad formam ignis: ergo etiam agens reddat passum sibi simile per quatuor gradus, si tamen continet quintum ulterius ager, ipsumque producet: ergo si non producit, est, quia non continet, & quia ille gradus perfectior est. Resp. dist. antec. Finis caloris primarius, & ut causa principalis est, neg. antec. secundarius, & ut causa instrumentalis est,

conc. antec. & neg. conseq. Causalitas ergo agentis pensanda est ex fine primario; quo semel obtinet, obtinetur secundarius, quantum sustinet ille primarius, & iuxta illius proportionem. Cum ergo calor habeat pro fine primario assimilare sibi subiectum, in quod agit; hac similitudine obtenta, cessat eius actio. Unde solum disponit ad ignem iuxta proportionem, & vires effectus assimilatis ideoque non agit ulterius quintum gradum, quia cessante fine primo, cessat secundarius.

16 Arg. 3. Qualitas intensa ut octo est perfectior, quam extensa ut octo: sed si gradus esset eiusdem rationis, non esset perfectior: ergo. Prob. min. Si gradus sunt eiusdem rationis, tanta entitas caloris, v. g. est in qualitate extensa, ac in qualitate intensa ut octo: ergo si intensi sunt magis perfecti, sequitur, ipsam entitatem gradus intensi esse perfectiorem entitatem graduum extensio-

nis.

Resp. dist. mai. Est perfectior entitatibus, neg. mai. perfectior unitivis, conc. mai. Et dist. min. inversis terminis. Ad prob. dist. antec. Tanta entitas, & tam unita, neg. antec. tanta entitas, & non tam unita, conc. antec. & neg. conseq. Maior itaque perfectionis intensionis non oritur ex inquali, & dissimili perfectione entitativa graduum comparative

ad gradus extensionis; sed ex sola maiori, & perfectiori vnione graduum inter se, & cum subiecto; partes enim extensæ solum vniuntur in indivisibili, seu penes extremitates; partes vero intensionis sunt in eadem parte subiecti adinvicem compenetratae, & se totis vnitæ; ex qua maiori vnione resultat quædam perfectio in qualitate ad agendum, & resistendum. Sit exemplum: Si ex decem hominibus singuli haberent mille aureos alius vero eosdem decem mille aureos simul acquireret; certè hædior esset, quam erant illi decem, non propter maiorem entitatem aureorum, cum eosdem supponamus esse; sed propter possessionem magis unitam, vbi prius erat dispersa. Sic pariter in presenti: nec alia perfectio in intensione qualitatis cogitanda est.

17 Ex quo constat, quod si esset in uno loco corpus calidum ut octo, & in alio loco Deus penetrativè poneret octo corpora calida ut unum, primi gradus constituerent calorem intensum ut octo; alij vero non sic, sed manerent octo gradus distincti inter se. Ratio est: Quia ad intensionem non sufficit penetratio localis, sed requiritur quædam penetratio, & uno partium qualitatis inter se. Cum ergo in subiecto calido ut octo reperiantur gradus, non solum in eodem loco, sed etiam in eodem subiecto, & invicem unitis;

secus autem in alijs, ideo illi constituant intensionem, non isti. Unde in ordine ad agendum gradus intensi possent producere calorem ut octo; alijs vero non, sed vel unus produceret unum gradum, vel omnes unum, licet citius, & velocius; ulterius vero non agebant, quia per unum gradum asservari etur passum cuiuslibet ex illis. Et idem eveniret, si Deus in tali casu auferret subiecta, relinquendo calores in proprio esse; nam adhuc octo gradus unius manerent intensi, sicut antea; non tamen alij octo, quibus ex sola penetratione non adveniret uno intensiva.

18 Arg. 4. Actus elicitus à Iusto ut quatuor plus meretur, quam actus elicitus à Iusto ut tria, si cætera sint paria: ergo datur ipsius maius præmium: sed actui iusti ut quatuor datur quintus gradus gratiæ, & actui Iusti ut tria datur quartus: ergo quintus gradus gratiæ maius præmium est, quam quartus: ergo est gradus perfectior, siquidem ipsius perfectio ne præmiatur meritum.

19 Pro huius solutione nota, quod licet Phyllophi ad maiorem claritatem divisorint totam latitudinem intensivam qualitatis ab agente naturali producibilem in octo gradus; hæc tamen divisio non est in partes proportionales, sed aliquotas, æquales, & non communicantes. Unde poterant dividere in decem, vel viginti par-

tes, seu gradus; sicut cum vlna dividitur in quatuor palmos æquales, est divisio arbitraria, cum posset in plures partes æquales dividiri, finitas tamen; v. g. in octo semipalmos, aut aliter. Ex quo constat, ipsoe vni Iusti conferri dimidia pars primi gradus; & alteri gradus, & dimidius iuxta maiorem, vel minorem intensiōnem, & valorem actus; & pariter duebus Iustis ut quatuor potest conferri quintus gradus vni remissior, alteri intensior, si in eis quali conatu operentur. Quo notato.

20 Resp. ad argum. cæteris paribus, actu Iusti ut quatuor dari maius præmium, quam actu Iusti ut tria; quia ille quintus debitur maior, & intensior, seu cum pluribus partibus gratiarum, quam quartus; & in hoc stat inæqualitas præmij. Per quod patet ad plura similia, quæ potius procedunt ex negatione sententie Arist. de compositione continui, quam ex nova difficultate circa hanc materiam.

21 Hic posset dubitari; quænam qualitates sint intensibiles, aut remissibiles? Sed nobis, qui qualitatem in Log. definivimus per hoc, quod sit accidens, potens, intendi, aut remitti; nullus remanet ambigendi locus. Quare dicimus, omnem qualitatem esse intensibilem, & remissibilem. Et quidem loquendo de qualitatibus

materialibus non vitalibus omnes id admittunt. Sed dubium est circa qualitates spirituales, & actus vitales. Tum prim. Nam qualitates spirituales sunt indivisibilis, carentque partibus: sed intensio fit per additionem partiis ad partem: ergo qualitates spirituales intendinon possunt. Tum secund. Quia actus vitales ex natura sua sunt qualitates transentes: sed intensio requirit permanentiam qualitatis, ut ulteriores gradus illi vajantur: ergo tales actus incapaces sunt intensiones.

22 Resp. Tamen, etiam has qualitates esse intensibiles, & remissibiles. Et ad primam rationem dubitandi dicimus, qualitates spirituales esse indivisibilis quoad extensionem, & non habere plures partes extensas; esse tamen divisibilis quoad intensiōnem, & in hoc sensu habere partes; quia res solum careret partibus in eo sensu, quo indivisibilis est. Ad secundam (quæ Pontium, & Peynado impulit ad negandam, actus vitales esse intensibiles) neg. actus vitales esse ita transentes, ut non possint à potentia continuari, potest enim voluntas, & ex eius imperio intellectus diu in eodem actu persistere; & nunc maiori, nunc minori conatu illum conservare, & consequenter intendere, vel remittere; absque eo, quod priorem omnino destruat, aut novum producat. Videatur Mastr. disp. 116

disp. 11. Phyl. num. 76. &
disp. 7. de anim. num. 148. &
disp. 3. de generat. num. 57.
in fine.

*Ques. III. De actione, & rea-
ctione.*

ECimus de alteratione, qui est motus ad qualitatem terminatus; deque ipsius qualitatis intensione, & remissione; modo de illa in ordine ad suos effectus agendum est. Quod per aliqua debia breviter exequemur.

1 Dub. 1. An simile possit agere in sibi simile? Et non est dubium de quacumque similitudine, sed de similitudine in qualitate. Hæc autem potest esse duplex: Alia specifica, quam habent duo calida etiam inqualia in intensione; altera gradualis, quam solum habent duo qualia eiusdem intensionis, v. g. duo calida ut quatuor. Rursus hæc similitudo duplex est: Alia virtualis, que versatur inter passum unum habens aliquam formam, & agens habens tantum virtutem productivam illius; ut inter corpus calidum formaliter, & Solem tantum virtualiter calidum. Alia formalis; ut inter duo calida formaliter. Hoc notato.

2 Dicimus 1. Agens equivocum (quod est simile virtualiter) potest agere in simile, tam in natura specifica, quam in gra-

du. Hoc assertum est clarum, & communiter admissum. Et patet mille exemplis: Nam grave producens pondus ut unum in passo sibi subiecto intendit impulsum productum à gravi ut quatuor; & pariter grave ut quatuor intendit impulsum productum in passo ab alio gravi ut quatuor: sed in primo casu agens, & passum sunt similia virtualiter tantum in natura specifica; & in secundo, tam in natura specifica, quam in gradu: ergo agens equivocum potest agere in sibi simile, tam in natura specifica, quam in gradu. Idem apparet in duobus trahentibus navim: Nam uterque auget impulsum, aut tractionem, sive sint æqualis virtutis, sive inæqualis; & in pluribus alijs.

3 Dicimus 2. Agens univocum nequit agere in passum sibi omnino simile, v. g. calidum ut quatuor nequit agere in aliud calidum ut quatuor. Hoc assertum ab omnibus admittitur tamquam Aristot. dogma. Constatque experientia ipsa: ex eo enim, quod aqua calida ut unum applicetur aquæ calidæ etiam ut unum, non intendetur eius calor. Sed tamen huius rationem à priori assignare, difficile est; nam ut ait Sulbr. Doct. in 1. dist. 7. §. *Ad formam.* V. *Ad propositum.* num. 19. sicut non potest reddi ratio à priori car hæc forma sit activa, non illa, nisi quia hoc est hoc, & illud illud;

ita non potest reddi, cur aliquis sit
hoc, vel illo modo, operativa.

A posteriori autem potest as-
signari ratio, & sumitur ex dispa-
ritate inter agens univocum, &
equivocum: Quia agens aquivo-
cum semper habet in se formam
perfectiorem, quam sit qualitas
ab ipso producibilis, & alterius
rationis; fecus agens univocum.
Unde si agens univocum ageret in
sibi omnino simile, cum sit eius-
dem rationis cum illo; sequeretur
prim. quod nec est maior ratio,
cur prius hoc agat in illud, & non
è converso; immo adinvicem age-
rent actione eiusdem rationis. Se-
cond. Aqua æquè calida secun-
dum partes extremas se caleface-
rent in media parte. Tert. Idem
posset se ipsum intendere, & age-
re in se actione univoca; quod esse
falsum, diximus in Physica. Proba-
sq. Si enim calidum ut vauum po-
test producere calorem ut unum in
calido ut duo, tria, &c. ergo etiam
in se ipsum. Quart. Oxanes essent
ignis, aut saltum calida in summo:
si enim duo calida adinvicem
agunt actione eiusdem rationis:
ergo tandem se intenderent, quovis-
que ad summum gradum caloriss
pervenirent. Itaque agens univo-
cum semper requiri dissimilitude-
nem cum passo saltum in gradu.

4 Dices 1. Si duæ phialæ
vit eæ æquales, omnino similes,
& eiusdem duritiei invicem colli-
dantur, cepiè vel viraque, vel al-

tera frangetur: ergo simile agit in
omnino simile. Secund. Si duo
ligna æquè calida conficerentur
adinvicem intenduntur secundum
calorem: ergo idem. Tert. Triti-
cum nimis calefit, nisi aëre, &
ventilacione refrigeretur: ergo ca-
lor unius agit in aliud.

Resp. ad 1. conc. casu neg:
conseq. Nam effectus fractionis
provenit à causa equivoca, nimi-
rum à duritate impulsa; quæ duo
causat, scilicet, motum partium
recollisæ in contrarium; & divi-
sionem illarum ob impenetrabilis-
tatem; respectu autem motus, &
divisionis phialæ sunt causæ equivo-
cae, non univocæ. Idem dic ad
secund. Ligna enim non incendun-
tur per calorem, sed per motum
attritionis, respectu cuius sunt
agentia æquæ cœ. Ad tertium, per
idem. Nam maior calefactio tri-
tici est actio equivoca proveniens
ex virtute vegetativa in illo exi-
stente, quæ est causa, ut in terra
projectum germinet; quia ad
germinationem requisitus calor
naturalis. Per quod patet solutio
ad plures alias experientias.

5 Dicitus 3. Agens univo-
cum non potest agere in omnino
sibi simile in qualitate, licet sic
dissimile in densitate, aut magni-
tudine. Hoc est contra aliquos
Scotistas, sed conformius Subt.
Doct sup. cit. Probatur: Vel
densitas esset ratio, aut virtus pro-
ductiva majoris caloris, v. g. vel
solum.

solum conditio sine qua non. Non secundum; quia nulla conditio potest esse ratio, quare agens producat aliquid nobilius, & perfectius se; id enim repugnat principio productivo, quod solum potest producere imperfectius se, & ad summum aquè perfectum. Nec etiam primus. Tum: Quia alias densitas esset principium activum partiale caloris, v.g. unde si esset sine calore, adhuc calefaceret; immo esset quoddam universale principium potens partialiter concurrere cum qualibet activa qualitate; & ita simul calefaceret, & frigescaceret, humectaret, & exsicaret; que omnia repugnant. Tum: Quia iā agens prodicens calorem media densitate; esset agens & equivocum; & non sumus in casu asserti, in quo de agente univoco loquimur; que omnia etiam excludunt molem, seu magnitudinem à ratione conditionis, aut virtutis activæ.

6. Et virgetur: quia alias agens posset agere in omnino sibi simile, tam in natura specifica, qualitatis, & in gradu, quam in densitate, & mole. Prob. seq. Quælibet pars agentiis agit in quilibet partē passi: sed agens est maius secundum omnes sui partes, qualibet parte minima passi: ergo si maius agens potest agere in passum minus simile, illud intendendo; quia ratione agit in unam partem passi, poterit agere in omnibus; quia eodem modo agit in omnes, ac si esset una so-

lum; erg. licet totum passum sit simile toti agenti adhuc in magnitudine, poterit agere in omnino sibi simile.

7. Arg. 1. ad agendum sufficit, quod agens excedat passum: sed agens maioris magnitudinis excedit in virtute, & fortitudine passum, & similiter densius, quia virtus unita fortior: ergo agens maius, & densius poterit agere in passum minus, & rarius, stante omnimoda similitudine in qualitate. Confirm. Agens maius, vel densius agit in maiori distantia, ut patet; ergo cæteris paribus, intensius ageret, quara agens non maius, nec densius. Prob. conseq. Agens agit uniformiter disformiter: sed quo magis extenditur actio in remotum, eo fortius, & intensius agit in propinquius: ergo agens maius, vel densius, intensius ageret in parte passi propinquiori, quara agens rarum, etiam si sint similia in gradu.

Resp. conc. mai. dist. min. Excedit in substantia, neg. min. in modo maioris velocitatis agendi, conc. min. & neg. conseq. Ad confirm. conc. antec. dist. conseq. intensius comparativè ad virtutem agentis, neg. conseq. comparativè ad effectum, qui alias producetur sine densitate, vel tanta mole in agente, conc. conseq. Ad prob. cor. mai. dist. min. eo intensius quoad substantiam, neg. min. quoad modum, scilicet, celeritatem, conc.

min. & neg. conseq. in eodem sensu.

Discrimen itaque inter agens maius, & densius ex una parte, & maius, & rarius ex alia, non stat in eo: quod illud sit majoris virtutis, aut aliquid intensius producat, quam istud; sed in eo, quod maius, & densius habeant maiorem virtutem extensivam; ideoque citius in majori distantia producit effectum intensiorem, quam pro-duceret agens minus, & rarius; non tamen supra virtutem acti-vam utriusque agentis. Unde illa virtus est extensivè maior, non intensivè. Itaque magnitudo, & densitas sunt conditiones ad citius agendum, non tamen ad magis-sic ut equus velocior citius portat pondus, quam tardus, estò sint & quales in virtute.

8 Arg. 2. Aliquibus experientijs. 1. Nam aer congelat aquam, cum non sit tam frigidus, quam aqua congelata: sed hoc non potest provenire, nisi ex ma-iori quantitate aeris: ergo Secund. Vas æneum vino plenum frigescit in puto magis, quam ipsa aqua putei. Tert. Flamma maior de-struit minorem: ergo agens ma-ius potest agere in minus sibi simile in gradu. Quart. Carbones plus vrunt, quam flamma; & aqua glaciata magis infrigidat, quam fluida: ergo densitas materiæ facit intensius agere.

Resp. ad prim. Aquâ congelari, nō

solum à frigore aeris sed etiam à frigore exhalationum ter-rearum, & siccârum, quas secum afferunt venti septentrionales: qui multum terreæ exhalationis ad-mixtum habent. Ad secund. poterat negari, vas frigidius esse, quam aqua; sed magis infrigidare ma-num, quia densitas iuvat ad hoc, vt frigus celerius sentiatur, & ci-tius agat. Vel, admisso casu, dici-mus, non solam aquam, sed for-mam ipsam substantialem vasis, quæ frigida est, concurrete ad maiorem infrigitationem ipsius. Vel etiam, quia non habet admix-tas exhalationes calidas exeunte-s è terra, sicut habet aqua. Ad tert. flammam maiorem destruere mi-norem, non quia agat in ipsam, sed quia pabulum eius totaliter con-sumit, & devorat. Ad quart. car-bones, & glaciem fortius agere, non quia supra vires proprias agant, sed quia citius ratione den-sitatis, quæ est conditio ad citius agendum, vt dicebamus.

9 Alias experientias assert Curs. S. Joseph hic num. 8. Sed omittimus illas. Tum: Quia confundunt densitatem agentis cum densitate medijs, quod non est ad rem; quia clarum est, agens quandoque fortius agere in medium densius, quam rarius; nunquam tamen supra proprias vires inten-sivas. Tum: Quia loquuntur con-fuse, nec distinguunt inter agens univocum, & æquivocum: expe-rien-

rientiq; autem procedunt de agen-
tibus & equivocis, de quibus liben-
ter concedimus; sed ad rem non
faciunt.

10 Dub. secund. An ad actionem inter contraria requiratur proporatio maioris inæqualitatis? Id est, an ad agendum in passum contrarium requiratur maior activitas in agente, quam sit resistentia in passo? Et supponimus prim. Resistentiam esse, qua impeditur, vel retardatur actio contrarij, ne fiat, vel non tam citè, aut tanta intensione, aut perfectio-
ne. Et est duplex: una activa (h-
ec non tam propriè dicatur resis-
tentia) & est ipsa actio agentis, in
quantum impedire contrarium de-
bilitando activam virtutem ip-
sius, ne in idem agens reagat, vel
non tanta velocitate, & intensio-
ne; v. g. ignis sua actione non so-
lum calefacit aquam, verum etiam
debilitat eius virtutem, ne in ip-
sum ignem reagat, aut non tam ci-
tè, & intense. Unde hæc resis-
tentia solum activis qualitatibus con-
venit.

11 Alia est resistentia formalis
(quæ ab alijs dicitur passiva, &
propriè est resistentia), & non est
quædam actio, cum conveniat re-
bus non activis; vt cum lapis duri-
tie resistit, ne dividatur, & gravi-
tate, ne moveatur; neque est pro-
priè passio, inquit est negatio pas-
sionis; seu est resistere receptioni,
& non permittere, vt agens im-

primat formam; seu est pura de-
fensio à contrario. Hæc autem
dupliciter explicari potest: vel
per negationem, seu effectum ne-
gativum; & sic est negatio actionis
ab agente, vel totalis, seu non
tam intensæ, & velocis; unde con-
notat applicationem agentis obsi-
dantis, & oppugnantis; vel per af-
firmationem, seu effectum positi-
vum; & sic est quædam manentia,
seu persistencia in proprio statu
ad præsentiam contrarij oppug-
nantis; quæ duratio propriè dicit
rei existentiam; vt lapis sua gravi-
tate resistit motori, ne ab illo loco
moveatur, vel non tanta facilita-
te, sed adhibito maiori conatu.

12 Supponimus z. Omnes, &
singulas primas qualitates habere
potentiam activam ad egendum in
contrarium, & illi activè resisten-
dum. Experimur namque, quæ
calor calcifacit, frigus frigefacit,
humiditas humectat ea, quæ sunt
propè ipsam; & siccitas denique
ea, quæ iuxta illam sunt siccata. Sed
non omnes istæ qualitates sunt
æqualiter activæ; nam calor est
magis activus omnibus alijs; deinde
de frigus; postea humiditas, ultime-
no loco siccitas. Ratio est: quia
illud agens est activius, quod ci-
tius, & in maiori distantia suam
protrahit actionem: sed calor ve-
hementius, & in maiori distantia
agit, quam frigus; & humidum,
quam siccum; nam minus deinceps
potest manus in corpore calide,
quam

quam in frigido; & minus in frigido, quam in humido; cito enim humidum humectat, quam siccum exsiccat: ergo.

Pariter non omnes sunt æquales in resistentia formalis; sed quæ est minus activa, est magis resistens; & quæ magis activa, minus resistiva. Unde resistentia convenit eis hoc ordine: primo siccitat, secundo humiditat, tertio frigori, quarto calori. Ratio est: quia cum Universum componatur ex elementis contrarijs, si maior activitas agentium non compensaretur per maiorem resistentiam formalem illorum, quæ patiuntur, facilè destruerentur ab eis, & machina Universi citò rueret; ac proinde opus est, quod qualitates minus activæ sint magis resistitives, ut se defendere, & conservari possint. His suppositis.

12 Resp. dubio maiorem activitatem requiri in agente, quam sit resistentia in passo; ideoque si passum magis, aut æqualiter resistit, non poterit agens in ipsum agere. Hec est communis, & colligitur ex Subt. Doct. in 2. dist. 2. quest. 9. num. 40. Prob. ratione: si esset maior, vel æqualis resistentia in passo, quam activitas in agente, non fieret actio: ergo ut fiat, debet esse maior activitas agentis, quam resistentia passi. Prob. antec. non potest esse actio, nisi agens vincat resistentiam passi: sed si passum tantum resistit, quantum agens

agit, non vincetur resistentia passi: ergo. Confirm. Resistentia est impedimentum ad actionem: ergo quandiu ipsa durat, non potest agens agere: sed si est maior, aut æqualis resistentia, vinci non poterit ab agente: ergo debet esse minor, & vinci, ut agens aliquid agat.

13 Arg. Datur mutua actio, & reactio inter agens, & passum: sed hæc implicaret, si ad actionem esset necessaria maior activitas in agente, quam sit resistentia passi: ergo. Prob. min. Nam calidum versus octo agens in frigidum, ut tria habet maiorem resistentiam respectu frigidi, quam sit activitas hujus: ergo repugnat reactio frigidi in calidum, si in agente requiriatur maior virtus, quam sit resistentia in passo.

Resp. conc. mai. neg. min. Ad prob. dist. antec. Maiorem resistentiam activam, conc. antec. formalem, neg. antec. & conseq. Tripli citèr enim possunt comparari agens, & reagens. Prim. secundum potentias activas. Secund. secundū potentias resistitives formales. Tert. comparando potentiam activam unius cum resistentia formalis alterius. Deæ primæ ad rem nihil faciunt; quia in prima comparantur ambo ut agentia; in secunda ambo comparantur ut patientia; tercia vero est propria comparatio, quia ut sic habent rationem agentis, & passi. Potentia ergo

erg. a *Activa frigidi*, ut tria, est debili-
or potētia *activa calidi*, vt *octo*; &
pariter potentia restitiva formalis
eiusdem frigidi est potentia debili-
or *activa calidi*; at potentia ac-
tiva frigidi est fortior, quam po-
tentia restitiva formalis *calidi*:
ideōque reagit in illud; ac proin-
de semper actio procedit à pro-
portione maioris inæqualitatis,
quia semper est maior activitas in
uno, quam resistentia formalis
contrarij.

14 Dices: ab eodem princi-
prio oriuntur potentia activa, &
potentia restitiva formalis: sed
potentia *activa calidi*, vt *octo*, ob
maiores intensionem est maior,
quam potentia *activa frigidi* vt
tria; ergo, & potentia formalis re-
stitiva *calidi*, vt *octo*, debet supe-
rare potentiam *activam frigidi* vt
tria; & consequenter vel *frigidum*
non ager in *calidum*, tolliturque
reactio; vel actio non semper pro-
venit à proportione maioris inæ-
qualitatis.

Resp. dist. mai. Ab eodem prin-
cipio, & eque applicantur, seu
exercentur, neg. mai. & non eque
applicantur, seu exercentur, conc.
mai. & min. & neg. conseq. Verum
quidem est, potentiam restituti-
vam, sicut activam eo esse maiores,
quo forma est intension; sed
inter utramque potentiam est dis-
crimen. Nam agens agit secun-
dum omnes partes: paſſum verò
non semper secundum omnes

partes, & secundum omnes gra-
dus resistit. Quandoque enim re-
sistit secundum totam potentiam;
quæ si excedit virtutem agentis,
nulla sequitur actio. Hoc modo
resistit lapis motui, quia vel neces-
sario totus movetur, vel nulla pars
illius. Quandoque vero ſolum fe-
cundum unam partem resistit; ut
in ligno ſcindendo: & in gutta
aquaſ ſenſim excavante lapidem.
Ratio huius discriminis est: quia
ad agendum non requiriunt con-
tactus, ſed potest agi in diſtans, ut
alijs diximus; at resistentia for-
malis non ſe habet ut quid tran-
ſiens, ſed ut quid immanens; nam
reſiſtere actu est impedire, ne
agens introducat formam in paſſum;
ideōque paſſum ſecundum illum
gradum, & ſecundum illam
partem resistit, circa quam agens
applicatur. Vnde cū frigus ut vnu
non intendat expellere omnes gra-
dus caloris, ſed vnum tantum, neq;
actu applicate rēquē ad omnes
partes; ideō paſſum nō resistit, niſi
ſecundum vnum gradum, & ſecun-
dum determinatam partem; proin-
deq; in actu exercito maior est vir-
tus frigidi vt tria, quam resistentia
formalis *calidi* vt *octo*.

15 Sed adhuc reſtat exp'i-
candum, quomodo paſſum ſecun-
dum unam partem reſiſtat, &
quando reſiſtat? Vel enim reſiſtit,
antequam agens agat; & hoc
non, quia reſiſtentia connotat op-
pugnationem agentis; & antequam

agit, non agit; id est licet non adesset resistentia, non introducit suam formam. Vel resistit, postquam agens agit; quod implicat, quia est positus effectus, & resistentia superflua est. Vel resistit, dum agens agit; & hoc etiam implicant, quia dum agens agit, introducit formam; inquit ipsa forma praecedit actionem formalem, resistentia autem debet causare negationem actionis in agente. Quomodo ergo, aut quando passum agenti resistit?

16. Resp. Passum resistere agenti, dum non agit, si tamen ad agendum sit applicatum; tunc enim satis intelligitur passum impugnatum ab agente. Sed hoc dupliciter evenire potest: vel ita ut passum totaliter resistat agenti, ita ut hoc supereretur omnia à resistentia, & impediatur actio; vel ita ut passum partialiter resistat, & retardet actionem, nem, ne tam citò fiat, sed successivè. In primo casu passum semper resistit, antequam agens debite applicatum agat; in secundo, resistit in primo instanti applicationis; prohibetque, ne forma, aut aliqua pars eius introducatur; sed solum indivisibile, defectu cuius resistentia illuminatio sit instanti; at in tempore sequenti resistit secundum primam partem, deinde per secundam, &c. Sed, ut diximus, in continuo, sicut non est assignabilis prima pars, in quam agens primo applicetur; nec prima

pars formæ, quæ primo introducatur; quia qualibet assignata, potest alia, & alia prior assignari; ita nec poterit assignati prima pars, & determinata forma, qua passum primo resistat; sed per partem indeterminatam, in quam intelligitur agens applicari successivè.

Ut dè sicut applicatio agentis praecedit natura actionem ipsius, sic etiam resistentia passi praecedit natura eandem actionem; & hinc oritur, quod agens non statim, ac intelligitur applicatum, agat. Cum ergo agens agit in primam partem passi, intelligitur applicatum etiam ad secundam, in quam etiam tunc ageret, nisi ad esset resistentia; id est que ante primam partem actionis resistit prima pars passi, deinde secunda, inde tertia, &c. Et hec resistentia est causa successionis, retardatque agens applicatum, ne simul agat in omnes partes passi, totamque suam formam in instanti producat.

17. Dub. tert. an agens in agendo repatiatur? Reactio est actio retrobura, qua passum producit aliquid in agente, quod agit in illud; ut quando frigidum agit in calidum, à quo ipsum frigidum calefit. Si cutre passio est quedam reciproca passio, qua duo invicem unum ab alio repatitur; ut quando calidum recipit frigiditatem à passo frigido, quod patitur calorem ab ipso calido. Hoc præmisso.

Resp.

18 Resp. affirmativa. Quod assertum ita commune est, ut in proloquium abierit: agens in agendo repati a suo contrario, & passum in patiendo reagere. Idque constat quotidianis experientijs: nix enim apprehensa manu calida liqueficit, & simul manus infrigidat; aqua frigida calide infusa refrigerat, & calefit; unde tota aqua evadit tepida. Idem apparet in ferro candenti aquæ frigidæ iniecto; nam aqua calefit, & ferrum infrigidatur. Prob. ratione: Quia agens naturale debet approximatum, & non impeditum necessario agit: sed calidum, & frigidum approximata sunt agentia non impedita; nam quodlibet habet activitatem resistentiam formalem alterius excedentem, ut diximus: ergo. Accedit, quia aliter non posset fieri mixtio; hec enim oritur ex eo, quod elementa inter se attemperantur; quod aliter non sit, nisi per mutuam actionem, & passionem.

19 Adverte tamen, hoc axioma non esse univocale, ut teneat in omni materia; sed solum cum his limitationibus, nemirum quod sit inter qualitates activas contrarias. Ideoque non est verum in generatione; quia cum agens generat, non est amplius forma precedens, que reagat, quia generatio unius est corruptio alterius. Neque etiam in augmentatione, & nutritione. Similiter

agens, & passum debent habere capacitatem utriusque formæ receptivam; defectu cuius spirituale agens in corpus non repatur ab illo; neque cœlum repatur a sublunaribus, in quæ agit. Pariter quodlibet debet esse intra sphæram activitatis alterius; defectu cuius, licet ignis calefaciat manum frigidam in aliqua distantia, non tamen ab illa repatur. Denique debent habere potentias activas proximas.

20 Arg. 1. Implicitum, idem moveri motibus contrariis: sed hoc sequeretur, si agens in agendo repatur: ergo. Prob. min. & ponamus casum, quod ignis bipalmaris calidus ut octo agat in aquam frigidam, ut octo, sed tamen solum secundum unum palmum sit intra sphæram activitatis aquæ. Tunc sic: unus palmus calidi, nimisrum ille, qui repatur ab aqua movebitur ad frigus, & simul ad calorem: ergo motibus contrariis. Prob. antec. Aqua reagit in illum palmum, ut supponitur: sed etiam alter palmus non repatiens agit in palmum repassum; quia propter repassionem erit dissimilis palmo non repasso, quod sufficit ad agendum: ergo simul movebitur motibus contrariis. Confirm. Palmus repatiens est propinquior non repatiensi, quam ipsa aqua: sed agens prius agit in propinquius, quam in remotius, si ambo sint susceptiva eiusdem actionis: ergo si pal-

mus non repatiens agit in aquam, & ulto melius ager in palmum re-patientem ; & sic movebitur simul moribus contrarijs.

Resp. cum Merin. non esse inconveniens, idem subiectum simul moveri duobus motibus alteratio-nis contrarijs , si h̄i motus sint remissi ; nam si nullum est inconveniens , quod duæ qualitates con-trarie (quæ sunt termini per se ho-rum motuum) sint simul in eodem subiecto in gradibus remissis ; nec etiam erit inconveniens , idem simul moveri duobus motibus a-terationis contrarijs , sed remissis. Unde in casu fatemur, prius debere aquam aliquid caloris ab illa parte detrahere , quam alia pars calidi in ipsam agat ; sic enim ponitur dissimilis , & capax patienti ab altero calido; postea vero veru-que simul agere in calidum pa-tiens; ita tamen ut unum expellat, quod aliud producit iuxta vires cuiuslibet , & iuxta regulas tradi-tas de introductione unius formæ, & expulsione alterius. Per quod patet ad confirm.

21 Arg. 2. ex conclusione se-quereatur, passum, quantumvis mi-nimum , posse reagere in agens, quantumvis maximum ; atque ita ala muscæ , aut minutissima pars stupæ in formacem proiectæ pos-sent in ignem reagere; & si ingeni-i lapidi descendenti deorsum oceurrat pluma, destineret aliquali-zi ipsius; que ridicula sunt. Resp.

neg. seq. Et ad primum easim di-cimus, alam, & stupam non reage-re in ingentem ignem ; non defec-tu virtutis, sed approximationis; nam cum agens minimum requi-rat maiorem approximationem, quam maximum; prius ignis absum-eret alam, & stupam, quam istæ ponerentur in sphæra sue activi-tatis. Ad secundum : pluma nullo modo retardaret lapidem ; quia cum hic resistat secundum omnes partes simul, ex dictis; id est maior esset resistencia lapidis, quam ac-tivitas pluma.

22 Dub. quart. An agens pos-sit perfectè assimilare sibi passum? v.g. an calidum ut octo possit pro-ducente in passo, sibi approximatō calorem ut octo? Resp. id natura-liter esse impossibile. Ita comiu-nis sententia, & prob. ad actionem requiritur approximatio: ergo ad maximam actionem possibilem agenti requiritur maxima appro-ximatio: sed hæc naturaliter est impossibilis: ergo. Prob. subsumpti-mor≈ approximatio naturaliter possibilis est contiguitas: sed hæc adhuc stat cum aliqua distantia; contigua enī distat loco: ergo naturaliter est impossibilis maxima approximatio: & consequen-ter agens in nulla parte passi po-test producere qualitatem æqua-lem in intentione, neque in prin-cipio actionis; neque in fine; nam hæc pars etiam loco distat.

23 An autem posita penes-

tratione, posset agens perfectè assimilare sibi passum? Pontius in negativam inclinat. Alij, & probabilius affirmant; nam cum omnes gradus sint activi, non appetet ratio, cur agens, ut octo, non agat secundum omnes; activitas enim, seu virtus in actu primo non repugnat, quod exeat in actu secundum, nisi aliunde impeditatur: sed in casu nullum ester impedimentum, alioquin assina illud: ergo.

24 Dices i. Agens substantiale producit formam substantiam àqualem: ergo etiam accidentis. Secund. Sonus àequali velocitate, & intensione percipitur ab aliquibus, licet per tres, vel quatuor passus distent adiuvicem; & lumen Solis appetet àquale in imis vallisibus, ac in summis montibus: ergo non est verum, quod maius distantia minuit intensionem actionis. Tert. Ignis producit in substa formam ignis: ergo etiam in illa producet calorem ut octo; sic enim est dispositio ad formam ignis; & consequenter calor ignis saltim in fine actionis habet effectum omnino similem.

Resp. ad i. conc. antec. neg. conseq. Disparitas est: Nam qualitas suscipit magis, & minus; ideoque approximatio in qualitate potest esse causa majoris, vel minoris intensionis; secus vero in substantia. Tum: Quia experientia videmus, ignem cumburere stupra distantem; per calorem au-

tem calefacere in parte propria quiori uniformiter dissimiliter; ac proinde solum in summa approximatione produceat, & totum calorem: quoq; approximatio, cum sit penetratio, naturaliter impossibilis est. Ad secund. Etiam in his casibus distantia minuit intensionem; attamen hec uniformis dissimilitas non est ubique valde perceptibilis, nec ad quacumque minimam distantiam ideoq; sensus debet à ratione corrigit.

Ad 3. conc. antec. neg. conseq. Quia ad introductionem ignis non requiritur, tanquam dispositio previa, calor ut octo, sed minor sufficit, nam forma ignis producta producet postea calorem ut octo; seu dispositio concomitantes; ut diximus disp. i. q. 3 ad quart. Adverte tamen, conclusionem procedere de agente per actionem directam; nam per reflexam potest agens perfectè assimilare sibi passum, ut statim dicimus. Adverte etiam, quod licet Subt. Doct. sàpè videatur admittere, calorem producere alium sibi similem in gradu; non loquitur ex propria mente, quia questionem hanc ex professo non quam determinavit; sed claritatis gratia, & tanquam exemplum ab aliquibus admissum assumplit, ut facilius probaret qualitatis augmentum, vel activitatem.

25 Dub. 5. A quo agente qualitas per reflexionem intenda-

etur? Reflexio est retrocessio actionis agentis in eadem parte medijs, in qua agens actione directa prius egit propter adveniens obstaculum intra sphaeram agentis; ut patet in motu pilæ à pariete ad hominem, & in specie visibili in speculo, ad quod requiriatur, quod obstaculum sit proportionatum reflexioni; nam pila percutiens lanam non resilit, neque species visibilis reflectitur à pariete, sed à speculo; requiritur etiam, quod obstaculum sit intra sphaeram agentis, nam si extra illam esset, non potest fieri reflexio. Et supponimus hic cum communij, non solum lumen, sed cæteras etiam qualitates per reflexionem intendi; nam idem ignis in parvo cubiculo inclusus intensiore causat calorem, quam in magno; & sic passim in alijs experimur.

26. Nec dicas t. Quod non statim, ac ponitur obstaculum sentitur maior intensio caloris, vt contingit in lumine: ergo reflexio sit in lumine, non in alijs qualitatibus. Secund. Quod sequeretur, in medio produci calorem plusquam ad octo gradus; nam si ignis actione directa produceret in medio calorem vt sex; si posset ultra agere, produceret per reflexionem calorem vt quatuor: ergo tandem produceret calorem vt decem. Tert. Sequeretur, qualitatem esse intensiorem prope punctum reflexionis, quam in medio

licet medium sit propinquius agenti; quod est falsum, nam agens actione univoca fortius agit in propinquum, quam in distans. Prob. seq. Nam sicut actio directa fortior est in principio, quam in medio, ita etiam reflexa: sed reflexa incipit prope punctum reflexionis: ergo fortior erit ibi, quam in medio; & consequenter intensior qualitas.

27. Resp. enim ad 1. Quod reflexio luminis statim conspicitur; quia lumem ob carentiam contrarij, tam actione directa, quam reflexa, causatur in instanti; calor autem ob repugnatiam contrarij causatur in tempore, tam in actione directa, quam in reflexa. Ad secund. neg. seq. Namquam enim reflexio causabit plusquam octo gradus. Tum: Quia simile non agit in simile. Tum: Quia nihil potest esse calidius igne, qui tamen non excedit calorem vt octo. Ad tert. resp. Aliud esse loqui de gradibus productis per actionem reflexam, aliud de tota qualitate. Concedimus, actionem reflexam plus producere prope punctum reflexionis, quam in medio; sed tamen cum actio directa fortior sit, & plus qualitatis in eodem medio producat; ideo calor in medio productus evadet maior; sicut si habenti quinque nummos vnum tantum addas, plus habebit, quam si habenti vnum superaddas tria. His suppositis,

Respi

28 Resp. Dubio, in reflexione qualitatem non intendi à se ipsa in medio per actionem directam producta; sed ab eodem agente quod actione directa produxit qualitatem in medio, & in obstaculo. Ita Doct. Subt. sçpè, sed clatè in 4. dist. 10. q. 11. in fine. Prob. prima pars: Nam, ex dictis, idem nequit agere in se ipsum actione univocat ergo qualitas nequit se ipsam intendere. Tum: Quia imperfectius nequit producere aliquid perfectius se (etiam ut est virtus agentis perfectioris ut preclaudatur solutio Ioan. à S. Tho. oppositum tenetris, quia esse virtutem illius non efficit illam perfectiorem) sed qualitas remissa est imperfectior intensa: ergo.

Secunda verò pars prob. Nam agens naturale, cuius virtus non est exhausta, agit quantum potest in passum potens recipere suum effectum; sed quando intra sphæram agentis occurrit obstatum, non exhauditur totaliter virtus agentis; & aliunde medium potest recipere intensiorem qualitatem: ergo agens ageret in illud actione reflexa.

29 Dices r. Si agens per reflexionem intendit, vel reflexio est intensior prope agens, vel prope obstatum? Si primum: ergo illa non erit actio reflexa, sed directa, sicut prior. Si secundum: ergo agens fortius ageret in distans, quamvis medium sit eiusdem rationis, & æquè dispositum.

Secund. Subt. Doct. in 2. dist. 13. ad tert. prope finem. concedit lumen primarium in pariete receptum causare lumen secundarium: sed hoc sit per reflexionem; ergo.

Resp. ad 1. Reflexionem esse intensiorem prope obstatum, quia eodem ordine retrocedit agens actione reflexa, quo prius è regione agebat actione directa. Unde actione reflexa fortius agit agens in remotum, quam in proximum; secundus vero actione directa. Quod non est inconveniens; quia tandem qualitas intensior evadit prope agens, quam remote, ut dicebamus. Ad secund. conc. mai. neg. min. Cum enim lumen secundarium non sit eiusdem rationis cum primario, sed sit species huius; ideo licet ab illo caufetur, non est propriè per reflexionem, sed per actionem directam. Vide Mistr. disp. 5. de Ani. q. 2. num. 45.

30 Dub. 6. A quo agente intendatur qualitas per antiperistatism? Antiperistasis vox græca latine significat circumsistens, debilioris contrarij à fortiori; per quam contrarium obsistens impedit ne obseruum ulterius extendat propriam actionem; ideoque vires suas velut in se colligit; nam proprium est contrariorum à se invicem refugere naturali propensione, ut societate similiūm melius conserventur; & consequenter magis intenditur. Et quidem hanc

hanc intensionem dari patet experientia: Nam loca subterranea hyeme calidiora sunt, quia circumoblit frigus; estate frigidiora, quia circumoblit calor. Idem evenit in aquis putealibus. Idem in ventre animalium, qui in estate frigidior est, hyeme vero calidior, ex Hyppocr. aphorism. 15. Quæritimus ergo, à quo agente in antiperistasi fiat hæc intension?

31 Pro quo nota 1. Omnia corpora calida plena esse exhalationibus calidis, & frigida exhalationibus frigidis: que exhalationes habent qualitatem propriam intensiorem, quam reliquæ partes sunt enim quasi quinta essentia illocum corporum. Nota secund. Duplicem intensionem fieri per antiperistasm. Primum qualitatis naturalis, seu convenientis subiecto; ut cum aqua frigesit, vel aer calefit. Secundam qualitatis innaturalis, & disconvenientis; ut cum aqua calefit, vel aer frigesit. His notatis.

32 Dicimus 1. Intensio qualitatis propriae, & connaturalis in antiperistasi fit per accidens ex discessu exhalationum contrariarum; per se vero fit, tam per emanationem talis qualitatis à forma substantiali, quam per actionem exhalationum, que intensiori qualitatib; sunt affectæ, & exire non possunt. Ita communis; & prob. ponendo easum in aqua putci, esti-

vo tempore à calore obfesa. In primis maior frigiditas illius aquæ non potest per se causari ab obfidente; nam unum contrarium nequit per se producere aliud contrarium. Deinde, talis causa per se nequit esse prior frigiditas; quia nihil potest agere in se ipsum actione univoca; nec qualitas se ipsam intendit, ut nuper diximus: ergo restat, quod per se causetur à forma substantiali aquæ, & ab actione exhalationum agentium in reliquas partes; per accidens vero à recessu exhalationum calidarum excentium ab aqua ut calori obfidenti sibi simili assidentur; sic enim relinquunt aquam expeditiorem, ut absque repassione à contrario melius frigiditatem producat, & intendat.

33 Dicimus 2. Intensio qualitatis innaturalis ab antiperistasi per accidens fit propter discessum propriarum exhalationum; per se vero ab exhalationibus contrariis ibi detentis. Casus est, cum hyemis tempore puteus circumoblidetur nimio frigore; tunc enim exhalationes frigidæ ascendunt, ut simili sibi assidentur; exhalationes vero calidæ detinentur, ut à contrario refugiant. Hæc conclusio prob. similiter ac præcedens: Nam caliditas illa aquæ nequit causari à frigore circumobfidente; contrarium enim non causat contrarium; neque ab ipsa forma substantiali aquæ; nihil enim causat

causat sui destru&ctivum: ergo restat, quod causetur per se ab exhalationibus calidis detentis, quae in partes aquæ melius agunt; tum, quia sunt magis unitæ; tum, quia descendunt exhalationes frigidæ

contrariae; quæ preinde erunt causæ per accidens, eis conditiones talis intensionis. Quæ contra hoc obijci possunt, pulchrè dissolvit Mastr. qui de hac materia profundè discurrit.

DISPVTATIO IV.

DE NUTRITIONE, AUGMENTATIONE, rarefactione, & condensatione.

EGimus in precedentiis de generatione in communi, de eius speciebus, & de his, que ipsam generationem præcedunt; modò de his, quæ generationem consequuntur, nimirum de nutritione, & augmentatione agendum est. Et quia rarefactio, & condensatio magnam cum his habent affinitatem; ideo hæc omnia una disputatione complecti decernimus.

Quest. I. De nutritione, & de aliquibus dubijs circa illam.

NOn loquimur hic de nutritione improaria, seu conversione unius corporis in alterius substantiam ut cumque; sic enim etiam non viventibus convenit; ut cum ignis, oleo, stupa, vel ligno nutritur. Sed de nutritione, quæ est conversio unius substantiae in aliam

facta à virtute vitali intrinseca per intus sumptionem alimenti secundum omnes partes viventis propter restorationem deperditæ. Hæc autem nutritio definiri potest, vel sub ratione mutationis sic: *Est mutatio substancialis, qua materia alimenti transit à forma alimenti ad formam viventis;* vel sub ratione actionis nutritivæ sic: *Est actio vitalis conversiva substantiae alimenti in substantiam alii per intus sumptionem alimenti propter restorationem deperditæ.*

Dicitur *actio vitalis;* quod ponitur loco generis in quo convenient cum alijs conversionibus; quæ licet non sint vitales, actiones tamen sunt; & pariter cum actionibus vitalibus, quæ non sunt nutritiones; ut cum generatione, intellectione, &c. Reliquæ partculæ ponuntur loco differentiæ, & in ultima, scilicet, propter restorationem deperditæ explicatur finis nutritionis. Pro quo scienc-

dum est, omne vivens esse temperatum, & mixtum primis qualitatibus, sed præcipue caliditate, & humiditate; calor autem est talis naturæ, quod nisi detur ei alimentum, consumit humidum radicale. Unde semper in ipsum humidum agit, ipsumque paulatim consumit, rarefaciendo, attenuando, & resolvendo partes humidiiores, quæ faciliter abeunt in vapores; ad cuius reparationem datur potentia nutritiva, quæ alimentum convertens reparat totum vivens; licet non ita perfectè, quia vivens tandem senescit, & finitur. Sed circa hoc.

2. Dubit. 1. Quid sit, & in quo consistat potentia nutritiva? Resp. ad prim. sic ab Arist. defini-
ri: *Est potentia, qua vivens conser-
vat se ipsum, quatenus est huius-
modi.* Ly quatenus huiusmodi non sonat idem, ac quatenus vivens est; quia vivens ut vivens potest se ipsum conservare in specie permutacionem individuorum; quod non sit per potentiam nutritivam ut talem, sed per generationem. Sed sensus est, quatenus est tale vivens in individuo; quia potentia nutritiva per se, & primario solum tendit ad conservandum hoc individuum, non ad propagandam speciem.

3. Quoad secundam partem, relicta exemplarium opinionem afferentium, hanc potentiam conflare, vel in calore vitali, vel in-

temperamento primarum qualitatibus; hoc enim falsum est. Tum: Quia potentia nutritiva est potentia vitalis; sed calor aut temperamentum primarum qualitatibus non sunt vitales: ergo. Tum: Quia potentia nutritiva attingit substantiam de novo generatam: sed calor, aut temperamentum nequit generationem substantię attingere; quia accidens nequit attingere substantiam: ergo. Hac, inquit, opinione relicta.

Dicimus, quod hæc potentia, si partialiter sumatur, est facultas quædam, seu virtus animæ vegetativæ residens in omnibus partibus animatis viventis, cum omnes nutritiri debeant; completere vero sumpta consistit in hac facultate, & parte corporis animata; ut de potentijs vegetativis dicetur in lib. de Anima. Et licet Arist. quandoque rationem calori tribuat tamquam potentię; debet intelligi de potentia instrumentalis, & instrumenti; quia inter alias qualitates calor maxime ad hanc nutritionem deservit; non de principali.

Adverte tamen, hanc potentiam, seu virtutem adquatam, & totalem esse diversa rationis, non solum in diversis speciebus viventium, sed etiam in eodem individuo; diversisque producit effectus, iuxta diversitatem partium formę corporeitatis; nam potentia nutritiva carnis producit carnem,

poten-

potentia ossis causat os, & sic de alijs. Adverte etiam, quod licet potentia nutritiva principalis, que scilicet, convertit alimentum in substantiam alit, sit una; plures etiam alij concurrunt ei inservientes, vel in certis partibus corporis residentes, vel per totum diffusæ; quarum alia communes sunt omnibus viventibus, alia propriæ quibusdam tantum, præsertim animalibus perfectis; nam alia est potentia appetitiva, qua pars quælibet appetit alimento necessarium; alia attractiva, qua partes omnes ad se attrahunt alimentum; alia retentiva, quæ retinet alimentum attractum; alia expulsiva, quæ à se reiicit partem alimenti, vel quia noxiæ, vel ut ad aliam partem transmitat; alia secretiva, quæ partes puriores alimenti ab impurioribus secernit, ut istas expulsiva projiciat. Pluresque sunt alia, quæ potius ad Medicos, quam ad Philosophos spectant.

5 Dub. 2. In quo actu nutritio consistat? Pro intelligentia nota, quod plures actiones, & alterationes circa alimentum præcedunt nutritionem. Primo enim alim entum dentibus teritur, & ibi sit prima alteratio: deinde pellitur deorsum, recipiturque in ventriculo, seu stomacho, in quo cibis digeritur, & in quamdam masam veluti lacte am convertitur; quæ à Medicis chylus appellatur. Deinde ventriculus chylum demittit

per inferius orificium virtute potentiae expulsivæ, ubi sit quedam segregatio; partes enim terrestriores veluti excrementa, & fæces in alia inferiora intestina pelluntur; partes vero puriores, propriæ chylus appellatae; per venas Mesentericas transmittuntur ad iecur; & per quamdam amplam venam, Partam vocatam, ingrediuntur.

Deinde iecur depurat chylum; & quia iste continet in se partes difformes, nam quedam sunt aëreæ, quedam igneaæ, quedam aquæ, & tandem quedam terreæ; ideo iecur ex illo quatuor deducit humores, scilicet, sanguinem; pituitam, seu flegma; flavyabilem, seu cholera; & atrambilem, seu melancholiæ. Hi quatuor humores correspondent quatuor elementis; nam sanguis, qui est calidus, & humidus, aëri correspondet; flavyabilis, seu cholera, quæ est calida, & sicca, ignis; pituita, seu flegma, quæ est frigida, & humida, aquæ; & denique atrabilis, seu melancholia, quæ est frigida, est sicca, terræ.

Postquam igitur hi quatuor humores in hepate sunt geniti, segregantur; nam flava bilis ad folliculum-fellis mittitur; attra bilis ad splenem; pituita vero nullum habet locum specialem, sed simul cum sanguine per totum defertur. Fit etiam alia segregatio; nam cum chylo è ventriculo ad iecur humor quidem transit, vehiculum nutri-

menti dictum; & quia ad nutri-
tionem non est idoneus, per qua-
dam venas emulgentes dictas,
egreditur; & transiens per renes,
ex renibus per poros vritides in
vesicam dicitur, ubi vrina reponit-
ur, vi postea ejiciatur. Post hanc
excretionem sanguis alijs humoribus
permixtus effluit per magnam ve-
nam, quæ dicitur cava, quæ ra-
mificata est in plures alias venas
per totum corpus dispersas; è qui-
bus membra corporis sanguinem
attrahunt, & post varijs alteratio-
nes iuxta membrorum diversitat-
em & numquidque in propria
substantiam convertit. His na-
tatis.

6. Resp. Dubio, nutritionem
formaliter, & ultimè consilere
in actu illo, quo sanguis, vel alijs
humor ultimo à membris dispo-
sus, propriam amittit formam
substantiam; & in formam car-
nis, vel ossis convertitur, seu in
substantiam alii. De quo dub. seq.
Adverte remen, in plantis non in-
tervenire tot mutationes; nam stir-
pes vtuntur ipsa terra, in qua ra-
dices insicias habent, & eins calo-
re eo modo, quo animalia vtun-
tar vntre; & sicut in ventriculo
animalis sit prima coctio cib, &
potus; ita in terra radicibus plan-
tarum proxima sit prima terræ, &
aque concectio ad nutritionem
plantarum. Unde concoctio ali-
menti plantarum sit extra plantæ
substantiam; animalium vero in-

træ, seu in parte ipsorum.

7. Dub. 3. An per nutritio-
nem acquiratur nova substantia?
Resp. affirmativè cum communi, &
prob. Nam experientia constat,
quod vivens secundum suam sub-
stantiam sit maius; vel ergo si ma-
ius per replicationem eiusdem sub-
stantie, vel per rarefactionem, vel
tandem per veram additionem
verè substantiæ? Non primum; quia replicatio in pluribus locis
non est naturalis; nutritio autem,
& auctio naturalis est. Non se-
cundum; quia sic corpus viventis
aucti esset rarius, & levius corpo-
re viventis patui; ergo restat, quod
nutritio fiat per vetram acquisitionem,
seu additionem novæ partis
substantie. Itaque in nutritione
acquiritur nova pars, tum mate-
riæ, tum etiam animæ, seu forme,
quando hæc forma seu anima di-
visibilis est. Unde homo non ac-
quirit novam partem animæ, sed
solum novam partem materiæ pri-
mæ, & formæ corporeitatis; qui-
bus partibus acquisitis, anima abs-
que sui divisibilitate coexistit, &
vntur partibus advenientibus, non
minus ac erat vnta prioribus. In
ceteris vero animalibus, quia
eorum anime sunt divisibles, quia
materiales, ut dicemus in lib. de
anima; acquiruntur per nutritio-
nem partes nove, tum materiæ, tum
formæ corporeitatis, tum etiam
animæ.

Cuius ratio est; nam quando
viven-

viventi materiali advenit nova pars materie, vel haec informatur eadem forma, qua reliquæ partes, quæ præterant in vivente, vel distincta? Si secundum; habetur intentum. Si primum; eadem indistincta forma materialis simul informabit duas materias adequatas; quod est impossibile, etiam divinitus. Confirm. cum vivens per actionem caloris amittit partem aliquam materie; vel pars formæ, quæ illam informabat, se restitugit ad partem materie remanentem; & hoc non; alias daretur migratio de subiecto in subiectorum, & duæ formæ partiales essent in eodem subiecto naturaliter; vel se sola persistit expectans novam partem materie, quam informet; quod etiam est naturaliter impossibile: ergo dicendum est, quod pars formæ fluit simul cum parte materie; ac proinde sit per nutritionem restauratur materia per acquisitionem novæ partis, ita similiiter restaurari debet forma materialis.

8. Dub. 4. An vivens idem numero permaneat toto tempore vita? Resp. affirmativè cum communi; & prob. quia videmus, senes recordari co: um, quæ in adolescencia evenerunt, eademque cicatrices, nævos, & alia similia in corpore ipsorum persistere: ergo eadem permanet substantia, tum spiritualis, tum corporea. Confirm. Quia inter generationem

simpliciter, & nutritionem hoc est discrimen: quod in prima tota aliqua substantia de novo producitur numericè distincta à priori; in secunda verò eadem substantia prior aggeneratur, & nutritur: ergo in nullo instanti vita potest vivens non esse idem numero; alioquin unum vivens corrumpetur, & aliud generaretur. In hoc asserto omnes convenienti.

9. Sed debium est non leve: quomodo haec identitas numerica viventis salvari possit cum quotidiana deperditione partium, & novarum acquisitione? Cum enim per continuam actionem caloris naturalis deperdantur plures viventis partes; & aliunde alimento convertatur in substantiam eiusdem viventis, ut reparetur, quod erat amissum; videtur inseriri, quod post longum vitæ tempus nulla supererit pars earum, quas habuit vivens in principio viæ (principiè in viventibus materialibus, ubi nutritio fit tam secundum animam, quam secundum corpus.) At qui mittatis partibus subtilijs talibus, ex parte materie, & formæ, mutetur cuncta, & substantia rei: ergo vivens saltim per longum tempus non erit idem numero, quod fuit in principio. Relicitis alijs dicendi modis.

10. Viciimus: hanc unitatem numericam viventis optimè salvari per hoc, quod partes solidiores illius, licet aliquatenus fluant,

tamen magna ex parte invariatae manent quoad substantiam. Ita Subt. Doct. in 4. dist. 44. quest. 1. §. *De secundo principali, & §. Ad argumenta.* vbi docet, quod in Resurrectione resurget idem numero homo ; quia non solum anima, quæ est pars principalior, erit eadem numero, sed etiam corpus; quia ille homo habebit partes corporis, quas accepit à parentibus, ut pote solidiores, & magis per se intentas à natura. Cuius ratio est: quia partes istæ solidiores cum humiditate magnam habent annexam siccitatem propter prædominium terre, & parum caloris; ideoque valde calori resistunt, & partes molliores plus habent humidi, & calidi; & consequenter licet calor ille continuo agat in partes duriores, quia tamen agit remissiori actione, nequit totaliter illas destruere. De hoc tamen videatur Mastr. hic disp. 8. quest. 7. latè, & solidè agens contraponitum, ut probabile afferentem, vivens, si longo tempore vivat, non perseverare idem numero physicè, sed tantum moraliter. Quem immerito plures nostrates in manus scriptis sequuti sunt, cum oppositum sit à Subt. Doct. manifestè assertum.

11 Ex quo colligitur, hanc unitatem numericam viventis in fine vitæ non esse perfectam, & propriissimam; qualis reperitur in rebus spiritualibus, quæ nullo

modo possunt variari. Adhuc tamen est vera unitas numeralis, licet cum aliqua varietate, aut mutatione; quia licet partes minus principales, ut caro, quæ non ita principaliter pertinent ad conservationem viventis, valde mutentur; partes tamen principaliores, & intimiores, ut ossa, nervi, cutis, & similia, quæ magis faciunt ad conservationem viventis, permanent maiori ex parte; proindeque ab ipsis sumitur denominatio identitatis numeralis viventis.

Quest. II. De augmentatione.

Cum non possit produci substantia corporea naturaliter sine quantitate, quia hec in materia reperitur, veluti propria passio eius; ideo cum per nutritionem acquiritur nova substantia, acquiritur etiam nova quantitas, aut pars quantitatis. hæc autem acquisitio, prout à nutritione distincta, appellatur accretio, auctio, seu augmentatio. De qua.

Dubit. In quo formaliter consistat? Et relictis pluribus dicendi modis, respondetur formaliter consistere in acquisitione partialis quantitatis, qua vivens succedit à minori ad maiorem quantitatem virtute caloris naturalis. Ita Subt. Doct. in 4. dist. 44. quest. 1. cit. & Arist. 2. de Anim. text. 47. vbi ait: *Est autem esse aliud alimento, & augmentativo; secundum enim quod*

quan-

quantum quoddam est, augmentatum est; secundum autem, quod hoc aliquid, & substantia, alimento.

Prob. ratione: Nam manifestum est vivens per nutritionem fieri maius: sed nequit esse maius secundum substantiam, nisi etiam sit maius secundum quantitatem; quia quantitas comitur naturaliter substantiam, ipsamque impenetrabiliter extencit: ergo cum vivens transit a minori ad maiorem substantiam, simul transit a minori ad maiorem quantitatem: sed nutritio consistit in priori transitu, seu in acquisitione novae partis substantiae: ergo augmentatione consistit in secundo transitu, seu in acquisitione novae partis quantitatis.

2. Adverte tamen, quod licet quantitas naturaliter consequatur substantiam, sit tamen distincta a nutritione. Tum: Quia ex sepe dictis, actio substantialis nequit habere pro termino aliquod accidens. Tum: Quia termini nutritionis, & augmentationis realiter, & essentialiter inter se distinguuntur; nutritionis enim terminus est substantia, augmentationis vero quantitas: sed quando termini sunt essentialiter diversi, diversae quoque sunt mutationes, & actiones: ergo.

3. Ex his colliges 1. contra Peynado, & alios: terminum actionis augmentativae esse partem

novam quantitatis, non verò unicum ipsum cum quantitate priori, aut cum subiecto. Nam, ut diximus hic disp. 1. que est 1. diversa est actio unitiva à productiva formæ; illa enim est unitio, hec vel educatio formæ, vel productio compositi: sed hec habent diversos terminos; prima enim terminatur ad unionem, quæ pertinet ad prædicamentum habitus; secunda verò, vel ad compositum, quando hoc est distinctum a partibus; vel ad foliam educationem formæ, quando non est distinctum, ut in presenti: ergo. Tum: Quia cum subiectum accidentium non sit materia prima, sed totum compositum, ex dictis in Physic. necesse est, quod destructo uno composito destruantur omnia eius: accidentia, & alia de novo sicut; in nutritione destruitur substantialiter alimentum: ergo quantitas illius nequit permanere in vivente; proindeque nova quantitas vel actionis augmentativæ producta debet.

4. Colliges 2. Augmentationem propriè sumptam & prout de ea hic loquimur, debere fieri a causa int̄seca, seu a principio vitali, ut in simili diximus de nutritione; quia sicut vivens activitate propria ex materia alimenti producit partem substantię, ita ex ipsa parte nova substantię educit novam partem quantitatis. Unde quando talis additio sit solum a cau-

causa extrinseca, ut cum vni aquæ additur alia, hæc non est propria augmentatio; quia non sit actione intrinseca vitali; sed solum quedam additio, quæ communis est omnibus corporibus.

5 Colliges 3. Diminutionem quæ est motus oppositus augmentationi, consistere in desperditione partis quantitatis, terminaturque ad non esse quantitatis præhabitæ. Unde non est motus positivus, sed privativus, seu desperditivus; distinguiturque specie ab augmentatione eo modo, quo diximus de generatione, & corruptione; non quidem specie positiva, sed privativa.

Quest. III. De rarefactione, & condensatione.

1 **U**tramque simili in vnum coniungimus, quia eadem est de virtute difficultas; & cognito rarefactionis constitutivo, in eius opposito condensatio consistere debet. Et quidem dari rarefactionem, & condensationem, manifestum est. Videmus enim, oleum, & cerasum, dum coagulatae sunt, minus spatium occupare; dum vero liquefiant, occupare maius. Idque mirabilius apparet in cucurbitulis vitreis (vulgo ventosas) quibus Medici ad revellendum noxiæ humorem à centro ad circumfessionem ytuntur; cum enim primo

applicantur, non statim caro intumescit, sed postea sensim. Cuius ratio est: quia aer à calore ignis stupax rarefit, & replet totum cucurbitule locum; postea vero aer frigescit, & addensatur, minoremque locum occupat. Unde ne detur vacuum, caro ascendit, & intumescit; & eò magis, quo cucurbitula magis detinetur, & aer condensatur. Hoc experientia est claram; sed rationem assignare, aut causam, quare ille aer cucurbitula inclusus (idem est de alijs) modo sit rarus, & occupat maiorem locum; modò densus, & minorem repleat? Hoc opus hic labor est. Et relictis pluribus minoris momenti placitis, principaliora breviter proponemus, & impugnabimus; & postea nostrum statuimus.

§. I.

Triplex sententia circa causam rari, & densi refertur, & convellitur.

2 Communis sententia Thomistæ tenet, rarefactionem, & condensationem fieri per acquisitionem quarundam qualitatum, quæ raritas, & densitas appellantur; ratione quarum sequitur tanquam effectus corporis extensio ad maiorem locum, vel eiusdem contraACTIONE ad minorem.

3 Sed contra est 1. Si raritas as-

& densitas consistunt in qualitatibus: ergo possent intendi, & remitti sicut cæteræ qualitates: at qui potest dari maior intensio qualitatis absque majori extensione subiecti, ut est evidens: ergo posset subiectum esse magis rarum sine maiori extensione, quod est absurdum. Secund. Si raritas, & densitas essent qualitates, sequeretur, quod raritas posset esse densitas, & è converso: hoc implicat: ergo. Prob. seq. mai. & supponimus qualitates istas ut pote materiales habere suas partes entitativas, & materiales, & extendi ad extensionem subiecti. Modò sic: id potest esse densum, cuius partes possunt esse magis adinvicem propinqua: & illud rarum, cuius partes possunt esse magis distantes: sed partes integrales raritatis possent esse magis propinqua: ergo possent esse dense: & consequenter raritas posset esse densitas. Idem respectivè dici posset de densitate.

Tertio: potest Deus omne accidens posterius quantitate ab illa separare, aut impedire, ne resulset; pone ergo corpus quantum absque omni qualitate: certè cum quantitas sit, quæ impenetrabiliter extendit corpora, tale corpus aliquam præsentiam, & extensionem habere debet: ergo vel parvam, vel mediocrem, vel maiorem, quam iuxta suam proportionem potest habere: ergo vel erit rarum, vel densum per solam

quantitatem, aut substantiam absque adventu alicuius qualitatis; proindeque raritas, & densitas in qualitatibus consistere non possunt.

4. Secunda sententia tenet; rarefactionem fieri per ingressum quarundam corpusculorum substantialium intra poros rei, quæ rarescit; condensationem verò per eorundem corpusculorum egressum: hæc autem corpora sunt illæ, quæ athomos appellamus, quibus aer plenus est; quæque non percipiuntur, nisi cum Sol per aliquod foramen ingreditur. Undè ratione illorum corpus distenditur, seu dilatatur, aut comprimitur per egressum, ad modum, quo lana, & spongia manu compressæ foras emittunt aerem intra cavitates inclusum, & occupant minorem locum; laxaræ verò dilatantur per receptionem eiusdem aeris.

5. Sed hæc sententia impugnatur 1. ex Subt. Doct. in 4. dist. 12. quest. 4. §. Ad quæsiouem. V. Sed de tertia, num. 20. in fine. Si rarefactio, aut condensatio fierent per ingressum, aut egressum corpusculorum substantialium, nullum corpus rareceret, aut condensaret secundum eandem suam substantiali; imò absolute nunquam rarefierent: ergo rarefactio non sit per ingressum talium corpusculorum. Prob. seq. Si rarefactio sic fieret, quælibet pars assignabiliis per se maneret, qualis antea

erat; & solum intervnam, & alteram partem introducerentur illa corpuscula: ergo nullum corpus rareficeret secundum sc.

6 Secundo ex eodem sic species Sacramentales vini consecrati possunt rarefieri: ergo ibi introducerentur corpuscula. Ex quo sequeretur 1. quod Christus D. non esset ubique sub illis speciebus. Secund. Quod non solum Christi D. corpus lateret sub vini accidentibus, sed simul alia peregrina substantia. Tert. Quod species illæ consecrate cautè debarent adorari, cum plura ibi essent intromissa adoratione indigna. Quart. Non esset verum adæquatè, quod accidentia ibi existentia essent miraculosæ ebsque subiecto; quia illa corpuscula propria habent accidentia, quæ in illis subiectantur. Conserm. Quia vel talia corpuscula vniuntur cum accidentibus, vel non? Si primum; iam accidentia non erunt sine subiecto. Si secundum: ergo non magis per illa corpora rareficiunt accidentia, quam si ibi deciderent plures particulae terræ; quod est parum philosophicum genus rarefactionis, ut postea dicemus.

7 Urgetur amplius ex Trident. sess. 13. can. 2. definiente, post consecrationem manere ibi dumtaxat species patris, & vini: ergo sive species vini sunt rarefactæ, & vè addensaræ, dicendum est, nullum aliud corpus, nisi Christi D.

manere sub illis speciebus. Vel alter. Ponamus consecrationem fieri super vinum rarefactum; querimus, vel tota illa moles vini convertitur in sanguinem Christi D. manencibus dumtaxat speciebus sine vla alia substantia & habetur intentum, dari, scilicet, raritatem absque corporealis; vel post consecrationem deitate flet sub illis speciebus aliqua substantia; & hoc repugnat Concilio, nam cies exclusiva dumtaxat religio permanentiam cuiuscumque substantiæ præter corpus Christi D.

8 Tertio solet impugnari hæc sententia pluribus experientijs, sed sufficiat hæc vñica. Quando enim in scopulo accenditur pulvis sulphureus, aut media illius accensione lapides discerpuntur materia ignis accensi occupat multo maius spatum, quam ante; id est enim lapides elevantur, quia materia rarefacta non potest contineri intra cavitatem illam, in qua ante erat. Tunc sic: in his casibus impossibile est, illa corpora subintrare; non enim intrant per angustum foramen, per quod accenditur pulvis; incredibile enim est, quod serè in instanti ingrediatur adeò ingens corpusculorum copia necessaria ad occupandum spatum illo tanto maius; imd apparet, igrem illiac egredientem crescere omnia corpuscula, v.g. terram, paleas, quæ circa sunt. Deinde, non possum intrare per

os scopleti; nam potius ignis magna vi egrediens expellit aerem, & corpuscula existentia versus os scopleti: ergo in hoc casu rarefit materia absque ingressu corpuscoloram. Idem clarius apparet in castanea igni applicata: nam humor inclusus rarefactus magno strepitu erumpit; nec singi potest, per quas rimulas potuerint corpuscula intrare; si enim habet meatus, posset humor egredi absque corticis fractione cum tanto strepitu. Præterquamquod dum lapides elevantur, vel elevantur à solo igne raro ex se, & habetur intentum; vel etiam à corpusculis ignem adiuvantibus, & hoc est incredibile; illa enim non habent determinatam propensionem ascendendi sicut ignis; cum iuxta adversarios etiam corpora gravia vt oleum rarefiant per talia corpuscula.

9 Urgetur: vel illa corpuscula sunt ex sua natura levia, & petunt ascendere, vel gravia, & petunt descendere; vel indifferentia; ita vt sequantur naturam rei, cui intromittuntur? Si levia, non possent detineri in oleo rarefacto, sed in altum evolarent; vt apparet, cum oleum, & aqua simul in vase vitro reponuntur; statim enim oleum, quia minus grave, eminet, & supernat. Si sunt gravia: ergo idem oleum rarefactum plus ponderabit, quam densum; quod constat esse falsum.

Si indifferentia; idem sequitur, nam in oleo erunt gravia, & in igne levia.

10 Quarto: si rarefactio sit intromissionem corpusculorum in poris: ergo quo res plures poros habet, eo rarer fieri poterit; sed hoc est falsum, quia ad sensum patet, ligna, sulphur, pumicem, & alia corpora solida esse magis porosa, quam corpora fluida, vt aqua, aer, ignis: & tamen illa minus, ista magis rarefiant: ergo rarefactio non sit per intromissionem corpusculorum in poris.

11 Denique: hæc sententia manifestè repugnat Arist. 8. Physic. text. 84. vbi ait: *Magnitudo, & parvitas sensibilis corporis, non accipiente aliquid materia, extenditur; sed quia potentia est materia utriusque. Itaque idem rarum, & densum est.* Et 4. Physic. text. 84. ait. *Eandem materiam nulla re insuper alia assumpta esse parvam sub aqua, & magnam sub aere genito ex ipsa.* Vbi clare Phylosophus in rarefactione excludit adventum cuiusvis peregrinæ materiæ; consequenterque hæc sententia de corpusculis est penitus à Peripato aliena.

12 Tertia sententia docet, rarefactionem fieri per acquisitionem novæ quantitatis; & condensationem per deperditionem eiusdem. Differunt tamen: nam aliqui volunt, in rarefactione pro-

dici totam novam quantitatem maiorem, destructa tota minori precedente; & in condensatione & convertso. Alij verò dicunt, in rarefactione acquiri tantum novam partem quantitatis; & in condensatione partem tantum quantitatis desperdi, aliqua permanente. Pro hac cit. Subt. Doct. in 4. dist. 12. quæst. 4. cit. idèoque ipsam tenent, præter aliquos extraneos, plures Scotistæ.

13. Sed contra hanc opinionem præcipue secundo modo explicata m sic insurgimus. 1. Motus rarefactionis est essentialiter distinctus à motu augmentationis: sed hoc esset falsum, si rarefaction formaliter consideret in acquisitione novæ partis quantitatis; nam etiam augmentatione in hoc formaliter consistit: ergo non essent motus essentialiter distincti; nam cum identitate termini ad quem sub eadem ratione acquisiti nomine diversitas essentialis motuum.

14. Responde Curs. S. Iosephi rarefactionem differre ab augmentatione; quia in illa simul cum parte quantitatis, que acquisitur, producitur etiam pars substantiae: secus in rarefactione, ubi sola pars quantitas sine substantia est terminus acquisitionis; & sic respectivè in condensatione, & diminutione respondendum est. Sed contra: Quia terminus formalis, & per se augmentationis, ut à nutri-

tione distincte, est quantitas partialis, non substantia; vt ipsi tenent & bene hic disp. 4. quæst. 3. num. 2. Ergo ubique reperitur partialis quantitas acquisita, etiam absque acquisitione substantiae reperitur formaliter augmentatio. Patet conseq. Quia polito termino formalis, quocumque alio secluso, positur motus ad ipsum: sed in rarefactione id reperitur erg. rarefaction formaliter est augmentatione.

15. Impugnatur 2. Si in rarefactione acquiritur nova pars quantitatis, sequeretur, quod aliqua pars quantitatis esset sine subiecto; vel quod daretur plurimum partium quantitatis penetratio vitrumque naturaliter repugnat: ergo. Prob. vtrique seq. Nam in rarefactione non acquiritur nova pars substantiae, in qua subiectetur pars quantitatis de novo acquisita: ergo vel talis pars quantitatis manet sine subiecto, vel inhaeres ipsi substantiae rarefactæ: atqui talis substantia secundum omnes suas partes independenter à rarefactione est affecta quantitate: ergo secundum aliquam partem erit affecta dupli quantitate, scilicet, nova, & vetera; & habebitur penetratio. Idem argumentum fieri potest in condensatione: si enim aliqua pars quantitatis desperditur, tunc illa pars materiæ, cui inhaerebat, vel manebit sine quantitate, vel incipiet informari.

à quantitate remanente ; & sic idem numero accidens erit in pluribus subiectis ; quorum utrumque est falsum.

16 Respondebat Curs. S. Joseph. hoc argumentum esse meam àequivocationem. Supponit enim, substantiam ex se, & independenter à quantitate habere partes cum ordine circumscripтивo ad locum ; quod falso est, cum id habeat solum à quantitate. Concedimus ergo (inquit) in rarefactione novam partem quantitatis subiectori in partibus praexistentibus substantiae ; sed inde non sequitur, dari penetrationem plurium quantitatum, nam non remanet utraque quantitas in eodem spatio ; quia substantia ex se non est localiter extensa, sed in potentia ad quamlibet extensionem sibi proportionatam : ideoque iuxta varias dispositiones recipit maiorem, vel minorem extensionem prout afficitur maior, vel minor qualitate.

17 Sed contra. Quia ipsi AA. probabiliter tenent in Log. substantiam materialem, seclusa quantitate, posse habere extensionem, partium in ordine ad locum : ergo non est tanta àequivocatio, ut ipsi probabiliter non incurvant. Deinde: Si hoc argumentum àequivoco laborat, eodero quoque laborat Subt. Doct. cuius illud est in 4. dist. 12. q. 4. §. De quarta. ¶ Et arguis. num. 26. ubi illud

conficit pro opinione Gotfredi, & illud insolutum reliquit. Cuius rationem assignat Tatar. ibi dicens : Ad istam rationem dicit Doct. solutionem quare ; quasi dicat, quod argumentum ex parte Gotfredi est satis forte contra illos, qui venient, quod per rarefactionem acquiritur quantitas ; & tamen precedens non corruptitur, quia tunc oportet, quod concederent penetrationem dimensionum , &c. Deinde, eorum solutio falso nititur fundamento : quod, scilicet, substantia independenter à quantitate non habeat partes in ordine ad locum ; huius enim oppositum satis probavimus in Log. Et licet hoc gratis admittatur, ahuc responso nihil prodest ; & videntur, AA. vim argumenti non conceperit. Unde sic.

18 Impugnatur r. Licet substantia ex se non habeat partes cum ordine ad locum, tamen va effecta quantitate eius partes, nulla excepta, in ordine ad locum ordinatae sunt ; ita ut sicut hæc pars quantitatis ratione sui correspondet parti loci, sic hæc pars substantiae ratione quantitatis correspondet eidem parti loci : ergo quantitas adveniens, si recipitur in illa substantia, necessariò erit in eodem loco, in quo erat substantia affecta priori quantitate ; & habemus penetrationem duplicitis quantitatis.

Secundò : Ante rarefactionem
gul.

nulla pars substantiæ datur, cui non correspœdeat aliqua vnius ex parte quantitatis; nulla enim est, quæ non sit unita, sicut nulla, quæ non sit quanta: ergo pars quantitatis de novo in rarefactione adveniens debet uniti alicui parti alteri quantitati unitæ ergo erit in eodem loco partis substantiæ, & quantitatis prioris; & consequenter penetrata cum ipsis, nec maiorem extensionem habebit substantia ratione quantitatis advenientis.

Urgetur: Pars nova quantitatis debet uniti parti substantiæ alteri quantitatibus unitæ; alias, vel pars substantiæ erat sine quantitate, vel nova quantitas sine subiecto. Modò inquirimus: Pars illa substantiæ, vel ratione duplicitis quantitatis est extensa in ordine ad unam partem loci, vel in ordine ad duplum? Si secundum: ergo naturaliter eadem pars substantiæ est in duplice loco; quod naturaliter repugnat. Si primum: ergo non occupat maiorem locum ratione partis quantitatis advenientis; proindeque substantia non rarefit per quantitatem novam, cum rarefactio sit maior extensio in ordine ad locum. Denique, si substantia sine ulla additione rarefieri potest, quare & quantitas sine additione non poterit rarefieri? Certe hoc mirum, inquit Doct. ubi supra. §. Ad questionem in fine; nec ulla, vel apparenſis disparitas asserti poterit.

19 Tertio impugnatur p̄dicta sententia: In rarefactione aquæ v. g. nulla est assignabilis causa productiva partialis quantitatis; non quidem ipsa aqua, hæc enim non producit aliquid tendens ad sui corruptionem; non etiam ignis, quia igaſ agit medio calore, & actione univoca; ac proinde medio illo nequit res alterius speciei, qualis est quantitas, producere: ergo in rarefactione aquæ talis quantitas non producitur. Confirm. hoc; & ponamus, calorem ut sex divinitus ponit extra omne subiectum, & aquæ debitè applicari; certè erit sufficiens ad rarefaciendam aquam; sed aliunde est impotens producere quantitatem. Tum: Quia nullus dixit, qualitatem esse quantitatis productivam; nam calor, v. g. non nisi calorem producit. Tum: Quia calor productus debet educi de potentia quantitatis: ergo antequam producatur calor; p̄supponitur quantitas, ex qua educi possit: ergo implicat, quod medio calore producatur nova pars quantitatis. Prob. hæc conseq. Causa debet saltim natura p̄cedere effectum: sed calor, cum educatur de potentia quantitatis, non potest illam p̄cedere; quia forma non p̄cedit natura susceptivum: ergo nulla pars caloris est assignabilis, quæ producat partem quantitatis.

20 Quatò: In toto corpore rare-

rarefacto reperiuntur eadem, accidentia, quæ antea erant in eodem denso; vinum enim rarefactum cundem habet saporem, & reliquas qualitates, ac densum; vel ergo hæc accidentia sunt eadem numero in quantitate nova, sive partiali, sive totali, quæ erant in antiqua; vel tantum eadem specie, de novo producta ad productionem novæ quantitatis? Si primum: ergo accidens migraret de subiecto in subiectum; vel eadem pars accidentis informabit duplicitem pattern quantitatis simul, scilicet, illam, quam prius informabat, & ulterius novam. Si secundum: A quo agente, quæsumus, illæ qualitates producuntur? Nam ignis rarefaciens vim non continet virtualiter qualitates illius mixti, & rarefaciens aquam non continet humiditatem eius; proindeque neutrā producere potest.

§. II.

Vera sententia proponitur, & firmatur.

21 Pro illius resolutione notandum, ratum, & densum multipliciter accipi. Primo enim sumitur ratus pro corpore non spissè contexto; quo sensu parvus dici solet in suis ratus. Secundò pro corpore laxo, & fluido, ac veluti inconstanti; vt est aer, vel aqua. Tertio pro corpore poroso.

Quarto in rigore philosophico pro eo, quod parum habet materię sub magna dimensione: densa vero eccentrica pro eo, quod multum habet materię sub parva dimensione; & sic sumpit Philos. 4. Physic. text. 83. Unde credimus, diversitatem opinandi in hac materia ortum duxisse ex non advertentia raritatis in rigore philosophico fūmpq; idoque concedi potest dilatationem, aut restrictionem in corporibus pores per ingressum, vel egressum corpusculorum esse quandam impro priam rarefactionem, & condensationem; vt diximus de lana, & spongia compressa, & laxata; sed non propriam, & phyleophilicam, nam corpus porosum non habet parum materię sub magna dimensione; nam eius materia hinc inde distracta per interposita corpuscula, si sola consideretur, non occupat maiorem locum, quam antea; sed multum habet materię, quæ ulteriā propriam habet quoque extranciam, & peregrinam, quæ similiter cum propria maiorem locum occupat. Hoc notato.

22 Dicimus: rarefactionem consistere formaliter in productione novæ extensis localis majoris; condensationem vero in productione minoris, extensis absque additione, vel deperditione substantiae, quantitatis aut qualitatis; proindeque ratios formaliter consistit in maiori extensione,

& densitas in minori, nulla alia facta variatione in substantia aut accidentibus rei. Hæc proculdubio est mens Subt. Doct. in 4. cit. vbi licet satis illam non exprederit, refutat tamen aliquas opiniones; imo ibidem §. Adrationes. V. Ad primum. clarè ait: *Quod raritas maior non accipitur, nisi ex occupatione majoris loci.* Et in 3. dist. 2. q. 3. ad primum principale ait: *Vniversa-
liter quamcumque condensationem
esse occupationem minoris loci.* Legatur attente, & apparebit, pro hac sententia stare. Eam tenet Tatar, Aret. Simpl. Ares Mastr. & ex Jesuitis plures, quos citat, & sequitur Peynad. hic q. 2.

23 Prob. 1. ex Arist. in Predic. qual. dicente: *Rarum vero,
& spisum, & asperum, & lene pun-
tabuntur quidem qualequid signifi-
care; sed aliena huiusmodi putan-
tur esse à divisione, que circa quale
est; quandam enim positionem
magis videntur partium verumque
significare; spisum enim dicitur eo,
quod partes sibi ipsis propinquae
sint; rarum vero eo quod distant à
se invicem, &c.* Ubi in primis af-
fertur, rarum, & densum nullo modo
esse species dividentes qualita-
tem. Per quod excludit opinio-
nem Thomist. Deinde addit, ra-
rum, & densum consistere in di-
versa positione partium; scilicet,
densum in eo, quod partes sint si-
bi invicem propinquiores; rarum
vero in eo, quod distent à se invi-

cem. Quod quidem nihil aliud
est, quam diversus situs; nam si-
tus prout ab vbi distinguitur, con-
sistit in relatione partium rei loca-
tæ ad partes loci; at vbi consistit
in totali præsentia, seu relatione
rei locatæ ad totum locum. Hæc
autem distincta sunt, & vnum po-
test variari, altero invariato; ve
patet in aqua in vase agitata, quæ
mutat situm, sed non locum.

24 Prob. 2. ratione: Quia
iuxta definitiones rari, & den-
sitas corpus rarefit cum habet pa-
rum materiae sub magnis dimen-
sionibus, & tunc addensatur, cum
habet multum materiae, vel potius
eamdem materiam sub parvis di-
mensionibus: sed precisè per addi-
tionem majoris præsentij situatis;
vel detractionem eiusdem absque
aliqua novitate eadem materia;
quæ rarefacta habet dimensionem
vnius vlnæ, v.g. condensata habet
minorem dimensionem, v.g. se-
mivlnæ: ergo precisè per varia-
tionem dimensionum salvatur
rem esse modo raram, modo
densam.

25 Respondet Curs. S. Io-
seph, Arist. ibi per materiam in-
telligere substantiam; ideoque ve-
rum esse, nullam partem substan-
tiæ de novo acquisiri in rarefactio-
ne, sicut nec in condensatione de-
perdi. Non verò negat, quanti-
tatem in rarefactione augeri, & in
condensatione minui. Sed contrà:
Quia hoc est liberè dictum ad
eluden-

c'ud:ndam vim argumenti , & Arist. doctrinam deserendam. Nunquam enim Phylosophus , vel leviter insinuat variationem quantitatis in se , cum tamen clarè pro nobis dicat , raritatem , & densitatem significare quandam positionem partium ; quæ positio distincta est à quantitate ipsa , ut est evidens ; ergo voluntaria est eorum evasio.

26 Urgetur : Rarum est cuius partes distant à se invicem ; densius verò , cuius partes sibi ipsi propinquæ sunt : sed præcisa variatio præsentia ad hoc sufficit : ergo. Prob. mia. Eadem substantia , per vos , invariata potest correspondere ; aut coextendi modo maiori , modo minori quantitatibz ergo pariter eadem quantitas invariata poterit coextendi modo maiori , modo minori loco. Patet conseq. Quia sicut partes , & indivisibilia substantiæ correspondent partibus , & indivisibilibus quantitatibus ; ita partes , & indivisibilia quantitatibus correspondent partibus , & indivisibilibus loci : ergo sicut substantia sine additione partium , & indivisibilium potest maiori quantitati vñiri , & coextendi , vbi partes eius magis distant inter se , quam antea ; idem dici potest de quantitate respectu loci. Ut quid ergo fieri per plura quod potest fieri per pauciora?

27 Prob. 3. paritate desumpta à quantitate successiva : Motus

velox , v. g. aquilæ & motus tardus , v. g. testudinis per vnam horam durantes coexistunt eidem tempore extrinseco : sed tamen motus aquilæ est densior , pluresque habet partes quantitatibus ; & motus testudinis rarius , paucioremque partes habet ; alias non maius spatiū aquila , quam testudo percurret : ergo bene potest quantitas pauciores habens partes , sed raras , coexistere , & coextendi tanto tempore , ac quantitas multo plures habens , sed densas : ergo pariter bene poterit eadem quantitas permanens coextendi maiori loco , si rara est ; & minori , si est densa. Patet conseq. à paritate.

§. III.

Objectionibus occurritur.

28 Arg. 1. ex Subt. Doct. in 4. cit. §. *Quantum ad istam.* num. 8. vbi tenet , quod oportet , omnes in rarefactione ponere aliquam quantitatem , vel partialē , vel totalem : ergo iuxta ipsum implicat , in raritate ponit extensionem ad maiorem locum sine additione novæ quantitatis partialis , vel totalis. Resp. Subt. Doct. non loqui ibi absolute , sed determinatè , & restrictè de illis duabus opinionibus , quas immediatè ante retulerat ; & sensus est , quod sic opinantes conveniebant in hoc quod ad salvandam majoritatem

in rarefactione oportet, novam quantitatem generari; quia alioqui (in horum sententia) non posset corpus rarefactum esse nunc maius, quam prius. Non vero est loquutio ex propria sententia; nam postea. num. 13. subdit, *quod rara-ritas, non accipitur nisi ex occupa-tione maioris loci; vbi omne aliud excludit.*

29 Arg. 2. In rarefactione acquiritur maior extensio, non ut cumque, sed quantitativa, & impenetrabiliter; sed haec implicat si-ne maiori quantitate, à qua talis extensio tamquam effectus formalis secundarius provenit: ergo in rarefactione debet acquiri maior quantitas. Confirm. prim. Ratio occupandi locum impenetrabiliter est ipsa quantitas: sed in rarefac-tione occupatur maior locus: er- go debet ad esse maior quantitas; nam sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis. Confirm. secund. In rarefactione res quanta sit maior, in condensa-tione minor: ergo variatur quan-titas à maiori in minorem & cōtrā.

30 Pro huius, & similiūm solutione nota, ex dictis in Log. Substantiam corpoream præcisivè à quantitate esse rationem occupan-di locum divisivè, sed penetrabili-ter; quantitatē vero esse ratio-nem occupandi locum impenetra-biliter, & per exclusionem alio-rum corporum ab eodem; ibica-

tionem, quæ est præsenzia localis, esse rationem formalem, cur res sit in loco; positionem denique de genere situs, quæ est actualis extensio partium iei locatæ in lo-co, esse rationem formalem, cur sit in tanto, & tanto loco. Unde cuilibet ex his formis tribuerendus est effectus, & denominatio pro-pria, & non debet fieri transitus ab una linea ad aliam; proindeque ex variatione facta circa situm non debet argui variatio circa locum; nam ut diximus, cum aqua in va-se agitatur, mutatur situs, non lo-cus. Neque ex varia ione circa locum debet argui variatio circa quantitatem, quia eadem inva-riata quantitas mutat successivè loca. Hoc notato.

31 Resp. ad argum. d. st. mai. Acquiritur maior extensio quanti-tativa, & impenetrabilis, maiori-tate appellante suprà extensionem, conc. mai. si appellet supra quan-titatem, & impenetrabilitatem, neg. mai. & pariter min. Licet enim in rarefactione acquiratur maior extensio, seu situatio; non tamen maior quantitas, aut impe-netratio; quia non crescit forma dans esse quantum, & impenetra-tum, sed solum forma dans esse extensem situaliter. Neque oblitat, quod talis maior extensio in quantitate sit etiam impenetrabi-lis; quia non est talis formaliter, sed denominativè ab ipso funda-mento. Unde sicut male argueretur,

cur: Albedo inhérens quantitati est quanta: ergo alb. do maior intensivè est magis quanta; quia sit transitus ab augmentatione formæ ad augmentationem fundamenti; ita male arguitur: extensio est quanta: ergo maior extensio requirit maiorem quantitatem, seu est magis quanta. Singula singulis tribue, & æquivocationem vitabis.

32 Ad primam confirm. conc. mai. & min. neg. conseq. Fit enim transitus ab occupatione, & impenetratione ad extensionem; locus occupatur quidem impenetrabiliter à quantitate; sed majoritas, vel minoritas huius occupationis non inde provenit, sed à situatione; ratione cuius occupatione impenetrabilis habet esse tanta, vel tanta, maior, vel minor. Sicut si argueres: Albedo sit quanta per quantitatem: sed in intensione sit quanta maior albedo: ergo ratio ne maioris quantitatis est maior albedo. Unde solum sequitur, quantitatem, occupationem, & impenetrationem esse maiorem, non formaliter, & in se, sed denominativè à maiori extensione quoad locum. Ad secundam confirm. dist. antec. maior, id est, magis extensa, conc. antec. magis, & minus quanta, seu maior, & minor, neg. antec. & conseq. Nam in rigore rarius dici nequit, fieri quantitativè maius; alijs ceteram, & oleum in statu raritatis licet pluris vendere, quam in

statu densitatis; quod est falsum.

33 Replicabis: Ideo, per nos, implicat, augeri quantitatem sine augmentatione substantię; quia, cum sint invicem vaite, tam quoad totum, quam secundum partes; implicat, novam partem quantitatis invenire aliquam partem substantię cui vniantur: sed pariter, si in rarefactione non augetur quantitas, implicat, quod nova pars maioris loci inveniat novam partem quantitatis, cui coexistat, & commensuretur: ergo sicut sine augmentatione substantię repugnat augmentationem quantitatis, ita sine augmentatione quantitatis repugnat augmentationem extentionis. Confirm. vrgenter: Partes, & puncta quantitatis ante rarefactionem erant simpliciter adequata punctis, & partibus minoris loci, & correspondebant singula singulis: sed post rarefactionem non sunt additæ novæ partes, aut puncta quantitatis: ergo non potest adæquari novis partibus, & punctis loci. Vel è contra: Sicut post rarefactionem addita sunt nova puncta, & partes loco, ita in corpore locato; alijs eadem puncta, & partes, que vni palmo erant adequata, adæquarentur simul duobus, & plurimis palmis; quod est incredibile.

34 Resp. conc. mai. & min. neg. conseq. Nova enim pars quantitatis requirit novam partem substantię; nova vero pars loci

non requirit novam partem quantitatis, sed eadem magis extensa sufficit. Dicrimen est: Quod in hæc quantitatibus in substantia nova non est pura, & simplex coexistens utriusque, sed est verâ, & realis dependentia quantitatis secundum suam entitatem ad substantiam ut ad causam materialem; ideoque cum augetur quantitas, si non augetur substantia, non inventiet causam materialem, à qua dependeat. At res locata, aut temporalis non dependet secundum se, & quoad suam entitatem à tempore, & loco, sed patet, & simpliciter coexistunt. Solum ergo dependent reduplicative ut lacatæ, & ut sunt in tempore; proindeque augmentum non debet cadere super quantitatem, quæ est independens à loco, sed supra extensionem, quæ ab illo dependet. At cum quantitas secundum suam entitatem dependeat, ideo debet augeri subiectum dependentiæ, si ipsa quantitas augetur. Quæ disparitas amplius patet exempla de motu latitudo apponendo.

35 Ad confirm. dist. mai. Partes quantitatis ut sub filio statu extensionis, conc. mai. ut sub aliè statu rarefactionis, seu ut magis extensa, neg. mai. Et dist. min. Non sunt additæ novæ partes, nec nova extensio earundem, neg. n. in. novæ partes entitative, & in se, conc. min. & neg. conseq. in sensu distinctionis. Quantitas enim ex

se solum habet tantitatem partium; id est, tot, & non plures; & in hoc sensu præscindit à tanto, vel tanto loco, cum absque detractio- ne partium possit ad punctum di- vinitus reduci. Sic enim est quantitas Christi D. in Eucharistia, & absque additione partium potest in loco extendi; sic enim est Christus D. in cœlo.

Unde tanta, vel tanta exten- sio non oritur præcisè ex partibus, sed ex ipsis fundamentaliter, & formaliter ex diversa dispositione, & situ; ideoque invariata entitati- yè quantitate, si tamen varia ut si- tos, erit in maiori, vel minori lo- co. Sicut non alia ratione motus testudinis coextenditur horæ, sicut motus aquilæ; nisi quia in motu testudinis licet sint pauciores par- tes, sunt tamen rariores; in motu vero aquilæ licet sint plures par- tes, sunt tamen densiores. Imò ex hoc efficax argumentum pro nobis desumitur; nam si aquila velocissime moveretur, per horam cor- responderent partes, & indivisibili- bus motus partibus, & indivisibili- bus temporis; si vero eundem motum lente conficeret, impleret utique quatuor horas, & amplius; quomodo ergo cum æqualibus partibus, & punctis potest corres- pondere quatuor horis, si ante- vni tantum hora correspondebat? Certè nulla potest assignari causa nisi diversus status raritatis, vel densitatis in motu.

Et in hoc sensu intelliguntur definitiones rari, cum dici solet, quod habet parum materiae sub magna quantitate; & densi, quod habeat multum de materia sub parva quantitate. Nam ibi per quantitatem intelligitur maior, vel minor extensio, ac dimensio localis, non autem dimensio quantitativa. Vel dici potest, quod quantitas est magna, vel parva denominative ratione extensionis, non formaliter, seu ratione propriæ entitatis.

36 Arg. 3. Si rarefactio sit sine additione novæ quantitatis, & condensatio sine aliqua illius deperditione, sequitur, quod eadem quantitas sine sui augmentatione occupet in rarefactione duplē locum, & in condensatione duæ partes quantitatis in eodem penetrerentur loco: utrumque est absurdum: ergo. Prob. utraque seq. si corpus palmare rarefatur usque ad alterum palmum, tunc sine amissione prioris loci acquirit de novo alium locum palmarem: ergo eadē quantitas palmaris erit in duplice spatio palmeri, ac proinde in duplice loco ad eamquato. Prob. altera seq. si corpus palmare condensetur, & reducatur ad spatiū semipalmare, quantitas palmaris occupabit spatium semipalmae: ergo duplex pars quantitatis semipalmaris erit in unico semipalmae loco: ergo duæ partes quantitatis erunt naturaliter penetrante in eodem loco.

Confirm. 1. Partes quantitatis nequeunt fieri, sibi invicem immediatorēs, quam quod continentur per indivisibile, nisi penetrantur; nec possunt magis ad invicem distare, quam per indivisible, nisi discontinuerint, vel replicentur: ergo nisi addatur, vel dematur aliqua pars quantitatis, nequeunt eius partes in rarefactione magis dilatari, neque in condensatione magis constipari, seu comprimi. Confirm. 2. Duæ aquæ palmares non possunt ponisimil in uno loco palmari absque penetratione: ergo aqua rarefacta occupans duos palmos nequit per condensationem absque penetratione ponis in loco palmari. Prob. conseq. Aqua rarefacta tam continet duos palmos, & tam bene potest dividī in duplē palmum quam duæ aquæ palmares, si continuarentur: ergo si illæ nequeunt absque penetratione ad palmum reduci, pariter neque ista.

37 Resp. ad argum. (Quod larva, & terriculamentum ingeniorum est) illud virgere in omnium sententia. Virget in sententia Thomist. cum ipsi non addatur quantitatē in maiori extensione locali, nec in minori detrahantur; preindeque tenentur illud solvere, sicut de facto Complut. Ioan. & S. Thom. & alij conantur, & non assentuntur. Virget sententiam de acquisitione, & deperditione quantitatis partialis; si enim auxilla illana

illam potest augeri , vel minui quantitas sine augmento , aut de perditione substantiae , in qua subiectatur: ergo , & poterit augeri , vel minui extensio localis sine quantitate , in qua fundatur. Quidquid ipli respondeant , respondebimus , & nos. Urget denique sententiam de corpusculis , si non in quantitate permanenti , saltim in successiva; quomodo enim motus testudinis coextenditur horæ cum paucioribus partibus , si motus aquilæ coextenditur cum pluribus? Unde in hac re omnes in stadio sumus , & laboramus æquali fortuna.

38 Itaque neg. utraque seq. & ad prob. primæ conc. antec. dist. utrumque conseq. in duplice spatio , seu loco adæquato , attento statu rarefactionis , neg. conseq. attento statu condensatiōnis , conc. conseq. Ad proq. secundæ dist. antec. occupabit spatium semipalmi servato statu raritatis , neg. antec. amissio illo , & posita in statu densitatis , conc. antec. & neg. utraque conseq. Neque enim quantitas raresfacta ponitur in duplice loco; neque addensata penetrantur ejus partes. Ratio sæpius inculcata est: quia quantitas licet naturaliter non possit extendi in infinito loco , neque condensata reduci possit ad minimum ; quia habet suos terminos penes minorem , & maximam extensionem; tamen intra tales terminos est indifferens , ut sit modo magis , modo minus

extensa , quoad maiorem , vel minorem locum iuxta varios status rari tatis , & densitatis , maioris , vel minoris. Unde commensuratio inter locum , & locatum intra proprios limites pensari debet ex vario statu raritatis , vel densitatis ; ex quo provenit , quod locus , qui erat adequatus quantitatib[us] densæ , non sit sufficiens quantitat[ib] rarae ; & locus , qui quantitat[ib] rarae erat æqualis , est maior loco quantitatis densæ. Quantitas enim est indifferens ad maiorem , vel minorem locum ; determinaturque ad unum , vel alium iuxta proportionem situationis , quæ est forma commensurans ipsam cum loco. Ideoque neque in rarefactione eadem quantitas ponitur in pluribus locis , sed tantum in maiori loco , quam anteā , neque in condensatione contingit penetratio partium , quia non condensatur corpus per coexistētiā unius partis in loco alterius ; alias non quilibet pars densa fieret densa , sed per compressionem singula rum partium ad minus spatium , quam anteā occupabant. Sicut eadem hora capit plurimas partes motus aquilæ absque eo , quod istæ penetrantur , & simul coexistant ; & impletur paucioribus partibus motus testudinis absque eo , quod eadem pars illius motus replicetur , aut coexistat simul dupli parti temporis.

39 Ad primam confirm. dist.

antec. Nequeunt fieri immediatores, aut magis ad invicem distare, loquendo de immeditatione, & distantia partium in ordine ad se, concantec. in ordine ad locum, neg. antec. & conseq. Semper enim, sive in rarefactione, sive in condensatione, partes sunt sibi invicem immediatae, & continuatae per indivisibilia; neque condensatae penetrantur, neque rarefactae discontinuantur. Quia additio, vel subtraction non cadit supra quantitatem in ordine ad se, sed in ordine ad positionem de genere situs; quia positio, quia formaliter extendit quantitatem, ideo ante ipsam partes illius in ordine ad locum, nec distant, nec non distant. Et licet extensio recipiatur in quantitate, & una affectat plures partes, & indivisibilia, quam altera; non ideo quantitas eget pluribus, aut paucioribus indivisibilibus, vel partibus, ut recipiat maiorem extensionem, quam minorem; sed ipsam et eius indivisibilia, & partes sub diverso statu sufficiunt recipere ipsas.

40 Ad secundam confirm. conc. antec. neg. conseq. Ad prob. dist. antec. prout illi palmi important partes extensionis de genere situs, conc. antec. prout important partes integrales quantitatis, neg. antec. & conseq. Fit enim comparatio inter duas aquas absolute sumptas, & sub eodem statu existentes, ad eandem aquam sub ra-

refactione respectu sui ipsius sub condensatione; quod fieri non licet, quia duæ aquæ condensatae non solum habent equalē extensionem, sed etiam æquales partes. At aqua condensata habet æquales partes, sed maiorem extensionem in uno statu, quam in alio; ideoque duæ primæ non possunt in palmo collocari, quia supponimus hanc esse minorem extensionem, quam habere possunt. Aqua vero rarescita est sub maiori extensione, quam potest habere; & proinde potest ad minorem reduci. Unde tamen aqua rarescita, quam illæ duæ si centruarentur, possint dividiri, sed cum hac differentia: quod in vitroque casu divisio esset æqualis, loquendo de palmis, ut important positionem de genere situs; & in hac linea haberentur hinc duo palmi, & illinc alij duo; at loquendo de partibus integralibus quantitatis duplo magis essent in prima divisione, quam in secunda.


41 Arg. 4. Si rarefaction, & condensatio consistunt in maiori, vel minori extensione locali præcisè, sequeretur, quod si corpus extensum reducatur a Deo in punctum, vel in minorem extensionem, diceretur condensari; & si postea extendatur ad locum priorem, vel ad maiorem, diceretur rarefieri: hec est falsum: ergo. Resp. neg. seq. Nam condensatio non est quicunque reductio totius


quantitatis ad minorem extensio-
nem; sed talis ratione cuius quæ-
libet pars reducatur ad minorem
locum, non per coexistentiam
vnius partis in loco alterius, que
potius est penetratio; & rarefactio
non est quæcumque extensio,
quia non est extensio per replica-
tionem, aut extractionem vnius
partis à loco alterius. Deus itaque
si reduceret quantitatem ad pun-
ctum, aut ad minorem extensio-
nem, non ideo condensaret; quia
hoc faceret per coexistentiam om-
nium partium in eodem punto,
aut vnius partis in loco alterius;
neque etiam rarefaceret, quia
extenderet, vel per replicationem,
vel per extractionem vnius partis
à loco alterius, vel per disconti-
nuationem vniuersitatis.

42 Pro quo, & aliorum so-
litione nota 1. tam in rarefactio-
ne, quam in condensatione, sem-
per partes mutare omnino prio-
rem extensionem localem, & no-
vam omnino acquirere maiorem,
vel minorem; quia in condensa-
tione una cedit alteri locum, in
quo erat; & in rarefactione una

expellit aliam à loco, quem occu-
pabat; alia non quælibet pars ra-
ti esset rara, nec densi densa.

43 Nota etiam, quod quan-
do oleum, v. g. rarefit, retinet
priorum locum, & simul acquirit
partem maioris; sed nihil retinet
de priori situ. Ratio est: quia sicut
aqua in vase agitata retinet lo-
cum, & mutat omnino situm; ita
in rarefactione retinet partem lo-
ci cum omnimoda variatione si-
tuacionis. Unde in rarefactione,
& condensatione quantitas locali-
tèr movetur secundum partes: &
partialiter, seu inadæquatè secun-
dum totum, & hoc tantum conse-
quenter, & secundariò; nam tunc
censetur aliquid propriè moveri
secundum totum, cum totaliter
deserit priorem locum, & aliud
novum acquirit; quod non con-
tingit in rarefactione, & conden-
satione, nisi solum inadæquatè,
& partialiter. Quare isti mo-
tus
propriè sunt ad situm, non ad
vbi; & si aliqualiter sunt
ad vbi hoc est mate-
rialiter non for-
maliter.





LIBER II.

DE GENERATIONE MIXTORUM ; UBI de elementis , & eorum metheoris.

Hec secunda pars generationem , & corruptionem corporis mixti , seu mixtionem contemplatur ; ideoque præcipua est , cum agat de obiecto attributionis huius tractatus ; quod esse corpus mixtum , in eius limine manet dictum . Corpus autem mixtum ex elementis , eorumque qualitatibus constat ; ac proinde prius de elementis , quam de mixto ex ipsis compacto agere oportet . Et licet elementa possint considerari , vel sub ratione corporum simplicium , quomodo sunt partes subiectivæ corporis naturalis , pertinentque ad Lib. de Cœlo ; vel quatenus sunt principia mixti , qua ratione non sunt species subiectivæ , sed partes unius speciei ; tamen ut quæ de ipsis oportet sciri simul inveniantur , hic de omnibus pertinentibus ad elementa agere decrevimus .



DISPVTATIO I.

DE ELEMENTIS IN COMMUNI.

Quæst. I. Quid, & quotuplex sit elementum? & quæ qualitates singulis convenient?

1 **E**lementum nomen est officijs, non naturæ; significat enim concursum ad aliquius rei compositionem; ideoque latè sumitur pro eo, ex quo aliquid componitur, & in quod tandem resolvitur; quod sensu convenit partibus essentialibus physicis; immo litteris, quæ dici solent elementa syllabarum, & orationis. Hic autem accipitur pro illis corporibus, quæ ad mixtorum generationem concurrent.

2 Definitur autem elementum à Phylos. 3. de cœl. text. 31. sic: *Cörper, in quod alia corpora dividuntur, quod inest, aut potentia, aut actu, ipsumque est indivisibile in diversa specie.* Ly corpus ponitur loco generis; in quo convenit cum alijs corporibus. Dicitur, *in quod alia corpora dividuntur*; quia mixta tandem resolvuntur in elementa. Additur, *in quibus inest actu, aut potentia;* quia elementa manent in mixto, sive formaliter, sive virtualiter; de quo postea. Subditur denique, *ipsum esse indivisibile secundum spe-*

ciam; nam licet aqua, v. g. possit dividii in plures partes integræ, illæ tamen partes non sunt corpora specie diversa; pariter, & si dividatur in partes physicas essentiales, istæ tamen sunt principia corporum, sed corpora completa non sunt.

3 Hec igitur elementa quatuor sunt, scilicet, ignis, aëris, aqua, & terra. Cuius divisionis, potissima ratio sumitur ab experientia sensibus comprobata: nam si aliud elementum præter illa foret, aliquod per tota saecula apparueret signum eius, aut vestigium; & hucusque non apparuit.

4 Pro resolutione autem quæsiti notandum, quatuor esse primas qualitates, calorem, frigus, siccitatem, & humiditatem. Has autem esse formas positivas, & accidentales corporibus, nullus rationabiliter negat, præter paucos Cardano adhærentes. Istæ primæ qualitates sic in communis possunt definiri: *Quæ neque ex sese, neque ex alijs, sed ex ipsis omnes alia qualitates sunt.* Quæ definitio respectivè explicanda est, sicut illa de primis principijs in Physic. explicata, non quidem in rigore sed servata proportione, & per quam

quamdam analogiam. Neque enim illæ tres conditiones ita propriæ ipsis convenient, ut non aliquas exceptiones patientur.

5 In particulari verò definiuntur in concreto sic: *Calidum est*; quod congregat homogenea, & segregat etherogenea; id est, calor est qualitas, cuius virtute ea, quæ sunt eiusdem rationis, advanuntur; quæ verò alterius sunt rationis, dissolvuntur. Cum enim aurum purgatur igne, omnes partes eiusdem rationis simul vniuntur, & dissimiles, ut scoria, separantur; & cum cera liquifit, si habeat in se lapides, & paleas simul concretas, paleæ supernatant, lapides sub-sident in fundo, & in medio cera remanet pura. *Frigidum est*, quod congregat homogenea ac etherogenea simul; quod apareat in aqua congelata, vbi omnia in ea reperita, cuiuscumque sint generis, & conditionis, simul vniuntur; nam frigus habet virtutem condensandi, & constringendi; ideoque quod reperit, simul constringit, & condensat. *Humidum est*, quod facile terminatur termino alieno, sed non proprio; nam humiditas corpori afferit quamdam fluxibilitatem, ratione cuius corporis diffi-culter retinet proprios terminos, & figuram, sed faciliter figuram corporis continentis accommodatur; ut patet in aqua, & aëre in vase inclusis. *Siccum denique est*, quod facile terminatur termino

proprio, sed non alieno; nam siccitas quamdam conservat duritatem, & consistentiam corpori, per quam faciliter propterea retinet figuram, & resistit adaptationi figuræ alienæ; ut patet in lapide, ferro, terra, &c. His notatis, sed non profundè discutis, quia brevitas non amplius patitur.

6 Supponimus 1. Nullem elementum posse habere simul omnes quatuor qualitates. Id enim constat. Tum experientia: Quia nec ignis de se frigidus est, nec aqua sicea. Tum: Quia cum invicem temperentur pro mixtorum cōstitutione, neccesse est ut aliquam contrarietatem in se habeant nam omnis transmutatio fit ratione contrarietatis.

7 Supponimus 2. Nec quilibet elementum posse minus quam duas qualitates habere, vnam, scilicet, communem cum elemento proximo, per quam se invicem conservari possint; alteram verò contrariaim, ut secum non nihil altercando ad alterationem, & compositionem mixtorum possint concurrere. Si enim vnam tantum haberent, vel hęc esse contraria qualitati elementi proximi, & sic se invicem brevi destruerent; vel esset communis vtrique, & sic vnum ex illis superflueret ad finem mixtionis, & non se attemperarent per reactionem.

8 Supponimus 3. Nec ambæ istæ qualitates possunt in summo

in uno elemento reperi. Tum: Quia formæ specie diverse non possunt petere pro dispositione eamdem qualitatem, & in eodem gradu: ergo si unum elementum habet unam qualitatem in summo, non potest alteram in summo, sed solum propè summum habere. Tum: Quia si ambae qualitates aliqui elemento convenienter in summo, non possunt assignari, quenam sit primaria, & ei magis propria. Unde restat, quod singula elementa habeant duas qualitates, unam in summo, & aliam propè summum. His suppositis.

9 Dicimus: Qualitates istas hoc ordine inter elementa esse distributas: ignis est calidus in summo, & sic us propè summum; aëris est humidus in summo, & calidus propè summum; terra est secca in summo, & frigida propè summum; denique aqua est frigida in summo, & humida propè summum. Ita communis Phylosphor. sententia. Et in primis, quod ignis sit summè calidus, patet: nam experientia constat, nullum aliud extare sublunare corpus adeo calidum, & actuosum, sicut ignis; & si quis proterviēdo negaret, ignis posset exponi, quevisque fateatur, esse calidum. Ex consequenti autem illi convenit siccitas. Prob. Quia ignis extinguitur aqua, etiam valde calida, & ferventi: ergo non solum aqua contrariatur ei in frigiditate, sed etiam in humi-

ditate.

Deinde: Quod humiditas conveniat aëri in summo, constat: nam si proprius effectus humiditatis est reddere subiectum fluidum, liquidum, & difficulter proprijs terminis terminabile, facile tamen alienis, ut constat ex definitione; sequitur, aërem esse humidum in summo, quia nihil aëre fluidius. Ex consequenti autem, & infra summum est calidus: nam si esset frigidus, non conservaretur, sed potius destrueretur ab igne vicino, cum ei omnino sit oppositus, non minus, quam igni aqua; & aliunde experientia constat, non esse ita calidum, sicut est ignis; ideoque est calidus, sed tantum propè summum.

Item: Quod aqua sit summè frigida, etiam experientia constat: quia nullum elementum adeo frigidum sentitur, sicut aqua; immo terra, quæ frigida est, si aqua aspergatur, & imbuatur, frigidior apparet. Quod autem ex consequenti sit humida, constat ex eo: *Quod difficile terminatur proprijs terminis, & facile alienis;* non tamen est ita humida sicut aëris, quia est minus fluida, & interdum proprijs terminis continetur; ut cum in pulverem labitur, tunc enim globosam, & sphæricam assumit figuram; non licet aëris.

Tandem: Quod terra sit secca in summo, constat. Tum: Ex sacra script. quæ hac ratione ter-

ctiam

iam vocat aridam ; & licet ipsam etiam appelle *hamum*, non ideo est, quia ex se sit humida ; sed loquitur de ipsa prout commixta aqua , ex quibus limus effectus est ad formationem animantium. Tum etiam: ex definitione siccitatis, quæ convenit terræ præ alijs elementis. Quod autem ex consequenti sic frigida , liqueat : videmus enim lapides , & metalla, que sunt corpora valde terrestria , frigiditate vigere ; non tamen est tam frigida ac aqua ; quia aqua plus refrigerat , quam terra : ergo de primo ad ultimum benè sic distribuuntur qualitates per elementa.

10 Arg. probando, ignem esse humidum, i. Quia videmus metalla igne liquefieri : ergo ignis est humidus. Patet conseq. Nam omne agens , dum agit, intendit assimilare sibi pastum. Secund. Manus imposita super flammarum retrahitur inde , nedum calefacta , sed etiam humectata: ergo. Tert. Humidum est, quod facile terminatur , & figuratur termino alieno , sed non proprio: hoc convenit igni, ut patet in flamma: ergo.

11 Resp. ad primum dist. antec. Liquefieri à virtute humectandi, neg. antec. à virtute rarefactiva, conc. antec. & neg. conseq. Metalla enim ex se habent humiditatem ; nam eorum materia est humida , aqua , vnde uosa , atque viscosa , & à frigore addensatur

cum subtili terreo ; ideoque hoc ipso , quod frigus illa connectens superatur à calore , statim liquefiunt, & humida evadunt; quia defectu frigoris nequit siccum terreum amplius cohibere fluxibilitatem humidi aquei. Unde ignis per se solum causat calorem , per accidens humiditatem ; quatenus removet frigus , quod fluxibilitatem impeditiebat. Ad 2. conc. cas. Sed causa illius humiditatis non est ignis in se , sed quia secum ex lignis semper trahit aliquid humiditatis; ideoque apud nos ignis non est in omnimoda puritate.

12 Ad tertium dist. mai. facile, id est, sponte sua , & quasi ab intrinseco, conc. mai. coacte , & ab extrinseco, neg. mai. & dist. min. in eodem sensu , neg. conseq. Humidum namque non dignoscitur ex quacumque terminatione , aut susceptione figuræ termini alieni, sed ex spontanea , & quasi intrinseca ; nam quod ægre continetur ab alio , vt lana , & stupa in vase compressæ , non sponte recipit terminos rei alienæ. Ignis itaque è græ , & quasi violenter terminos alienos suscipit, nam hue , & illuc discurrat , vt foras erumpat ; & si os cibani, v. g. claudatur , statim extinguitur ; signum evidens violentiæ. Humidum vero sponte se accommodat figuræ continentis , & in eo quieteit ; vt patet in aqua in vase , & aere in cubiculo inclusis.

Quod

Quodsi interdum humida quedam
foras erumpunt, vt evenis in aqua
aggeribus conclusa, & in vino in
dolio; id ab humiditate non pro-
venit, sed à gravitate, vt in aqua;
vel à calore, vt in vino fervente;
vel alia simili causa.

13 Deinde arg. aerem esse
frigidum, aliquibus experientijs
1. Aer deseruit respirationi, & re-
frigerationi animalium; & motus
flabello refrigerat faciem: sed si
esset calidus, ad hoc esset ineptus:
ergo. Second. Aer in media re-
gione, ubi est magis depuratus à
contrarijs, est intense frigidus;
ideoque in ea regione generantur
nives, & grandines; ex quo prove-
nit, qad dūm sumus in turti, aut
cucumine montis, magis frigesci-
mus propter propinquitatem illius
regionis: ergo. Tert. Aer ci-
tius frigescit, quam aqua calida:
ergo est saltim àquè frigidus cum
ipsa; nam hæc recuperatio signum
est frigiditatis conaturalis. Quar-
to. Quia aer congelat aquam; nam
è puto educta hyeme glaciatur;
& alta flumina non in imo, neque
in medio, sed in parte superiori
gelantur, quia hæc frigori aeris
magis exposita est.

14 Resp. ad prim. Aerem de-
servire respirationi, & refrigera-
tioni cordis; non quia in se fri-
gidus sit, sed quia ultra propriam
humiditatem secum fert aliquam
frigiditatem terræ, & aquæ, sed
temperatam, vt cor alioquin deli-

catissimum non lœdatur frigore.
Unde est quasi vehiculum defen-
rens ad cor frigiditatem refractam
& sceras expellens calorem ni-
mium à corde productum; & hoc
iterato ingressu, & egressu, respi-
rat animal. Unde aqua sola respi-
rare non posset. Tum: Quia non
ingreditur per pulmones. Tum:
Quia etsi ingredieretur, tamen sua
densitate, & intemperato frigore
ita circumobssisteret calotem, vt
cor suffocaret. Idem dico de refri-
geratione vultus, cum aer flabello
cietur; refrigeratur enim, non tan-
tum novi aeris successu; alias cum
animal de uno ad aliud locum
moveatur, eodem beneficio poti-
retur; sed quia flabello nedum ex-
pellitur externus aer circa faciem,
sed etiam internus inclusus in po-
ris faciei, qui præsertim mole-
stiam affert; neque expellitur mo-
tu de ambulationis, nisi sit conci-
tutus, sicut motus flabelli.

15 Ad secundum frigiditas il-
la mediæ regionis provenit à va-
poribus aqueis frigore præditis,
ex quibus nubes, & pluviae sunt;
orientem autem Sole, quoniam re-
flexio solaris ad eam partem non
pervenit, purgat solam hanc infi-
mam regionem à frigiditate nocte
præcedenti contracta, remanente
regione media in priori frigidita-
te, atque humiditate; que ulterius
clausa duobus extremis calidis,
per antiperistasm validius fortifi-
catur; vapores enim sursum eleva-
ti

ti prohibentur contrarietate su-
premæ regionis ultrà ascendere; &
à calore reflexo è solaribus radijs
pelluntur ab ima regione, & as-
cendere coguntur ad medium re-
gionem acriis. Unde non ipse aer,
sed vapores illi à contrarijs hinc
inde obfesi faciunt frigoris aug-
mentum.

16. Ad tert. Aer facilè amittit calorem ob humiditatem cum
rariitate coniunctam; ratione qua-
rum facilius à propinquis agenti-
bus alteratur, quam aqua, quæ
densa est; nunquam tamen omni-
no calorem amittit; imò expe-
rientialia etiam probat, aerem esse
calidum, nam etiam frigus facilè
amittit. Ad quart. Aer circa nos
est valde impurus ob alterationem
à contrarijs. Unde congelat aquā
ratione frigoris adventitij; quod
licet non sit ita intensum ac in
aqua, ramen iuvatur à mixtione
exhalacionum terrestrium, & sie-
carum; siccitas autem iuvat ad
reddendum corpus solidum; idèo
que illæ exhalationes convertun-
tur in quendam humorem, & suc-
cum veluti coagulum, & inde con-
gelatur aqua.

17. Præterea arg. Aerem esse
siccum: nam quando aer est pu-
rus, madidos pannos, & vesti-
menta exsiccat, vt patet ad sen-
sum; ergo. Confirm. Quia nun-
quam vidimus, aerem se solo hu-
mectare; sed ab extrinseco, scilicet,
ratione vaporum, & pluvia-

rum, quæ facilè imaniscentur aeri
ob eius tenuitatem: ergo. Secund.
prob. Aerem non esse humidum
saltim in summo: quia experien-
tia constat aquam magis hume-
ctare, quam aerem; imò aqua hu-
mectat ipsum aerem, vt patet tem-
pore pluviarum: ergo.

18. Resp. Aerem non exsic-
care qualitate innata, sed extra-
nea, & peregrina aliunde accepta,
vel ab influentia desiccativa cceli,
vel à Sole, vel à vento aliquo
vrente; quæ qualitates aliquando
in ipso aere puro servantur. Ad
confirm. Non experimur, aerem
humectare, vt de aqua; quia ad
hoc debèret corporibus adhærere
ad instar aquæ; & ob eius subtili-
tatem, & raritatem nimis diffuit,
& dilabitur. Præterquam quod
humectatio non sumitur hic pro
irrigatione, sed pro fluxibilitate;
vt postea dicemus.

19. Ad secund. humiditatem
posse sumi, vel ad sensum vulgi;
apud quod illud dicitur humidum
quod irrigat, & madefacit corpo-
ra, eis adhærendo ratione humili-
aquej, & vaporosi, quod crassum
est, & aliquid viscositatis habens
ob facilem adherentiam; vel phy-
losophicè, qua ratione illud est
humidum, quod de se fluidum est,
nec proprijs terminis contineri
potest, facilè tamen alienis. Con-
cedimus ergo, aquam esse humili-
diorem aere in primo sensu vul-
gi; aerem vero esse humiliorem
in

in sensu phyleosophico. Unde cum Script. lob. 12. ait: *Si continuerit Deus aquas omnia siccabuntur; sensus est, per aquam omnia irrigari, & infundi; & sine aqua statim siccari siccitate opposita irrigationi.*

20 Denique obiectur, quod aqua sit calida, vel salutem non sit summe frigida 1. Frigus intensum corrumpit aquam, quia nimio frigore Aquilonis convertitur in crystallum: ergo non est frigida, sed calida, quia simile non agit in simile. Secund. Aqua minus frigefacit, quam terra; nam loca maritima sunt mediterraneis calidiora. Tert. Humiditas difficiliter removetur ab aqua, quam frigiditas: igitur est magis humida, quam frigida, ac proinde non frigida in summo.

Resp. ad prim. quod illæ mutationes aquæ in crystallum, & consimiles non sunt solo frigore, sed etiam concurreat siccum terrum, quod illius humiditati inimicum est, & ab Aquilone defertur. Ad secundum regiones maritimæ sunt calidiores mediterraneis; quia metheora frigida, & nix, glacies diutius morantur in terra, quam in mari, & infinitimis regionibus ob siccitatem terræ; sed in mari, & circa mare ab humido aquo citè dissolvuntur. Ad tertium causa, cur frigus, facilius removetur ab aqua, quam humiditas, non est, quia sit remissius; sed quia est minoris resistentiæ, quam

humiditas, licet sit maioris actiæ vitatis.

21 Pro allorum solutione hanc generalem serva regulam: quod si aliquid elementum præstat effectum non proportionatum suis qualitatibus; hoc idè est, quia tale elementum non est in sua puritate, ac naturali dispositione; sed quia, ut modo elementa disposita sunt pro bono Universi, quodlibet habet qualitates extraneas, & adventitias ex vicinio alterius elementi, vel ex astrorum influxu.

Ques. II. An, & quomodo elementa possint iuvicem transmutari?

1 Elementa alia sunt symbola, alia disymbola. Symbola sunt, quæ convenient in aliqua qualitate; vt ignis, & aer in calore; aer, & aqua in humiditate; terra, & aqua, quæ communicant in frigiditate. Dissymbola sunt, quæ in utraque qualitate differunt; vt ignis, & aqua; terra, & aer. Quæstio ergo procedit de elementis, tam symbolis, quam dissymbolis. Et supponimus, quod elementa dissymbola regulariter non transmutantur ad invicem, nisi mediante symbolo, aut alio mixto, cum quo maiorem habet affinitatem, quam inter se; idèque ignis, dum extinguitur, communiter convertitur in fumum, vel in aerem. Unde non est difficultas, an sem-

semper ex uno elemento aliud immediatè generetur; sed solum, an pessit generari; seu an ex vi dispositionis, & distantie eorum repugnet unum in aliud immediatè, & naturaliter transmutari?

2. Dicimus 1. Unum elementum potest immediatè in aliud elementum transmutari, sive sit symbolum, sive dissymbolum. Ita communiter Philosophi cum Arist. hic text. 24. Prob. de elementis symbolis; sapè enim videntur, ignem in terram converti; nam si terra aperiatur, extinguitur: ergo in illa materia immediatè introducitur forma terræ. Prob. conseq. Terra corrumptus ignem inducit proprias dispositiones: sed propriæ dispositiones terræ nequeunt aliam formam introducere: ergo. Similiter experimunt, terram in ignem converti; vt constat in montibus ignem evomantibus, ubi verisimile est, terram in ignem converti. Constat etiam de impressionibus ignitis in sublimi apparentibus; nam exhalationes facilimè accenduntur, & à terra essentialiter non differunt, secundum veriorem, & communiorum sententiam. Denique videmus, aerem in aquam converti, vt in locis subterraneis; & aquam in aerem; terram in aquam, & aquam in terram converti; vt patet præcipue in fluminibus.

Prob. etiam de elementis dissymbolis: si enim guttula aquæ in

regno magnum iniiciatur, statim ab igne consumitur, & ex illa aliquid generatur: sed non generatur aliquod mixtum; nam dispositiones ab igne introductory non sunt dispositiones mixti, sed ignis: ergo ignis immediatè generatur.

3. Dices: in tali casu immediatè generatur aliqued mixtum, scilicet, fumus, non vero ignis; & ratio est, quia dispositio introductory formæ ignis est calor ut octo. Unde antequam pervenient ut ad calorem ut octo, paulatim remittitur frigiditas, & humiditas per introductionem siccitatis, & caloris remissi, & attemperati; ideoque omnes illæ qualitates sic attemperatae, & remissæ deseruent ad tale mixtum.

4. Contra 1. Licet enim paulatim remittantur qualitates unius elementi per introductionem oppositarum, tamen statim non corruptitur elementum, & generatur mixtum; nam cum tali remissione potest adhuc suam formam retinere; vt patet in aqua nimis calefacta, quæ adhuc retinet formam elementi: ergo illæ qualitates sic remissæ, & attemperatae adhuc non erunt dispositiones sufficiientes pro forma mixti. Secund. ad mixtum requiritur calor temperatus: sed in casu positio tanta est activitas ignis circa illam guttulam aquæ, quod fortiorum imprimat qualitatem, quam ad temperamentum mixti requiritur:

ergo non generatur mixtū, sed ignis

5 Arg. contra primam partem; & in primis, quod nequeat aer in ignem converti. Si aer esset pabulum ignis, semel incensus, iam ferè totus aer esset incensus. Unde, quia ignis solum perit ob defectum pabuli, nunquam extingueretur, quod est contra experientiam; si enim ligna non apponantur, etiam in fornace extinguitur. Pariter neque ignis potest converti in aerem; quia caliditas ignis deberet remitti ad caliditatem aeris; aer enim non est ita calidus, sicut ignis, vel ergo remittitur à caliditate aeris, vel ab humiditate? Non primum; nam caliditas aeris non contrariatur cum caliditate ignis. Neque secundum; quia caliditas, & humiditas non contrariantur: ergo.

Resp. ad primum, neg. seq. Licet enim aer posset esse pabulum ignis, tamen totus aer non potest incendi; quia, ut ait Subt. Doct. in 4. dist. 49. quest. 13. §. *Vnde à n.* 4. virtutes elementorum ita sunt contemporeatae in agendo, & resistendo, ut perpetuo possint conservari; hoc tamen non impedit, quin aliqua aeris particula in pugnando vincatur, & convertatur in ignem. Ad secundum dicimus, quod licet humiditas non opponatur cum caliditate; opponitur tamen cum siccitate. Unde remissa siccitate propter humiditatem aeris induc tam, remittiur poten-

tia activa ignis (nā siccitas acuit potentiam activā) quod sufficit pro introductione formę aeris; qua introducta, destruitur prior caliditas, & alia proportionata generatur.

6 Arg. contra secundam partem, 1. Elementa dissymbola valde inter se distant: ergo non potest aqua, v.g. converti in ignem. Prob. conseq. Ideò pomū, v.g. non convertitur immediatè in hominem, sed prius in chilum; & semen mediante forma embrionis convertitur in hominem, quia maximè distant, & requirunt dispositiones dissimiles: sed elementa valde distant secundum dispositiones: ergo non poterit unum immediatè transmutari in aliud, sed medio alio corpore mixto magis simili. 2. Quia ignis non potest immediatè converti in aquam: erg. elementa dissymbola nequeunt in vicem transmutari. Prob. antec. Si carbo accensus in fluvium mittatur, vertitur in fumum, aut ibi extinctus manet erg. non potest transire immediatè in aquam. 3. Terra enim nequit in aereni immediatè converti: erg. Prob. antec. Quia terra est gravis, aer verò levis: ergo prius in exhalationes convertitur; & consequenter non convertitur immediatè in aerem.

7 Resp. ad primum, conc. antec. neg. conseq. Ad prob. dist. mai. precisè, quia maximè distant, neg. mai. quia inter extrema, & medium est ordo essentialis, & per

sæ, conc. mai. & min. & neg. consequent. Disparitas est: nam viventia sunt corpora perfecta. Unde ita exigunt per tot generationes, & formas diversas transit, ut necessario, & indispeusabilitè inter formam hominis mediare debeat forma embrionis. Et ratio est; quia forma embrionis est subordinata formæ hominis, & dispositio necessaria ad eam; nam ibi fit transitus ab imperfectissimo ad perfectum idèoque necessariò fit transitus per medium. Et sic de exemplo allato. Elementa verò disymbola, licet maximè distent, tamen non sunt corpora adeò perfecta sicut viventia. Unde non exigunt ex natura sua, quod una forma sit dispositio ad aliam; & idèo etiam in elementis disymbolis potest fieri transitus ab uno ad aliud absque transitu per medium specie diversum.

8 Ad secundum, neg. antec. Ad prob. dist. antec. Invertitur in fumum regulariter, conc. antec. necessariò, neg. antec. & conseq. Ignis extinctus licet regulariter convertatur in fumum, tamen absolute loquendo potest etiam immediate in aquam converti; & fortasse ita accideret, posito titione in flumine. Neque officit, quod carbo extinctus ibi maneat; carbo enim est quoddam mixtum prorsus ab igne distinctum. Unde manet post ignis extinctionem velut eius cadaver; non quod ignis

in ipsum convertatur, cum potius ipse convertatur in ignem; sed quia ignis depascit eius materiam.

9 Ad tertium, neg. antec. Ad prob. neg. secundam conseq. Quod enim terra non convertatur in aeren, nisi media exhalatione, non est contra nos; nam sicut vapores non sunt ab aqua substantialiter diversi, ut patet in olla ferventi, in qua videmus vi caloris partes subtiliores aquæ per modum fumi ascendere; ita neque exhalationes sunt à terra substantialiter diverse; & licet moveantur sursum, hoc est ab extrinseco, scilicet, propter impressum calorem à Sole, & virtutem attractivam syderum. Unde si exhalationes in aeren convertuntur, etiam terra, à qua essentialiter non distinguuntur

10 Dicimus 2. Facilior, & citior est transitus inter elementa symbola, quam inter dissymbola. Ita Arist. hic text. 25 Probat. Quia in conversione elementi symboli una tantum qualitas transmutanda est; nam, vtaer, v.g. convertatur in aquam, sufficit, quod calor aeris transmutetur in frigiditatem aquæ: sed in conversione elementi disymboli duas qualitates transmutandas sunt; ut enim ignis convertatur in aquam, necessarium est, quod caliditas, & seccitas ignis transmutentur in frigiditatem, & humiditatem aquæ: ergo facilior, & citior est

transitus inter elementa symbola, quam inter dissymbola.

11 Dices 1. In transmutatione inter elementa symbola una qualitas pugnat contra unam; in transmutatione vero inter dissymbola duæ qualitates pugnant contra duas: sed non est difficultas, duas vincere duas, quam quod una vincat unam: ergo. Secund. Aqua, & ignis sunt elementa dissymbola; ignis vero, & terra sunt elementa symbola: sed gutta aquæ facilius, & citius vertitur in ignem, quam particula terræ: ergo facilior est transitus inter dissymbola, quam inter symbola.

12 Resp. ad primum, dist. mai. actione univoca, conced. mai. actione æquivoca, neg. mai. & dist. min. attenta præcisè actione univoca, conc. min. attenta etiam actione æquivoca, neg. min. & conseq. Servata enim proportione, & attenta præcisè actione univoca qualitatum, tam citò perimitur una qualitas contraria ab alia, sicut duæ à duabus, cæteris paribus. At quia ignis non solum calore calefacit, sed etiam propria forma substantiali actione æquivoca, ut diximus lib. 2. Physicor. disp. 4. quæst. 4. num. 15. cum elementa inter se pugnant, non tantum qualitates pugnabunt actione univoca, sed etiam formæ substanciales actione æquivoca. Unde forma substancialis

ignis, v. g. in aqua duas qualitates transmutat, in terra vero solum unam; ideoque cirus, & facilius sortitur effectum in symbolis, quam in dissymbolis.

13 Ad secundum, conced. mai. dist. min. Cæteris paribus, neg. min. si cætera non sint paria, conc. min. & neg. conseq. Quando enim dicimus, faciliorem esse transitum inter elementa symbola, quam inter dissymbola; loquimur per se, & cæteris paribus servata, scilicet, paritate in quantitate, raritate, & alijs. Si enim elementum symbolum sit in majori quantitate, vel densitate, absque dubio difficultas corrumperetur à symbolo, quam dissymbolum à dissymbolo, si est in minori quantitate, aut densitate. Unde particula terræ plus habet materię, quam gutta aquæ sub eadem extensione; si enim attenuaretur illa portio terræ per exhalationes usque ad tenuitatem aquæ, facilius converteretur in ignem, quam aqua.

Ques. III. An duo qualitates contrarie possint esse simul in eodem subiecto.

¶ **N**on solum de primis, sed de quibusvis alijs qualitatibus corporeis contrarijs procedit difficultas. Et supponimus, qualitates habere sumimum, scilicet, octo gradus, ultra quos

nequit agens naturale amplius producere. Unde cum qualitas medietatem horum graduum excedit, & pertingit quintum, est intensa; dum verò quartum non excedit est remissa. Supponimus etiam, naturaliter implicare, duas, qualitates contrarias intensas esse simul in eodem subiecto. Quod evidenter constat ex definitione contrariorum, quorum natura est, se invicem ab eodem subiecto expellere; hoc autem sicutum verificari debet de illis in gradu intensio; alias numquam se expellerent, immo nullae qualitates essent contrarie. Hoc supposito.

2 Dicimus 1. Dux qualitates contrarie in gradibus remissis passunt naturaliter simul esse in eodem subiecto. Ita Subr. Doct. sèpè, sed clarius in 1. dist. 17. q. 5. §. contra istam opinionem. sum. 3. Et prob. 1. auctoritate Tum: D. Aug. Lib. de Nat. & grat. dicentis, contraria contemporanea non invicem adversari. Tum: Arist. sèpè, sed præcipue 4. metaph. tex. 27. vbi explicans modum, quo contraria possunt esse simul inquit: *Si aut aliqua ex parte ambo, aut alterum quidem ex parte, alterum verò simpliciter insit.* Hoc est, si ambo sint in gradu remisso, vel si unum sit in gradu intenso, aliud in remisso, ita ut gradus utriusque latitudinem octo graduum non excedant.

3 Secundo prob. ratione

Doct. vbi suprà: Quando aqua calcit, non statim consumptur totaliter frigus aquæ; alias statim esset intense calida, quod experientia evidenti repugnat: ergo frigus paulatim, & successivè remittitur per aliam qualitatem; sed hæc alia nequit esse calor paulatim frigus expellens: ergo toto illo tempore, quo excentur motus intensionis, & remissionis, sunt simul in gradibus remissis calor, & frigus; proindeque idem de alijs qualitatibus corporeis contrariis dicendum.

4 Arg. 1. Contraria sunt, quæ sub eodem genere maxime distant, & ab eodem subiecto mutuo se expellunt: sed qualitates adhuc in gradu remisso sunt contrarie, quia non sunt tales ratione intensionis; alias solum per accidens contrariarentur, quia intensio est accidens ipsarum: ergo. Confirm. prim. Dux dimensiones minus repugnant, quam duo contraria: & tamen nequunt esse in eorum loco simul naturaliter: ergo pariter. Confirm. secund. Actus erroris, & scientiae; assensus, & dissensus; letitia, & dolor; amor, & odium de eodem obiecto adhuc in gradu remisso nequeunt esse simul: sed hoc non est nisi ratione contrariarentur: ergo. Idem patet de sanitate, & egritudine, pulchritudine, & disformitate.

5 Resp. explic. definitione. Ab eodem subiecto mutuo se expellunt aptitudinaliter, e.g. seroper actuam.

actualiter neg. Et cons. min. neg. conseq. Itemur, calorem, & frigus, v. g. adhuc in gradu remisso contrariari; quod malè negant aliqui; sed tamen effectus per se contrarietatis est expulsio tantum aptitudinalis; actualis verò est accidentis, per accidentis, & separabile. Ideoque in gradu remisso hæc actualis expulsio separatur ob illimitationem subiecti; hoc enim naturaliter est capax octo graduum qualitatis; ac proinde dummodo octavus gradus non excedatur, potest habere tot unius, & tot alterius, v. g. quatuor frigoris, & quatuor caloris, vel quinque frigoris, & tres caloris.

Ad primam confirm. conc. mai. & min. neg. conseq. Ratio enim, cur duæ dimensiones nequeunt esse simul non est contrarietas, sed adæquatio quælibet enim dimensio respicit suum locum adequate, secus autem qualitates in gradibus remissis; que, si latitudinem octo graduum non excedunt, quælibet non adæquat capacitatem subiecti; ideoque istæ licet magis contrariae, possunt esse simul, non illæ.

Ad secundam confirm. conc. mai. neg. min. Nam repugnantia passionum, & actualis incompossibilitas non convenit illis actibus ex generali ratione contrarietatis, sed ex speciali ratione, quatenus, nempe, vitales sunt. Ex quo capite nequeune simul coexistere ob contradictionem, quam includunt

ex parte obiectorum eo, quod unus actus destruit formale obiectum alterius; nam per actum scientie colhicetur homo, vt rationalis; per actum erroris, ve irrationalis; obiectum assensos est verum saltim apparet, obiectum verò dissensus est falsum; obiectum letitiae est bonum, & odij malum. Itaque cum ex his actibus, quod unus affirmat, alter neget; & quod unus ponit, alter destruat, quia habent rationes obiectivas omnino repugnantes; ideo adhuc in gradu remisso nequeunt esse simul in intellectu, & voluntate; quod in alijs contrariis non reperitur.

6. Adverte tamen, habitus in gradu remisso posse esse simul. Et discriben inter actus, & habitus est: quod habitus solum sunt inclinationes ad actus. Unde non important actualē, & proximam conjunctionem cum obiectis, sicut actus, sed remotam, & potentiam. Potentiae autem, seu inclinationes ad actus contrarios in diverso tempore elicendos non repugnant saltim in gradibus remissis, quamvis actus ipsi simul in esse repugnant.

Ad id quod additur de sanitate, & ægritudine, resp. non esse species qualitatis, sed relationes, quæ qualitates denominant; immo privativè opponuntur sanitas cum ægritudine, & pulchritudo cum disformitate; ideoque non mirum, quod

quod simul esse non possint.

7 Arg. 2. Magis repugnant calor, & frigus in quocumque gradu, quam duo frigora ambo intensa, vel unum intenso, & aliud remissum: sed nec duo frigora in summo, nec unum in summo, & aliud in remisso simul esse possunt in eodem subiecto: ergo nec frigus, & calor adhuc in gradu remisso. Resp. dist. mai, quoad primam partem: Magis repugnant calor, & frigus inter se, seu ex natura sua, conc. mai. in ordine ad subiectum, neg. mai. & secundam eius partem. Et conc. min, neg. conseq. Ad incompossibilitatem itaque dearum formarum non tam est attendenda eorum nature, quam capacitas subiecti; nam albedo, & intellectio non sunt contraria, & tamen nec divinitus possunt simul esse in intellectu; & ita est in presenti. Unde duo frigora in summo nequeunt esse, simul, non quia inter ipsa aliqua sit repugnatio, sed in ordine ad subiectum; quia sicut nullum est agens naturale potens duo frigora in summo producere ita nec passum, quod exigere connaturaliter possit. Negavimus tamen maiorem, loquendo de maiori, & minori frigore; haec enim magis repugnant, quam duo contraria saltim remissa; nam minus frigus habet annexam negationem majoris frigoris; non vero unum contrarium remissum habet annexam negationem alterius ob-

capacitatem subiecti.

8 Dicimus 2. Duo contraria in gradibus intensis possunt supernaturaliter esse simul in eodem subiecto. Hec est ferè communis, & conformior Subt. Doct. in 4. dist. 44 q. 3. §. Dico quarto, n. 7. vbi admittit posse miraculosè damnatos torqueri summo calore, & summo frigore simul; & licet id defacto neget, non ideo est, quia iudicet, impossibile esse, sed ne dentur plura miracula sine necessitate. Et in 3. dist. 15. vbi tenet, summum gaudium, & summam tristitiam fuisse simul in voluntate Christi. D. non tantum secundum portionem inferiorem, sed etiam superiorem. De quo videatur Mastr. to. 3. Theol. disp. 5. q. 6.

9 Prob. ratione: Quod duo contraria intensa sint simul in eodem, nec repugnat ex parte subiecti, neque ex parte ipsorum: ergo ex nullo capite. Antec. quoad primam partem prob. Quia capacitas subiecti, licet sit limitata in ordine ad agens naturale, non tamen in ordine ad agens supernaturale; ab isto enim non recipit formas per potentiam passivam naturalem sed obedientialem: ergo ex quo subiectum non possit ab agente naturali duo contraria intensa suscipere, non sequitur, non posse illa suscipere ab agente supernaturali. Prob. antec. Capacitas subiecti est limitata ad octo tantum gradus caloris, v. g. ab agen-

agente naturali impressos: & tamen ab agente supernaturali potest plures, & plures in infinitum recipere, vt diximus agentes de infinito: ergo capacitas subiecti non eodem modo pensanda est respetu agentis naturalis, ac supernaturalis, & consequenter licet ab illo nequeat simul contraria intensa recipere, benè tamen ab isto.

Secunda verò pars antec. patet: Quia licet repugnet, Deum impedire effectum primarium, & per se causæ formalis (qui est informatio subiecti, ipsius denominatio, & quod reddatur formaliter tale); benè tamen potest impedire effectum formalem secundarium, scilicet, actualem expulsionem; id enim patet in duabus quantitatibus penetratis in duabus formis substantialibus positis miraculosè in eadem materia, & in pluribus alijs; ergo neque ex parte contrariorum hæc simultas repugnat.

10 Arg. ex Arist. 4. metaph. 27, vbi tenet, quod contraria in summo inferunt contradictoria, & inde infert, quod sicut contradictoria per nullam potentiam possunt esse simul, ita neque contraria in summo. Resp. Arist. Nullatenus potentiam absolutam agnoscisse; ideoque cum ex positione daorum contrariorum in summo inferatur consequitivè, & secundario contradicatio secundum communem naturæ cursum, ita

impossibilis apparuit ipsi coextensitia duorum contrariorum, ac duplicitis contradictorijs simili; quia quod naturaliter est impossibile, ipse omnino impossibile iudicavit. At nos, qui potentiam Dei absolutam fatemur, dicimus, unum contrarium primario, & per se non importare exclusionem alterius; quia exclusio formaliter est negatio quæ nequit esse de conceptu primario positivi. Solum ergo importatur secundario, & consequitivè, scilicet ratione effectuum incompositibiliū: qui quidem effectus possunt à Deo impediiri, vt patet in exemplis allatis in probatione.

11 Dices: Unum contrarium essentialiter habet annexam negationem alterius: ergo implicat, quod posito uno contrario, non excludatur aliud. Dist. antec. negationem identitatis, conc. antec. negationem compositibilitatis neg. antec. & conseq. Replica solum probat, unum contrarium non posse esse aliud; nō verò, unum non posse cum alio associari in eodem subiecto. Vide, quæ diximus lib. 1. Physic. disp. 3. q. 3,

Si autem Doct. Subt. alicubi oppositum insinuat, dic, quod, vel assert exemplum disputandi gratia, & non ex propria mente, vt in 1. dist. 2. q. 2. §. Offens. v. Vltima. num. 26. vel loquitor in ordine ad potentiam naturalem, vt in 1. dist. 17. q. 5. §. Contraria. num. 3.

num. 3. vel tandem loquitur, non de formis contrarijs; sed ait, non posse eidem subiecto esse simul calorem in summo, & calorem remissum; quia remissus importat negationem intensi, ut diximus conclus. præced. Et in hoc sensu

loquitur in 4. cit. cum ait: Quod si ponatur calor in summo in corporibus damnatorum, & adhuc qualitatem illam mixti permanere (intellige, calorem temperatum) videtur manifesta repugnancia.

DISPV TATIO II.

DE ELEMENTIS IN PARTICVLARI,
eorumque metheoris.

Tra statum de elementis in genere, eorumdem in specie disputatio insequitur; ubi etiam pauca de metheoris, ut item promissis in limine Physicæ subiungemus.

Ques. I. De igne, & eius metheoris.

Principem locum inter cetera elementa obtinet ignis. Tum: Quia nobilior ceteris. Tum: Quia supremum obtinet sedem in hac elementari regione; ideoque de ipso prius disputandum est.

1. Dubitabis ergo: ubinam ignis proprium obtineat locum, & sedem? Resp. Ignis elementum in concavo lunæ, ut in propria sede residere. Hæc est communis. Tum, Patrum. Tum, Phylosophor. contra Cardan. & plures Astronomos Recentiores. Et prob. Ille est locus naturalis corporum simplicium, ad quem naturaliter illa, eorumque partes feruntur: sed par-

tes ignis feruntur supra aërem; videmus enim ignem hinc, apud nos accensum sursum tendere, & non quiescere: ergo locus naturalis ignis est supra aërem in concavo Lunæ.

2. Arg. 1. Ex motu ignis non magis colligitur, ignem residere in concavo Lunæ, quam in terra: nam sicut flamma ignis ascendit è contrâ, carbô ignis descendit; imò sèpè videmus, è sublimi flammæ decidere, & aliâs in locis subterraneis consistere, nec sursum ferti: ergo. Secund. Quia ignis nequit sine pabulo conservari: sed in eo loco omni pabulo caret: ergo. Tert. Si in concavo Lunæ esset elementum ignis tantæ molis, omnia hæc inferiora destrueret: cum

activissimus, & voracissimus sit. Quart. Quia allas impedit influentias frigidas, & humidas astrorum in hec inferiora; nam in sphera ignis absurterentur, antequam ad nos pervenirent. Quint. Talis ignis, si ibi esset, à nobis præterit noctū videretur, sicut videntur astra. Sext. Cum natura sit provida, certè ignem poneret in loco, in quo viuis esset ad bonum universti, & in loco ita distanti non potest esse viuis: ergo.

Resp. ad 1. Carbones ignitos, & flammarum deorsum labi; quia adhaerent materiae gravi, & earum levitas non est sufficiens tantum elevare pondus. Unde violenter descendunt, aut detinentur superante gravitate materie parvam levitatis ignis; ideoque frequenter ingenti impactu flammarum erumpunt, ut appetet in Etna, & Velsuvio.

3 Dices: Lignum proiectum in aqua sursum ascendit virtute aeris in eius poris inclusi; cur ergo lignum ignitum, aut ferrum non elevantur ab igne, si motus naturalis ignis sursum tendit, ut proprium locum assequatur? Resp. Lignum in aqua immersum sursum evehit, non ratione levitatis aeris inclusi præcise, sed ratione levitatis propriei.

4 Ad 2. Ignis in propria sphera non indiget pabulo, benet tamen apud nos, quia hic est in continua generatione; ideoque

indiget materia ab alio composito arrepta, quia nequit novum ignem ex propria materia educere, cum nihil agat in se ipsum. Ad tert. Concedimus, superiorem a ris partem igni vicinam multum inflammari, non tamen medium regionem; quæ quia perpetuo frigida est, eius calori relistik, ipsumque temperat, ne ulterius in hec inferiora agat. Ad quart. neg. seq. Quia influentia cælorum non sunt formaliter frigide, & humide, sed tantum virtualiter. Unde per ignem transeunt illibatae, quia non sunt ipsi formaliter contrariae.

Ad 5. Ignis in statu suo puritatis non lucet adeo, ut visionem terminare possit; vel si lucet, nequit terminare visionem ob nimiam sui raritatem, & transparens; sicut cælum non videtur ob eamdem causam, etiam si densum & solidum sit. Imò cum elementa, pura non sint colorata, quia calor oritur ex mixtione primarum qualitatum; non mirum, quod ignis in propria regione non videatur, sicut non videtur aer. Quodsi in his inferioribus videtur, ideo est, quia ratione materiae extrenee contrahit opacitatem, & colorem aliquem sufficientem ad visionem.

Ad 6. Ignis in suo loco valde conduceit ad bonum universti. Tum: Quia replet cum aere spatium à terra ad cælum usque protensum. Tum: Quia temperat frigiditatem secundum

secundę regionis, & frigidissimos quorundam planetarum influxus. Tum: Quia causat impressiones ignitas in supraea aëris regione; providit tamen natura ob generationem mixtorum plores partes ignis elementaris hinc inde dispersas, quas esse extra proprium locum, non est inconveniens; sicut neque est inconveniens; quod ad generationem mixtorum, & utilitatem viventium multas aquæ portiones natura disperserit in flumina, fontes, & riuulos.

5. Inde infertur contra nonnullos, ignem apud nos existentem esse verè elementarem, & eiusdem speciei cum superiori; nec refert differentia utriusque secundum varia accidentia; non enim qualibet accidentium varietas infert diversitatem specificam, sed solum illa, quæ se tenet ex parte formæ. Unde licet ignis inferior, & superior differant secundum varia accidentia, v. g. raritatem, & densitatem, &c. hæc non oriuntur ex natura huius, & illius ignis, seu ratione formæ; sed ratione materiæ, in qua ignis reperitur; vel ratione loci, vel alijs ex causis accidentalibus.

6. Deveniendo iam ad metheora ignea: Primum locum obtinet *Cometa*, de quo primo dubitatur, ex qua materia fiat? Circa quod plurimæ sunt sententiæ. Aliqui enim censent, cometas for-

mari ex materia ipsa cœlesti, quantum pars aliqua cœlorum addensatur nimis; & sic suscipit de simili lucem astrorum, & reflectit eorum radios sub illa forma. Alij aiunt, quemlibet cometam esse unam stellam certis tempore ius apparentem. Alij, non unam, sed coniunctionem plurium stellarum esse assertebant. Sed relictis his opinionibus.

7. Dicendum est cum communiori, materiam cometarum esse exhalationes siccas, calidas, pingues, crassas, & viscosas constantesque ex partibus herè conformati, ascendentibus per aëris regionem, & pervenientibus usque ad sphæram ignis, ibique accentis; talis enim materia facilè incenditur, & diu inflammacionem retinet ob eius pinguedinem. Et quidem talem esse materiam cometarum, Arist. inde probat, Quia communiter tempore generationis cometæ magni insurgunt venti; lignum evidens, quod elevantur multæ exhalationes calide, magna que contingit siccitas ob magnam copiam exhalationum aërem occupantium.

8. Circa locum autem ubi existant, & generentur cometæ, plurima etiam sunt placita. Quidam enim Astronomi indicant, gigni, & existere in cœlo. Sed verum est, cometas, sicut qui naturaliter sunt, non in cœlo, sed in regione sublunari gigni, & exi-

ster. Ratio est : Quia cometa nequit formari nisi per alterationem illius regionis, in qua existit; formatur enim de novo, vbi antea non erat: sed cœlum nequit alterari, cum sit incorruptibile: ergo. Formatur ergo cometa infra cœlum, non quidem in regione ignis, quia minus calor evis materiam dissolveret; sed in sphera aëris, non quidem infima, aut media, vt constat ex cometarum altitudine ab Astronomis observata; & ex motu rapido ab Oriente in Occiduum, quo simulcum aere volvuntur, qui rotos medium regionem non pertingit; sed in superiori regione aëris nunc altiori, nunc deprehensori eiusdem tractu. Dum enim exhalatio crassa, & viscosa ad hanc supremam regionem pervenit, magis condensatur à frigore media regionis; & in superiori accenditur, & inflammatur; non verò tantu m illustratur solaribus radijs, vt nonnulli dicebant,

9. Triplex est differentia cometarum, iuxta variam exhibitionis figuram. Quandoque enim exhalatio est circularis figuræ, densior in medio, rarer in extremitatibus, in medio maiorem recipit inflationem, in extremitatibus minorem; & tunc appetet ad modum stellæ vndique comas spargentis, & dicitur *cometa cristatus*, vel *comatus*. Quandoque exhalatio protenditur in longum, & tunc appetet habere caudam;

diciturque *cometa caudatus*. Sæpè etiam exhalatio habet inferiores partes quasi discontinuatas, subtiles, ac lucidas; & tunc dicitur, *cometa barbatus*. Sæpè etiam visus est cometa absque omni coma ad modum simplicis stellæ, ac etiam sub alijs figuris; sed assignatae sunt frequentiores.

10 Secundo loco occurrit *Tonitrum*, cuius causa est exhalatio secca, & calida in ventre nubis inclusa, dum per antiperistalsim rarefacta querit exitum; quæ quidem exhalatio elevatur conglomerata simul cum vaporibus aquæ, qui vapores in media regione convertuntur in nubes, adhuc intra se claudentes exhalationem illam. Hęc verò circumobessa frigore nubis ambientis per antiperistalsim incalescit, ac rarefit; & locum ampliorem querens discurrevit hinc inde magno impetu concutens latera nubis; quæ cum sit crassa, & densa, edit fragorem illum.

Sæpè etiam sit talis fragor ad instar murmaris rausi; quod contingit, cum exhalatio per concavas partes nubis discurrat, & non tanto agitur imperio, vt nubes scindat; vel quia est nimis densa, & non sufficienter incaluit; ideoque non semper cum tonitrum editur, fractio nubis contingit. Si verò impetus exhalationis discurrens intra nubem sufficiens est ad scissionem, tunc in egressu efficitur.

cit maiorem, atque clarorem sonitum ob ipsius nubis scissionem; eo modo, quo castanea ad ignem posita, incandescente spiritu intus existente frangitur cum strepitu, dum querit ampliorem locum. Fit etiam tonitruum alijs modis absque exhalationis exita, ex sola vehementi ipsarum nubium ad invicem collisione; sicut ex collisione aquarum magnus fluctuum resonat fremitus, etiam si aquæ non sint corpora adeò dura. Itaque concludendum est, tonitruum esse sonitum ex repercussione exhalationis calidæ, & ticcum cum nube, vel ex ipsis nubis scissione, vel duarum nubium congressu, vel alijs modis.

11 Tertio Fulgor est exhalatio accensa in nube; & dicitur fulgor à fulgore micante, quem exhibet; potest tamen dari fulgor, & coruscatio sine nubibus; & ita contingit, cum nocte serena calore ambientis ascenduntur in æstuate exhalationes; ut sèpè experimatur. Fulgor plerumque cum tonitruo est connexum; sed quandoque etiam fulgarat sine tonitruo, cum, scilicet, nubes est teuis, & facile scinditur, leviterque dissipatur; vel halitus adeò propè insiniam nobis superficiem invenitur, ut absque omni strepitu erumpat. Quandoque etiam tonat sine fulgure, cum, scilicet, exhalatio per cavitates nubis volvatur, vel quia nondum est accen-

sa; vel si accensa est, à nobis non videtur, quia disrupit nubem ex parte superiori versus cœlum; vel si eam scindit ex parte inferiori inter nubem fractam, & nos alia nubes intercedit impediens aspectum fulguris. Fulgor prius à nobis percipitur, quam tonitruum; quia visio citius fit, quam auditio; sed tamen quandoque precedit tonitruum, cum, scilicet, prius inflammatur exhalatio calore per antepesistam fortificato, quam moveatur per latera nubis; quandoque sunt simul, cum, scilicet, simul fit inflamatio, & metus conculsus nubis; quandoque subsequitur, nempe, cum prius movesetur exhalatio impetuosa per latera nubis, quam inflammetur.

12 Quartò Fulmen est exhalatio ignita è nube magno impetu erumpens. Unde eadem est materia fulguris, & fulminis; solumque differunt, quod materia fulguris est magis rara, debilior, & minori vehementia iacula tasi deinde in aere resolvitur, neque ad terram pervenit; at materia fulminis crassior est, & magis consistens, & magno impetu è nube proiecta.

Sunt autem diversa genera fulminum pro diversa dispositione materiæ magis, vel minus dense, terrestris, & vi cose. Sæpè enim materia est adeò tenuis, ut fulmen ex ea factum non comburat corpora, sed solùm aliquatenus denigret;

gret, & lambit. Sèpè itidem est adeò spisa, & benè compacta, vt integras domos destruat, & obvia quæque comminuit. Quandoque etiam materia est adeò multa, spisa, atque glutinosa, vt cum lapide decidat; qui cuneus fulminis appellatur, & scindit trabes, muros penetrat, & res fortissimas dissipat actione virtutis sulphureæ cum eo mortæ, sicut globus è bombarda emissus pellitur pulvore tormentario incensos; & hic lapis fulmine iaculatus dicitur sagitta; non autem absolute fulmen, quia fulmen est nomen genericum, & sèpius contingit sine lapide. Undè fulmen aliud dicitur tenebrans, quod subtilem habet flammam; ideoque transit per angusta foramina, & poros. Aliud dissipans, quia est conglebatum; & ideo non perforat, sed rumpit, frangit, & terit. Aliud vrens, quia habet multum gressi, terrei, & magis est igneum, quam flammæum; ideoque in rebus percussis magnas relinquit igniam notas.

13 Portentosi sunt Fulminis effectus. Primo enim regulariter alta petit, vt turres, & arces, iuxta illud: Feriuntque summos fulmina montes. Cuius causa est: quod motus fulminis valde irregularis, & obliquus est; serpitque ad instar colubri; ideoque quod ei primo sit obvium, vt sunt excelsa loca, prius quoque fierit, & dissipat. Rursus quædam loca, sive alta, si-

vè ima, ictui fulminis sunt magis obnoxia; quod referri nequit nisi in virtutem aliquius syderis illuc fulmen agentis. Ulterius fulmen corpora mollia, & minus resistentia sine lesione pertransit; dura verò, & benè compacta dissipat. Undè gladium, & pecuniam dissipat, salva vagina; & crumenam quia exhalatio subtilis est, & citò penetrat corpora mollia per partes porosas, parumque commoratnr ibi. At corpora solidiora, cym minus porosa sint, non facile illam excutiant, sed ob longam moram comminuantur ab ipso. Interdum etiam corpora dura, & solida non laedit; mollia, & fluida absunt; exurit enim vestes, caligas, calceos, imò, & pilos ipsos, carnem intactam relinquens; quod cuidam viro nobis noto, & amico contigisse, apud Segoviam, ex plurim fama, & eius ore audivimus. Ratio huius est tenuitas, & debilitas exhalationis; quæ contumaciam rei resistentis vincere nequit, & vim suam in rebus microris resistentiae impendit. Alijque mirabiles effectus passim cernuntur; quos recensere, nimis molestum esset.

14 Quintum metheorum est sedis discurrens; & nihil aliud est, quam exhalatio longa, & parum lata sensim, & ordinatim accensa, extintis partibus primo accensis; vel cum tota exhalatio mutat locum, & de uno ad alium discurrit per inde, ac si vibrata esset; quæ

si deorsum descendit, quia pellitur à frigiditate secundę regionis, vel alicuius nubis, dicitur *stella cadens*; si tendat sursum, quia movetur à levitate innata, dicitur *stella volans*; si ad latus movetur, quia nec levitas sursum ferens prævaleat frigori deorsum impellenti, neque è contra, dicitur *stella discurrens*; re vera tamen neque est stella, neque animæ de purgatorio excentes, ut impetrati delirant.

Sextum est *ignis fatuus*, qui est exhalatio viscosa accensa in infima regione aeris, quæ noctu ambulantes præcedit, vel comitantur. Et ratio est: quia agitato aere, facile impellitur, vel attrahitur; apparet sæpe in cometetis, & circa patibula, vel ubi plura corpora defunctorum iacent; nam ex illorum corporibus elevantur exhalationes vntuose, ac viscose, aptissimæ ad generationem ignis. Unde cautos esto, cum quid hujusmodi contingat; nam passim mulierculas decipit, & viros magis pios, quam cautos, ut portenta, & miracula astant, quæ naturaliter evenire possunt. Fertur etiam, hoc methorum, quandoque gemitum, & quærelam tenem edere; quod si verum est, id oritur ex nova inflammatione vicinæ exhalationis, quæ fit cum aliquo stridore. Dicitur autem *ignis fatuus* eb inconstans motus ipsius; iam enim accedit, sæpè rece-

dit, movetur ad latus, saltat, inclinatur, pro diversa aeris agitatione. Dicitur etiam ducere ad precipitia; forsan quia materia illa, cum sit viscosa, & densa, ac proinde gravans, paulatim ad loca decliviora tendit, & in sequentes præcipitat.

16. Septimum est *ignis lambens*; qui constat exhalatione subtili, & rara; diciturque *lambens*, quia plerumque in capillis hominum, & animalium calidiorum accenditur, quasi eos lamberet; nam talia animalia exhalant spiritus pingues, qui in capillis, & pilis sæpè detinentur. Sæpè etiam in fructo pini purrefacto idem ignis apparet, ita ut noctu illuminet non minus ac carbones; sed tunc exhalatio est magis viscosa, & densa, quia oritur à vnguisitate relinxæ, quæ calore, & igne concepto fulgorat, & incitat. Plures alie impressiones ignis elevoris momenti ab Auctoribus presertim Mastr. recententur; ut *Draco volans*, *Caprasaltans*, *Castor*, & *Polux*, &c. Quos consolto omittimus, quia in substantia à predictis non differunt; sed solum in modo, ac loco, ubi apparent.

Quest. II. De aere, eiusque metheoribus.

A Eris elementum; quod totum spatium a terra, & aqua usque ad elementum ignis

ignis occupat, in tres dividitur regiones; infimam, quæ designatur à superficie terræ, & aquæ usque ad illam altitudinem, ad quam pervenit notabilis reflexio radiorum solarium, & supra, quam nubes, & pluvias significantur; medium, quæ designatur ab hoc termino, usque ad alium, intra quos sunt nubes, & pluvias; supremam, quæ occupat totum residuum spatij usque ad superficiem concavam ignis. Iste regiones non habent certos limites, & immobiles terminos, sed variantur pro temporum diversitate; nam infima regio estivo tempore maior est, quam in hyeme; quia reflexio caloris, & luminis solaris posterior est, & altius ascendit, & tunc media regio necessariè minor esse debet; secus verò in hyeme, ob oppositam causam.

2. Iste regiones differunt secundum quasdam accidentales affectiones. Suprema enim ob ignis viciniam plus calida, & siccata est, quam eius natura postulet; ima regio partim est calida ob reflexionem caloris, & luminis solaris, partim frigida ex propinquitate terræ; media regio est valedè frigida qua de causa altissimi montes nivem per totum annum servant. Cur autem secunda regio frigidior sit infera, cum tamen sit proximior igni, ac cœlorum motui, & remotior ab aqua, & terra? diximus hic quæst. i. §. Resp. ad

secundum argum. pro frigiditate aeris.

3. Hic occurrit abditissima natura ventorum discutienda. Et quidem circa materiam, ex qua sunt venti, plurime sunt sententiae. Sed communior tenet, illorum materiam esse quandoque aerem, quandoque vapores aqueos, vel exhalationes terrestres. Prob. hoc: ventus non aliud est, nisi corpus tenue, & rarum primario commotum; nam à tali commotione ventus dicitur: sed sepè materia talis corporis est aer, vel subtilis vapor, aut etiam exhalatio: ergo quælibet ex his potest esse materia venti. Min. prob. & quidem de aere: nam cum flabello aerem impellimus, ventum excitamus; & dum folles comprimuntur, ventum emittunt: sed in his casibus nihil aliud moveret lateraliter primo, nisi aer: ergo. De exhalationibus terrestribus etiam patet: quia verè, & autumno, cum magna abundat exhalationum copia, frequentiores sunt venti; & in ortu solis sepè venti centur, quia eius virtute multa exhalatio ascendit à terra; imò venti ut plurimum exsiccant, non alia ratione, nisi quia fieri solent ex exhalationibus calidis, & siccis. Deinde, de vaporibus constat: nam venti maximè in mari regnant, præcipue in Oceano: ergo quia sunt ex vaporibus è mari ascendentibus. Nec dicas, ventos è terra in mare

transire; quia licet hoc quandoque eveniat, non tamen semper; alias quo magis quis distaret à terra, lentius à ventis agitaretur; cuius oppositum saepius continet.

4 Difficilior est invenire causam effectivam commotionis ventorum; quare, scilicet, semper lateraliter, in obliquum, & per transversum moveantur, cum exhalatio, & vapor calidus sursum tendere deberet? Cur potius ad unum latus, quam ad aliud? Cur tanto impetu ut tenuis exhalatio sepe domos evertat, & arbores confringat? Et quidem communis sententia est motum illum procedere à duplice causa; scilicet, à levitate exhalationis, vi cuius ad medium regionem concitato motu rapitur; & frigiditate illius regionis suo frigore illam exhalationem impellentis; quare hinc inde agitata non potens ascendere, aut descendere deflectit in obliquum, & movetur lateraliter. Sed contra: quia nequit exhalatio tanto impetu à frigiditate mediae regionis agitari, cum frigiditas non habeat virtutem motivam. Tum: Quia non esset maior ratio, cur potius in unam, quam in aliam partem exhalatio impellatur; & sic unus esset ventus, non plures. Tum: Quia alias omnes venti generentur propè medianam regionem aeris, ubi exhalatio invenit obstaculum; & nullus propè terram.

5 Quare dicendum est cum communi Astronomorum doctrina, præcipuam commotionis ventorum causam esse influentias astrorum. Diximus, præcipuam causam; nam fatemur, alias concurrere, sed se solis non sufficere ad tot mirabiles effectus. Ratio est experientia ipsa, qua novimus, Iobem ventos Aquilonares excitare, Martem Australes, & Lunam Occidentales. Tum: Quia videmus ex certa syderum combinatione, ortu, & aspectu maximos fieri ventos. Tum: Quia ex impressione Solis, & Lunæ mare fluit, & refluit: ergo pariter exhalatio ventosa huc, illucque potest propelli, & agitari.

6 Proprietates ventorum possunt sumi, aut ex materia, qua constant; in quo sensu ventus, cuius materia est exhalatio, erit siccus, & frigidus, nam exhalatio talis est ex natura sua; cuius verò materia, est vapor, erit frigidus, & humidus; aut ex regionibus, per quas ad nos veniunt; aut à syderibus, à quibus excitantur. Unde venti septentrionales frigidissimi, & siccii sunt, quia per loca nivosa, & frigida migrant; Australes è contra, sunt calidi, & humidii, quia per mare, & loca calida ad nos perveniunt; Orientales sunt calidi, & siccii, propter Solis præsentiam: & prædominium in illis regionibus; Occidentales è contra, sunt frigidi, & humidii, opposita causa.

7 Deveniendo ad metheora æris , principem locum obtinet Iris , & definitur ab Arist. 2. metheor. *Est arcus discolor apparenſ ex recepcione, & reflexione luminis Solaris in nube rorida.* Dicitur arcus ; quia conſtat ſemicirculari figuræ per quod diſtinguitur ab alia imagine in aere apparente cum eisdem coloribus, ſed directa, non arcuata ; ideoque appellatur vitta. Dicitur discolor ; quia Iris ſemper apparet diversis mixta coloribus , qui ſunt ex multipli mixtione lucis Solaris in nube ; ideoque nubes debet eſſe transpatens, opaca, denta, & non lucida , iuxta omnes ſuas parties ; ſic enim à Sole perfundi potest, & à nobis videri. Dicitur apparenſ ; quia calores Iridis non ſunt veri, ſed tantum apparentes ; quia Iris non habet mixtionem primarum qualitatum, que requiritur, ut veri colores reſulfent. Dicitur etiam ex reflexione luminis Solaris ; per quod adnotatur eius cauſa efficiens , nempe; Sol ; nam licet Luna ſuam Iridem cauſet, ſed uno tantum colore præditam, ſcilicet albicante ob debilitatem luminis reflexi. Denique dicitur in nube rorida ; per quod innuitur eius materialis cauſa, ſeu ſubiectum. Verum hoc non debet ita intelligi , quaſi in ipſa ſuſtentia nubis imprimatur, ſed in ipſis guttulis, ſeū ſtillicidijs à nube deſuentibus ; ita tamen diſpofitus, ut nubes illans, qua parte

nos reſpicit , ſit cennava , ut facilius radios Solis excipiat; perſpicuaque, ut confici posſit; à parte vero posteriori fit opaca, ut poſſit reſlectere ad modum ſpeculi.

8 Rogabis, an huius fuerit origine diluvium ? Resp. affirmative. Quia eodem cauſe naturales, quae nunc ſunt, antea quoque erant. Unde post diluvium non incepit simpliciter, ſed ut ſignum non futuri diluvij ex Divino beneplacito; quo ſenſu intelligitur illud. Gen. 5. *Arcum meum ponam &c.*

9 Parelius eſt imago Solis expreſſa in nube collateralis, quæ nubes eſt nimis rorida, ac ſphericā, ita radios ſolares excipiens, eosque ita efficiēt reflectens, ac ſi eſſet aliud Sol. Ad hoc autem requiritur, quod nubes ſit, non inſtrumētum versus terram, nec ē regione, ſed ad latera, ſcilicet ad Austrum, vel Aquilonem in ſitu, & diſtantia convenienti; quod ſi Sol ex utroque latere nubes habeat, ſimili diſpositione tres apparebant Soles, unus verus, & alij duo in nubibus vicini; & ita de facto ſapere tres Soles vili ſunt. Adēque contingere ſolet, licet ratiuſ, in plenilunio; ſi enī nubes hinc inde circa Lunam ſint, etiam, & ipſa ſuos parelios efficiet.

10 *Halo*, ſive corona eſt circulus apparenſ circa Solem , Lunam, & alia astra, cum nubes quæli densitate circa aſtrum ſpargiuntur; tunc enī Sol nequit ipſam ſpissam

suis radib[us] penetrare; ideoque tales radib[us] circa extremitates eius orbiculares diffunduntur, & variis coloribus in ea resultant. Unde à Græcis *Halos*, à Latinis vero *cōrōna*, seu *Area* appellatur.

II. *Virga* sunt radib[us] solares penetrantes nubem diffiniter densam, & raram ab alto usque ad terram protensi; qui quandoque propter variam nobis dispositiōnem diversos referunt colores, & quia plures simul apparere solent, ideo plurali nomine dicuntur *virgæ*.

*Quæst. III. De terra, & aqua,
earumque meteoris.*

DE utraque simul agimus, quia utraque unum efficit globum; nec se habent ut perfectè continens, & contentum, sicut ignis continens aerem.

1. *Dubiatur.* An terra sit altior aqua? Resp. terram secundum montes esse altiorem, secundum planam superficiem saltim esse æqualem. Est contra omnes ferè Thomistas, sed iuxta Chrysostom. Homil. 5. ad populum; Hyeronim. in Psalm. 32. Aug. in Ps. 135. sequunturque communiter Jesuitæ. Prob. supponendo aquam, & terram in idem centrum pretendere, vel saltim centrum unius physicè esse unum cum centro alterius; aqua ex propria natura deorsum tendit, & æqualiter se-

condum omnes partes, petat à centro distare: ergo si ex aliqua parte esset altior terra, super ipsam se diffunderet, seu dilaberetur, illamque operaretur.

2. Nec dicas, aquam à Deo detineri propter bonum Universi; nec ob id violenter quiescere, quia hæc detentio est conformis inclinationi nature universalis. Nam contra est: quia admittitur novum, & continuum miraculum absque necessitate, cum tamen obtineri posset sine miraculo detinendi aquam contra propriam naturam. Neque hæc detentio possit non esse violenta aquæ, quamvis esset iuxta naturam universalis, ut diximus lib. 4. Physicor. disp. 2. quæst. vnic. quæst. 3.

3. Neque iterum dicas cum Ariaga, proprium esse aquæ gravitare linea recta versus centrum, non versus latera. Quod patet in poculo, in quo elevatior est in medio, quam versus latera. Nam contra est: quia gravia non solum directè tendunt ad centrum, sed etiam circa centrum querunt se conglobare, & præseruum fluida, quæ secundum omnes partes æquabilitè pertinet à centro distare; ideoque aqua in palude, non conglobatur in unum quasi acervum, sed ad latera decurrit; & quo plus augetur aqua, eo magis ad latera profunditur, & expanditur.

4. Prob. 2. Si aqua ex aliqua parte esset altior terra, secundum

istam partem esset altior aere, ut patet: sed hoc naturaliter impli-
catur; ergo. Prob. min. Aqua, ut potest,
gravior aere exigit esse infrà il-
lum: sed alias cum sit fluida, nul-
lum habet impedimentum, ut des-
cendat, quia facilè una pars alias
potest impellere: ergo natura di-
labetur, & se reducat ad inferio-
rem locum. Tert. Si aqua esset
altior terra, hoc maximè esset in
Oceano: sed tamen ibi multæ
elatae insulæ conspicuantur soprâ
aquas: ergo terra est altior. Quar-
to. Flumina per imas valles pro-
no, & naturali motu decurrunt ad
mare; sed si mare esset altius ter-
ra, non descenderent, sed ascen-
derent: ergo.

5 Arg. plura loca Sacræ Scripturæ, in quibus altum acci-
pitur pro eccl. ac mare. Psalm.
68. *Veni in altitudinem maris.*
Luc. 2. *Duc in alium.* Psalm. 103.
Super montes stabunt aquæ. Resp.
per altitudinem, vel intelligi pro-
funditatem maris, iuxta figuram
Grammat. vel recessum, non qui-
dem à centro, sed à hincore. Ly au-
cem stabunt est hebraismus, &
idem sonat, ac stabant; loquitur
enim Vates de prima elemento-
rum conditione, quando aqua
terram cooperiebat.

6 Arg. 2. Elementum gra-
vius naturaliter petit esse inferius:
sed terra est gravior aqua; haec
levior: ergo. Tert. In altissimis
montibus orjuntur fontes; ergo,

aqua altior est illis, cum non pos-
sit aqua altius ascendere, quā si sit
locus à quo descendit. Resp. dist.
mai. ex ea parte, qua sustentat le-
vius, aut minus grave, conc. mai.
ex omni parte, neg. mai. & conc.
min. neg. conseq. Cum enim aqua,
& terra unicum conficiant glo-
bum, & mare non cooperiat ter-
ram, ut in principio; solum sequi-
tur, infrà aquam dari terram, que
ipsam sustentet, & sic contingit in
mari; non vero sequitur, quod ex
parte superficie, ant montium
aqua sit altior; alias debèret to-
tam terram cooperire. Ad tert.
solum probat, posse aliquam terre
partem reperihi, quæ sit inferior
aqua; non vero communiter. Vel
dic, quod cum terra sit bibula, &
quasi spongiosa, attrahit salsum
ipsam aquam; ut passim videtur
in pane ab aqua in vase madefa-
cto. Videatur Mastr. hic disp. 4.
num. 130.

7 Dubit. 2. An globus iste ex
aqua, & terra compactus movea-
tur circulariter? Et certum est,
non moveri ab Austro ad Aquilo-
nem, aut è contraria; idem polus
respectu Matris, v.g. modò magis,
modo minus elevaretur; nam quo-
aliquis locus magis accedit ad po-
lum, magis elevatur polus. Quod
constat, esse falsum: quia semper
quilibet locus æqualiter à polo
distat; immo, quandoque videre-
mus polum antarcticum, quod est
contra experientiam. Dubium er-

go est an moveatur circulariter ab Occasu in Ortu ita ut Sol, & astra fixa maneant; & in tenuum nebulae occidunt, & orientur, in quantum nos ab illis recedimus, vel accedimus per motum terræ?

Resp. globum istum fixum esse, & non moveri circulariter, est communis apud Theologos, & Philosophos; & opposita damnata à Sacra Cong. Card. ad indicem librorum deputata. Et merito: Nam hæc veritas constat expressè ex Sacra pag. 1. Paralip. 16. Fundavit orbem immobilem. Psal'm. 92. Etenim firmavit orbem terræ, qui non commovebitur. Psalm. 103. Qui fundasti terram super stabilitatem suam: non inclinabitur in seculum seculi. Et alibi sèpè.

8 Ratio etiā suffragatur: Si enim terra circulariter moveretur, sequeretur prim. quod si quis sagittam arcu sursum proiiceret, aut lapidem balista, nos posset sagitta, vel lapis ad pedes ipsius descendere; sed post ipsum versus Occasum, nam proiectus iam discessisset per motum: hoc est contra experientiam: ergo. Confirm. Si quis equitans, aut ambulans proiec-tat sursum lapidem in directum, non potest lapis ad caput eius reverti, quia per metum iam à loco discessit: ergo pariter. Secund. Fila à bombardis versus Occasum emissa maiorem causaret i&ur, cum in Ortu versus; quia versus Occasum quasi duplicaretur im-

petus, ex parte scilicet, ignis impellentis pilam, & ex occasu parietis, v. g. occurrentis pila ob motum terræ; at versus Orum partes aufugeret, & sic impulsus languesceret.

9 Nec dicas, hæc absurdus nullatenus sequi; quia non solum moveatur terræ, & aquæ globus, sed etiam omnia alia corpora in hoc elementari universo existentia; ut patet in exemplo de existentibus in navi: ibi enim non solum moventur homines, sed etiam musæ, & alia similia. Nam contra est: Nam si quis in puteo existeret, & aliquam stellam fixam inde prospiceret, statim deberet illa stella ab oculis evanescere, si terra moveatur circulariter; nam si os potei esset unius vlnæ, v. g. ferè in instanti deberet terra tale spatium pertransire: sed hoc est falsum, quia non nisi post multum tempus stella illa dispareat. Cuius ratio est: Quia pars cœli, qua per os potei videtur, non est latitudinis vlnæ; sed valde maioris; & ideo plus temporis consumit stella percurrendo spatium illud cœli: ergo solutio data non evitat inconvenientia.

10 Dubit. 3. Unde mare traxerit originem? De hac re varijs fuerunt sententiae. Sed vera est, quod origo maris fuit præceptum Dei, qui cum simul terram, & aquam condidisset, utramque secundum paravit; & aquas in unum locum

confluere fecit, congregationesque omnium aquarum appellavit maria. Sed rogabis: Cum aqua tam magnæ quantitatis esset, ut totam terram cooperiret; qua ratione potuit ita restringi ad unum locum, & minus quam antea spatij occupare? Resp. vel quod aqua prius fuerit nimis rara, & per congregationem illam postea fuit condensata; vel magis pars aquæ fuit vento exsicata, aut in aliud corpus conversa.

11. Dubit. 4. Unde proveniat sal sedo aquæ maris? Et supponimus illam non esse aquæ maris intrinsecam; nam varijs modis potest fieri dulcis. Dubium est de causa extrinseca. Resp. causam esse, quia ibi sunt multæ exhalationes siccæ terre, & adustæ instat cuiusdam liquoris, seu salis liquefacti. Ratio est: Quia omnis sapor provenit ex mixtione siccæ, & humidi; quod si talis materia ultra humiditatem sit adusta dignitur sapor salitus; ut probat Arist. secund. meth. cap. 3. multis exemplis, ut sudore, iuxiva, vrina, est alijs; hæc enim omnia habent permixtum quid à calore desiccatum, adustum, non decoctum. Sed unde (rogas) in mari tanta exhalationum copia? Dicimus causam esse, quia subtus mare sunt ingentes salis mineræ ab Auctore naturæ ibi positi ob bonum universi, scilicet, pro piscibus, ut salubriores sint; tum, propter navigationem,

nam sal sedine aqua fit densior, & ita aptior ad ferendas naves; tum, ne putrescant aquæ; alijsque de causis.

12. Dubit. 5. Quænam sit causa fluxus, & refluxus maris? Mirabilis certè hic metus est; iam enim mare accedit ad terram, & tunc fluit; quandoque recedit, & quasi in se colligitur, & tunc refluxit. Regulariter fluxus sex horis durat, totidem refluxus; hinc mare bis in uno die fluit, bisque refluxit; observatumque est in maris fluxibus, qui durant regulariter ab hora sexta usque ad duodecimam, paucos ex egroris mori; in refluxibus plures, præsertim in illo, qui fit post medium noctis. Quænam ergo huius fluxus, & refluxus causa? Plores plura dicunt. Sed communior sententia est, causam huius metus esse influxum cœlestem, & præcipue lunam. Ita Subt. Doct. in 2. dist. 14. q. 3. &

Probatur. Tum: Quia luna humidis præstet; unde, & conchilia dilatantur, & arbores maiorem habent humorem in plenilunio. Tum: Quia æstus iste variat a variationem motus lunæ. Tum: Quia sicut luna vigintiquinque horis explet suum motum circularem, ita æstus, aut fluxus non incipit denuò nisi post vigintiquinque horas. Tum: Quia sicut motus lunæ dividitur in quatuor partes, iuxta quatuor cœli quadratas; prima est à punto Orientis nostri

nostri Orizontis usque ad punctum meridiei, secunda à puncto huius usque ad punctum Occasus, tercia à punto huius usque ad punctum media noctis, & quarta à punto huius usque ad punctum Orizontis Orientalis; pari passu procedit rēstus maris, ita ut correspondat fluxus, & reflexus motū lunæ; dum enim est in prima quadratura, incipit fluxus apud nos, & in parte terræ opposita, & sic reflexus in partibus medijs; & sic in alijs quadraturis, proportione servata.

13. Est autem hic fluxus à luna duplci de causa. Prima: Quia auget aquas per novam generationem ex aere, & per rarefactionem; Secunda, per motum localem, seu ipsas movendo; nam super quamcumque regionem elevatur luna, aqua maris ascendit directè versus illam: & intumescit per quandam attractionem, sicut magnes ferrum attrahit; & quia in illo loco accipiunt aquæ ex alijs partibus, ideo ex parte, qua sit luna fit fluxus, & in alijs refluxus. Sed quomodo (inquires) fit fluxus in parte directè opposita, cum potius contrarium videtur sequi? Resp. ibi fieri fluxum; quia aqua vi attractionis lune recedit à lateribus; & cum aliqui gravis sit, nequit ita ascendere, quin in parte opposita fluat vi aquarum è lateribus concurrentium, & impellentium. Unde aqua duplcem

quasi motum habet; unum attractionis, quo partim sequitur luna; aliud gravitatis, quo defluit in partem opositam; nam cum sit fluida, non se habet omnino ad modum ferri à magnete attracti, sed partim ascendit, & partim dilabitur. Quid, & passim cernitur, cum primò aqua per aqueductum ascendit, ut exeat per tobam; iam enim elevatur ab impetu succedentis, iam deprimitur à gravitate. Id ergo parsimenter de aqua, & eius æstu dicendum.

14. Methora aquæ sunt, vapor, nubes, ros, pruina, nebula, nix, grando, glacies. Vapor est halitus quidam rarus, subtilis, humidus, calidas ex aquis, sive fluviis, sive marinis, virtute Solis, & syderum extractus; sicut videmus in olla ferventi, ex qua vi caloris partes aquæ subtiliores per modum fumi ascendunt. Probabilis est, istos vapores esse eiusdem speciei cum aqua. Ratio est: Nam vapores herbarum in distillatio vase excepti ut plurimum non distinguuntur specie ab illis herbis, cum easdem retineant proprietates, ac virtuales qualitates: ergo molto minus isti vapores ab aqua distinguuntur.

15. Nubes est vapor aqueus in secunda regione condensatus à frigore aëre, à propria forma substantiali aquæ, & maxime actione syderum. Si vapor est sub-

Subtilis, facile in aërem resolvitur: & convertitur; si crassior, & humidior, convertitur in pluviam, quæ est nybes in aquam resoluta; si decidat minutissimis guttis, vocatur imber; si grandioribus, & simul cum impetu, appellatur nimbus; si mediocribus, & cum mediocri impetu, dicitur absolute pluvia; quæ diversitas guttarum oritur præsertim ex majori, vel minori distantia rubis cadentis; quo enim altior est rubes, eò in minutiores secuntur partes propter diurnam aëris divisionem. Quandoque lac, & sanguis videntur pluere. Cuius causa est: Quia terra, à qua vapores fuerunt extracti, erat his coloribus imbuta; vel quia ex syderum peculiari actione, & varia exhalationum permixtione calores illi fuerunt producti. Quandoque ferrum, & lapides; quia, vel vento valido ex uno loco elevantur, & in alium decidunt; vel generantur influxu astrorum propter admixtionem terrestrium halitum cum vaporibus. Quod idem dicendum, cum ranæ, mures, & pisiculi decidunt, præsertim cum sunt animalia ex puri generabili. Quod si aliquando animalia perfecta, aut carnes decidere visæ sunt; hoc non est referendum ad influencias coelestes, que nequeunt animalia perfecta generare; sed cœpisse datum, aut vi ventorum id accide potuit.

16 Nebula seu caligo contingit, cum vapores crassi ascendententes è locis humidis non effundunt in sublime, sed propè terram manent; quæ etiam sit ex superfiliante nubis, quia aliqua eius partis crassæ nimio frigore addensatae gravitatem induunt, & in terram redeunt; donec, Sole adveniente, vel ascendunt, si sunt tenuores, & magis ad naturam vaporis accidentes; vel descendunt, si sunt crassiores, & magis pluviae accidentes.

17 Ros est vapor subtilis non procul à terra elevatus nocturno, sed modico frigore versus in aquam. Si enim vapor esset crassus, aut ad secundam aëris regionem elevaretur, aut frigidissimo afficeretur frigore, non ros, sed pluvia, nix aut grando generaretur. Ex isto rure multa mixta generantur in aëre; si enī illi admiscetur haitus terreus subtilis, accidente calore cœlesti, temperatoque noctis frigore, mixtum illud pinguebit; sitque succus prædulcis decidens super flores, & hervas, & dicitur mel; quodsi in herbas amaras decidat, sit amarum. Unde mel in Sardinia est amarus, quia apes illud colligunt ex floribus absinthij. Quandoque vero exhalatio vaporis admixta est multum sicca, & viscosa. Unde humiditate assumpta plantis adheret instar saccari, hinc rubigo dicitur, estque fructibus valde noxiæ.

xia. Manna quoque ex rore gig-
nitur; dum, scilicet, vapor i illi
halitus terrestris adiungitur; &
modice humidus, caloreque Solis
decoctus, fit quidam liquor candi-
dus, & mellitus aporis, qui manna
appellatur. Non taliter est eiusdem
speciei cum manna Hæbreorum;
nam diversitas figuræ, saporis,
productionis, & conservationis op-
positum suadent.

18 *Pruina* est ros congelatus;
quia non temperato, sed vehe-
menti frigore causatur. Unde so-
lum in hyeme decidit. *Nix* gigni-
tur ex nube, quæ antequam in
aquam resolvatur, constringitur
frigore mediæ regionis aëris; est
siccior pluvia, quia plus exhala-
tionis terreæ, & minus de humi-
do continet; est alba propter fri-
gus intensum, quod causat can-
dorem sicut calor negredinem.
Nec est necesse, vt calores semper
generentur à mixtione omnium
primarum qualitatum; sed sufficit,
quod aliquæ intercedant.

19 *Grando* est nubes in plu-
viam resolutæ; quæ antequam per-
veniat ad terram, congelatur. Cau-
sa materialis huius congelationis
est vapor aqueus natura sua frigi-
dus, & humidus cum admistione
terrestrium halituum, qui valde
conferunt ad soliditatem, & duri-
tatem. Quod autem hæc exhalatio
sit in nube, ex qua sit grando, pa-
tet: quia ferè semper cum grandi-
ne fulgura, & tonitru eveninnt,

quæ ex exhalatione terrestri sunt.
Causa verò efficiens grandinis est
frigus extrinsecum ambientis; &
quia in estate non sumpè accidunt
venti frigi, vt in verè, & au-
tumno; ideo frequentius sunt
grandines in fine veris, & in au-
tumno, quam in estate. Grandini
similis est *glacies*; solumque diffe-
runt, quia grando est aqua in aëre
congelata; glacies verò in stagnis,
& paludibus, flavijs, & in aliqua
parte maris. Ad glaciem concor-
runt intensum frigus cum admix-
tione terrestre exhalationis, &
aliqualis caloris decoquenter hu-
midum.

20 Iam de metheorïs terræ
aliquid agendum. Et primo oc-
currunt *exhalationes*, quæ virtute
astrorum ab ipsa elevantur, sunt
que eiusdem speciei essentialis cum
terra, sed accidentaliter diversæ;
nam ab extrinseco habent calidi-
tatem, & levitatem. Unde exhalatio
est halitus terrestris calidus,
& siccus è terra calore Solis extra-
ctus, estque materia metheorium
ignitorum, si educitur ex terra
crassa, & pingui; si verò ex terra
arida, est materia ventorum.

21 Secundo: *Terremotus* sunt
quidam veluti tremores terræ qui-
bus hinc inde agitatur, & quati-
tur. Horum præcipua materia est
exhalationum ingens copia in ca-
vernæ, & visceribus terræ inclu-
sa, & foras exire contendens ob-
levitatem propriam. Signa terre-

motuum praefagientia sunt: si aquæ putcales turbide fiant, vel ebullient, & ascendant, tetrumque efflent odorem; per hoc enim apparet, multos halitus esse inclusos in visceribus terræ ima convolventes. Item tranquillitas intempestiva, & aeris siccitas denotant, halitus omnes, & ventos intra terræ sinus esse inclusos. Pariter si post occasum Solis appareat nebula diurnal, & tenuis diu persistens, significat, ventos nullos efflare; & proinde eorum materiam inclusam esse. Demum cunctus siccus, & adustus, quia indicat exhalationum copiam. Plura alia sunt signa, sed hæc certiora.

22 Inter metheora terræ lapides quoque recensentur. Licet enim sint mixta, tamen in visceribus terre generantur. Eorum materia ut plurimum est quid mixtum ex vapore aquo, & halitu terreo; neque enim alter sufficit; non solus vapor, quia hic est fluidus, lapis autem solidus; nec sola exhalatio; cum enim sit siccata, potius abiret in pulverem, quam in lapidem. Requiritur ergo vapor humidus, glutinosus, & viscosus, ut conglutinet, & coadunet siccum; & halitus siccus, ut contineat, & frænet vaporem, ne labatur; & hec mixtura dicitur materialia proxima ad recipiendam formam lapidis.

23 Eadem ratione, qua lapides; etiam metalla inter me-

theora terræ computantur. Horum materia est vapor humidus exhalationi admixtus, ita tamen quod plus abundet de vapore ad differentiam lapidum in quorum materia exhalatio excedit. Ratio huius est: Nam omne liquefactibile, & ductibile est aqueum: sed metalla sunt liquefactibilia, & inalleis distenduntur: ergo erunt ex humido aquo. Hoc autem humidum debet esse vnfusum, & viscosum; non quidem cremabile, & combustibile, quale est illud olei, & adipis; sed incremabile, & subtile, quod igni resistat. Satis de metheoris.

Quæst. IV. An clementia maneat formaliter in mixto?

Cognitio elementorum; eorum qualitatum, rarefactionis, & condensationis, actionis, & reactionis ad cognitionem mixti, seu mixtionis ordinantur; mixtio enim, aut mixtum hec omnia requirit; ideoque illis cognitis, ad huius cognitionem devenerit oportet.

§. I.

Non nulla supponuntur.

Suppone prim. in mixtione tria intervenire; scilicet, corpora miscibilia, corpus mixtum, & mixtio ipsa. Mixtum est illud substantiale

tiāle corpus, quod ex mixtione resultat. Mis̄cilia sunt ea corpora, quae apta sunt coniungi. Unde quatuor requirunt conditiones. Prima est, ut sint adinvicem activa, & passiva; ideoque materia, & forma, subiectum, & accidens cœlestia, & sublunaria nequeunt misceri; quia unum tantum est activum respectu alterius, & aliud tantum passivum respectu illius. Secunda, quod facile possint dividī in minutās partes, ut sic facilē adinvicem agant; ideoque lapides, & ferrum non miscentur. Tertia, quod non sint valde magna, nec multa; nam ex magna rerum mole, aut multitudine non fit facilē mixtio, quia non facilē alterantur. Quarta, quod habeant proportionem aliquam secundum activitatem, & resistantiam; nam si activitas unius valde superat resistantiam alterius, non fit mixtio, sed conversio, & alterius auctio; ut ex ligno fit ignis, & ex alimento augetur, & nutritur vivens.

2 Mixtio est coniunctio plurimi corporum confusa quadam ratione; & est triplex: impro- pria, propria, & propriissima. Impropria est, qua multa corpo- ra, aut multe eorum particulae coniunguntur tantum secundum approximationem localem; im- mutatis omnino manentibus eo- rum substantijs, sive possint dis- cerni adinvicem; ut cum miscetur hordeum, & triticum; sive non,

ut farina ex granis hordei, & frumenti. Mixtio propria est, cum plura coniuncta per mutuam actionem, & reactionem adinvicem communicant inter se qualitates, & ad certam temperiem se reducunt; non tamen ex illis aliquod tertium substantiale resultat; ut cum miscentur saccarum vinum, aqua, & cortex malei citrei, ut fiat poctus. Propriissima est, cum ex unione aliquorum, & mutua ipsorum alteratione resultat aliquod tertium substantiale distin- ctum. Et de hac mixtione agimus in presenti.

3 Ipsam definivit & rist. lib. i. de Generat. sic: *Miscibilium alteratorum unio.* Sed quia hæc definitio videtur satis obscura, imo si attendatur verborum sensus, potius est quædam simplex proposi- tio, quam definitio mixtionis; ideo sic clarius mixtio communi- ter definitur: *Mixtio est mutatio substantialis ad formam mixti ex mixcibilibus congregatis.* Et per mu- tuam alterationem dispositis, atque corruptis, in qua virtualiter coni- nentur. Ly mutatio substantialis ponitur loco generis. Per ly for- mam mixti excluduntur genera- tiones elementorum, quia in ipsis miscibilia. Per ly exmixcilibus, &c. explicatur terminus a quo; per quem differt à generatione illius mixti, quod non fit ex previa alteratione miscibilem, sed im-

mediate ex altero mixto producitur; ut sunt viventia ex semine genita, quia talis generatio non est propriè, & rigorose mixtio. Ly in qua (forma) virtualiter continentur explicat rationem formalem mixti, nempe virtualiter in se ipso continere elementa.

4 Inde colliges prim. quod licet omnis mixtio sit generatio mixti, non tamen omnis generatio mixti est propriè mixtio. Ratio est: Quia ad rationem mixti sufficit, quod constet forma substantiali potente pro dispositione temperie quatuor primarum qualitatum, ratione quarum elementa in eo manent virtualiter; & id contingit in generatione viventium medio semine; imò potest ex uno elemento generari mixtum, ut tenet Subt. Doct. infra cit. loquendo de piscibus, ut constat ex Gen. 1. producant aqua &c. Ad mixtionem verò propriè sumptam requiritur, quod saltim duo elementa immediate alterentur, & in ipsorum materiam suscedat forma mixti.

5 Colliges 2. Contra Peynado, & alios, mixtionem non distingui essentialiter à generatione aliorum mixtorum, quæ sunt medio semine; nam ut diximus agentes de motu, solum distinguuntur motus essentialiter, quando termini ad quem essentialiter distinguuntur; hic autem termini sunt eiusdem speciei, nam eiusdem

rationis est mus ex putri genitus, & ex semine generatus. Solum ergo distinguuntur ratione alicuius presuppositi; nam mixtio presupponit coniunctionem, & alterationem præviā mixcibilia, quæ respectu illius motus est accidentale prærequisitum.

6 Colliges 3. Causam materialē rei, quæ per mixtionem sit, esse ipsa elementa, aut illorum materiam; causam formalem esse formam continentem virtualiter elementa; & hanc eamdem esse causam finalem, cum sit finis ipsius mixtionis. Circa causam vero effectivam certum est non esse ipsa miscibilia. Tum: Quia sunt imperfectiora mixtio, ut patet Tum: Quia quando fit mixti generatio, non sunt miscibilia; alias duæ formæ simul essent in eodem instanti in materia: sed ad causandum requiritur existentia: ergo. Unde causæ productivæ mixti erunt causæ universales iuxta qualitatem illius; ut diximus loquendo de generatione viventium, & in tractatu de Ccelo. Itaque ipsa miscibilia solum concurrunt ad generationem mixti effective instrumentaliter, id est, producendo dispositiones (præter ultimam) requisitas, ut miscibilia ipsa destruantur, & mixtum generetur; non ita ut quodlibet se ipsum destruat, sed ita ut unum agens in aliud ipsum alteret producendo in illo suas qualitates, ut tandem sequatur corrup-

corruptio media forma mixti introducenda. Sed adverte, quod in alteratione miscibilium duo contingunt, scilicet, reactio illorum ad invicem, & quædam extenuatio, & terminatio partium. Ad primum omnes quatuor qualitates activè concurrunt, teste Arist. dicente, generationem mixti esse opus harum qualitatum; ad secundum verò solum calor, & frigus activè concurrunt, aliae verò qualitates solum passivè. Videatur Mastr. hic q. 2.

7 Suppone 2. Miscibilia (præcipue elementa) aliqualiter manere in mixto. Id enim constat ex Aristot. definierte mixtionem per unionem miscibilium; & 3. de Cœlo 31. Ubi definit elementum, *quod sit corpus, in quod cetera corpora dividuntur in quibus potentia, aut actu inest, &c.* Sed dubium est de modo, quo elementa in mixto maneat, an formaliter, an virtutiter.

§. II.

Vera sententia dupli conclu-
sione statuitur.

8 Dicimus ergo 1. Elementa, aut formæ illorum substantiales non manent formaliter in mixto. Hęc est communis contra nonnullos à Maistro relatos; eamque tenet Subt. Doct. in 2. dist. 15. §. Di-
go ergo, num. 5. D. Thom. 1. part.

quest. 76. art. 4. quos Discipuli sequuntur. Prob. 1. ex Subt. Doct. ibi; vel formæ elementorum manent in mixto ita divisiæ, ut una sit in una parte materiæ, & alia in altera; & hoc non, quia sic non esset mixtio, sed quædam diversarum formarum localis iuxta positio; vel ita perfectè miscentur, ut in quavis parte mixti sint omnes formæ elementorum simul; & hoc etiam repugnat, quia tunc eadem portio materiæ esset simul informata pluribus formis substantialibus adæquaatis, & non subordinatis; quod naturaliter implicat: ergo. Confirm. formæ elementorum sunt naturaliter incompositibiles in eadem materia: ergo implicat: simul esse in eadem parte mixti. Prob. antec. Si tales formæ essent naturaliter compositibiles, nonquam ex uno elemento aliud generaretur; ad hoc enim requiriatur, quod una forma alteram excludat: sed ex uno elemento passim generatur aliud: ergo.

9 Secundo: plura dantur mixta, que specie inter se differant; sed si in mixto manerent formaliter elementa, unum mixtum ab alio specie non differret: erg. Prob. min. Ea specie non differunt, que habent formam eiusdem speciei: sed data opposita sententia, non haberent mixta formas diversæ speciei, sed unius, nimirum aggregatum formarum elementarium: ergo. Tertio: Generatio unius nam

turaliter est corruptio alterius: sed si in mixto manent elementorum formæ, hoc esset falsum, nam generaretur mixtum absque corruptione elementorum: ergo.

10 Quarto: implicat generatio substantialis absque novo termino formalis producto: sed generatio mixti est substantialis: ergo per illam debet produci novus terminus substantialis: Atqui talis terminus nequeunt esse formæ elementorum, quia iam præcesserunt in materia; nec potest esse aliquis ordo, aut symmetria temperamenti, hæc enim est simplex relatio: ergo est aliqua forma distincta, quæ formaliter elementa non includat. Quinto: omne mixtum est vnum per se: sed ex elementis, aut illorum terminis, nequit vnum per se resultare; quia nullum elementum se habet ut actus, aut potentia respectu alterius: ergo.

11 Sexto: data hac sententia sequitur, motum naturalem non fore velociorem in fine, quam in principio: ergo. Prob. seq. Nam si lapis è cœlo decideret, velocius moveretur per ignem, quam per aerem; quia dum moveretur per ignem, tria elementa, scilicet, aer, aqua, & terra impellerent lapidem deorsum; cum verò moveretur per aerem, solum aqua, & terra impellerent; ignis verò, & aer retardarent motum: ergo semper talis motus remitteretur, & esset remissior in fine, quam in princi-

pio; quod est contra experientiam.

12 Dicimus 2. Elementa manent solum virtutem in mixto: Hec est fieri communis. Ita Doct. cit. & constat ex Arist. i. de generat. 84. & 86. vbi aperte affluit, elementa potentialiter, & secundum virtutes manere in mixto. Unde brevis pro conclusione depremitur ratio: certum est, elementa aliquomodo manere in mixto: sed non manent in eo formaliter ut probatum est: ergo manens virtualiter.

13 Sed adhuc est dubium, quomodo intelligenda sit hæc virtualis continentia? Pro quo nota, quod continentia virtualis est duplex: una in genere causæ efficientis, qua una forma dicitur aliam continere, quia illam potest producere; sic Sol virtualiter continet calorem; & hoc modo certum est, formam mixti non continere elementa, quia nequit ignem, terram, &c. producere. Alia est continentia in genere causæ, quasi formalis; & hæc est duplex. Prima, qua forma perfectior perficit materiam perfectiori gradu, quam forma imperfectior (non tantum per simplicem excessum; vt forma equi continet formam muris) sed in gradu formæ imperfectioris non quidem formaliter, & actualiter, sed virtualiter, & potentialiter. Secunda, qua forma continens potest operationes, & effectus al-

terius formæ causare.

14. In proposito ergo forma mixti continet formas substantiales elementorum in genere quasi formalis causæ, quia perficit materiam perfectiori gradu, quam illæ, & in gradu illatum; non formaliter, & actualiter, quia non dat formaliter, esse ignis, vel terræ; sed virtualiter, & potentialiter, quia est forma participans, & conveniens cum elementis. Exemplum aptissimum adducitur à Doct. vbi suprà; nam rubor, qui est medium specie ab albedine, & nigredine distinctum, dicitur, participare de illis tanquam extremis; non quidem formaliter participatione, ita ut verè entitas albedinis, & enītē nigredinis sint actu in rubidine; quia rubor est entitas æquè simplex, sicut extrema; sed est medium per participationem propter naturalem quandam convenientiam, quam habet cum extremis; quam convenientiam extrema inter se non habent. Hoc modo mixtum est medium aliquod inter elementa, & illa participat; non quia ibi sint actu, & formaliter, sed quia habet quandam convenientiam cum forma cuiuslibet elementi; quatenus radicaliter exposcit pro dispositione illam qualitatem, quam postulat forma cuiuslibet elementi; quæ convenientia non est inter elementa ipsa.

15. Ex quo patet, quod etiam

secundo modo continet forma mixti virtualiter elementa; quia potest causare in aliquo gradu effectus, seu qualitates elementorum; non quidem in gradu extremo, vt ipsa elementa; sed attenuato, & quasi medio, iuxta modum formæ, à qua illi gradus dimanant. Ita Subt. Doct. quem non bene intellectum impugnat Complut. Unde colliges, exemplum de anima rationali, quo virtutis Doct. Subt. non tenere in omnibus; nam anima rationalis est principium formale, & actuale, quo sentiendi, & vegetandi; at forma mixta non est principium formale, quo mixtum sit aqua, ignis, vel aer; sed solum virtualiter modo explicato.

§. III.

Dileuntur obiecta.

16. Argum. contra utramque conclusionem 1. unumquodque resolvitur in ea, ex quibus componetur: sed mixtum, cum destruitur, resolvitur in elementa; ergo formaliter componitur ex elementis. Min. prob. nam dum comburitur lignum, accenditur flamma, quæ est ignis; segregantur cineres, quæ sunt terra; exhalat fumus, qui est vapor aereus; effluit humor aqueus ex ligpi extremitatibus. Idem apparet in cadavere, dum putreficit, & in alijs exem-

exemplis: ergo.

Resp. conc. mai. neg. min. Ad prob. dictum, sicut in mixtis adesse quedam elementa in eorum partis, ut aerem, terram, aquositatem; sed haec non est vera mixtio, cum sint discontinuata corpora, & solum iuxta posita. Sunt etiam plures partes difformes, quarum aliquæ sunt magis terreas, aliæ magis igneas, &c. quia sunt naturæ ignis, aut terræ validè similes, & artificio à mixto segregabiles; qua ratione dicuntur elementa à mixto separari, idest, partes illorum naturis magis similes; quæ tamen partes sunt quedam corpora mixta. Unde nunquam mixta immediate in elementa resolvuntur, sed in alia mixta elementis similia; vel si resolvuntur in elementa, non erit tanquam in partes componentes, sed tanquam in partes adhærentes, & inclusas in partis. Itaque in combustionē ligni flamma illa anteā non erat, sed fit de novo ab agente extrinseco; nec cineres sunt terra, nec fumus aer; nam diversorum mixtorum cineres, & fumus diversas habent virtutes. Ideoque aqua stillata ex herbis non est materia baptismi, quia non est vera, & elementaris.

17 Arg. 2. quod remanent dispositiones conservatiæ alicuius formæ, quæ erat in subiecto, remanet adhuc illa forma: sed adveniente forma mixti, remanent adhuc dispositiones conservatiæ for-

marū elementarium; nam in producione ranæ, v.g. ex gutta pluviae in pulverem decidentis aqua nec magis calefit, quam dum fervet in olla; nec magis exsiccatur, quam dum glaciatur: & tamen aqua est compositibilis cum calore, quo fervet, & cum siccitate, qua glaciatur: ergo formæ elementorum sunt compositiles cum qualitatibus requisitis ad formam mixti; proindeque in illa ibi erunt formaliter.

Confirm. 1. In mixtis dantur primæ qualitates, quæ sunt propriæ elementorum: sed qualitates non possunt inveniri sine propria forma: ergo in mixto dantur formæ elementorum. Confirm. 2. Nihil est, à quo formæ elementorum destruantur, cum generatur mixtum: ergo. Prob. antec. Non corrumpuntur à forma mixta genita, quia haec subsequitur corruptionem; non à cœlo, quia quod corrumpit aliud, illud corrumpit qualitate contraria: ergo si ignis corrumpitur à cœlo, hoc erit mediante frigore, & humiditate; & consequenter non corrumpet aquam, & è contra. Non denique ab ipsis elementis ad invicem: quia vel omnia sunt equalis virtutis, & sic nullum destruetur ab alio; vel inegalitatis, & sic manebit fortius, & tantum corrumpetur debilius; imò non dabitur mixtio, sed unius elementi augmentatio.

18 Resp. dist. mai. si alijs non adest

adest dispositio sufficiens pro alia forma generanda, conc. mai. si adest talis dispositio, neg. mai. & dist. min. in eodem sensu, neg. conseq. Licet enim gradus illi, qui manent in cengressu elementorum de se sufficerent ad conservandam formam cuiuslibet; quia tamen illud temperamentum est sufficiens dispositio pro genera-
da forma mixti, ideo haec intro-
ducitur, & illas expellit, cūneque-
ant plures formæ esse simul in
materia. Nequæ semper est neces-
se ad expulsionem formæ prioris,
quod omnes gradus qualitatis eius
destruantur; sed satis est, quod
adsit ultima dispositio ad alterius
formæ introductionem.

Ad primam confirm. neg. mai.
Nam adveniente forma mixti,
producuntur novæ qualitates, quæ
licet sint eiusdem speciei cum qua-
litatibus elementorum, non tamen
sunt illæ eadem numero, quæ in
elementis præfuerunt. Ad secun-
dam confirm. neg. antec. Nam li-
cet in mixtione nunquam unum
elementum corruptatur ab alio,
omnia tamen corruptuntur for-
maliter à forma mixti, & efficien-
ter à generante mixtum, sive hoc
sit cœlum, sive aliud mixtum. Nec
tales corruptio fit ratione qualita-
tis contrariæ, sed dispositivè fit
media dispositione sufficienti pro
forma mixti, & formaliter media
ipsa forma.

12 Arg. 3. Nihil ordinatur à

natura ad sui corruptionem: sed
elementa sunt ordinata à natura ad
mixtionem tanquam ad suum
præstantissimum, & optimum, ad
quod possint concurrere: ergo
mixtio non est destrutio elemen-
torum; ergo manent in mixto. In-
statut argum. forma elementi, &
seminis à natura ordinantur ad vi-
vens, tanquam ad finem: ergo ma-
nent in vivente, prava consequi-
tio. Dist. mai. tanquam ad finem
intrinsecum, & proprium rei,
conc. mai. tanquam ad finem ex-
trinsecum, seu commune, neg.
mai. & dist. min. in eodem sensu,
neg. conseq. Sicut enim satra sa-
pè permittit, imò ordinat læsi-
onem alicuius membra minus prin-
cipialis ob conservationem princi-
palioris; sic ordinat corruptio-
nem elementorum propter bonum
Universi, & acquisitionem perfe-
ctioris entis, quale est mixtum.

20 Arg. 4. ex absurdis: si
elementa non manent formaliter
in mixto, sequitur 1. non maior
ratione elementa debere dici ma-
teriam mixti, quam unum mix-
tum materiam alterius; nam sicut
forma mixti succedit formam ele-
menti in eadem materia, sic forma
vnius mixti succedit formam alte-
rius. Secund. Non esset maior ra-
tio, cur mixtum debeat supponere
materiam prius informatam for-
ma elementari, & non è contra; si
enim mixtum non debet informa-
ri formis elementorum, qua de-

causa illas in materia præsupponere debet? Tert. Mixtum dicetur æquè simplex, ac elementum; quia solum componeretur ex materia, & forma, sicut illud. Quart. Non magis elementa manerent in mixto, quam vnum elementum in alio; nam sicut mixtum continet qualitates elementorum, ita vnum elementum continet qualitatem alterius; v.g. aqua humiditatem aeris, & act calorem ignis.

21. Resp. ad primum, potius dici elementa manere in mixto, quam vnum mixtum in alio. Quia forma mixti est perfectior, & actualior formis elementorum, non ut cumque, & per simplicem excessum, sed tanquam medium inter ipsa elementa; & communè est omni medio continere in se extrema, non quidem actu, & formaliter (alias color medius, ut rubedo, non esset qualitas simplex, nec vnum per se, sicut sunt qualitates extremae) sed quia habet naturalem convenientiam cū extremis, quam non habent extrema inter se. At forma mixti non sic continet formam alterius mixti, nec forma vnius elementi formam alterius; quia nulla forma est in alia, tanquam in medio, in quo simul virtualiter cum illis vniatur.

Ad secundum, neg. seq. Quia licet in perficiendo materiam forma mixti non perficiat mediante forma elementi; tamen

quoad ordinem transmutationis forma mixti præsupponit formam elementi (vel immediatè, si sit per mixtionem; vel mediatè, si sit per generationem.) Sic semen præsupponitur sanguini, sanguis carni, caro homini, vinum acero, non tamen è contra. Ratio ergo illius præsuppositionis est indigentia primarum qualitatum, quæ residunt in elementis.

Ad tertium, quoad compositionem substancialē eque simplex est mixtum, ac elementa; loquendo tamen de dispositionibus necessarijs, tam in generatione, quam in conservatione, elementum est simplicius, nam forma elementi tantum duas qualitates dispositivas requirit, forma vero mixti omnes qualitates primas, & etiam secundas exigit. Ad quartum, neg. seq. Quia mixtum continet omnes qualitates elementorum; vnum vero elementum tantum continet vnam qualitatem alterius.

Duplex corollarium ex dictis.

22. Ex dictis colliges 1. In mixto neque manere actualiter formas substanciales elementorum, neque etiam easdem numero qualitates, que præsuerunt in ipsis; sed alias numero quidem distinctas, sed eiusdem speciei infimè cum qualitatibus elementorum. Quod immerito quidam scotæ

tistre regant. Tum: Quia frigus à marmore in manu productam adhuc intenditur ab aqua; & omnes calores se invicem intendant, & coadiuvant; manus enim intra simum calefacta Soli exposita amplius incalefecit, & adhuc magis approximata igni: ergo sunt eiusdem speciei. Tum: Quia alias qualitates elementorum nullo modo ad introductionem mixti deservient: forma enim talis speciei requirit determinatas dispositiones; sed qualitates elementorum non sunt determinatae, per vos: ergo nulla determinata forma mixti introduceretur.

23 Nec dicas, quod forma mixti non est eiusdem speciei cum elementis: ergo nec qualitates utrorumque; nam à formis diversæ speciei diversæ in specie qualitates dimanant. Resp. enim, quod quamvis rerum specie differentium debeant esse diverse proprietates specificæ consequentes formas ipsas substantiales, non tamen operret, talia in nulla qualitate proposita eadem specie convenire; alioquin albedo hominis, & parietis, potentie videndi hominis, & aquilæ non essent eiusdem speciei; contra Voct. Subt. in 2. dist. 1. q. 5. §. Dico. V. Potest, num. 5. immò tot essent calores specie distincti, quot animalia. Quod constat, esse falsum; nam sæpius idem alimento, v.g. aqua deservit homini, & equo attemperando calorem; quod

non ita eveniret, si calores specie different, quia idem numero frigus non posset opponi caloribus specie distinctis.

24 Colliges 2. contra Merlin, in mixto dari formaliter quatuor primas qualitates, & non unam tantum continentem qualitates elementorum, quæ appellatur qualitas complexionalis, aut temperamentum mixti. Ratio est: quia in quolibet mixto in suo statu naturali permanente experimus sensu tactus has qualitates; nam vivens intus est calidum, metalla frigida; qualitates autem virtuales non sunt sensibiles in se ipsis; solus enim color formalis movet visum, & sonus formalis auditum, non aliquid virtualiter continens colorem, aut sonum; ergo solus formalis calor, & formale frigus possunt movere sensum tactus; ergo.

Non tamen negamus in mixto alias qualitates virtuales, sed solum qualitates virtuales continent primas qualitates; quibus medijs mixta in se ipsis actione immanenti producunt primas qualitates formales; nam dantur aliqua mixta productiva transunter in alienum subiectum per qualitatem virtualem calorem formalem, vt piper, & allium; vel frigus, vt succus mali citrei.

25 Dices 1. Forma substantialis mixti non est forma elementorum in gradibus remissis, sed

quædam alia forma substantialis specie distincta, & medium ipsas continens in virtute, & potentia: ergo temperamentum non sunt qualitates elementorum in gradibus remissis, sed quædam alia qualitas diversa in specie à qualitatibus elementorum, seu media continens ipsas virtute, & potentia. Secund. Color rubeus, etiam si generetur ex mixtione aliorum colorum extremitum, non continent actu, & formaliter colores extremos; alijs non essent qualitates simplices, nec unum per se: ergo idem dicendum de temperamento mixtorum.

26. Resp. ad primum, conc. antec. neg. conseq. Disparitas est: nam duæ formæ substanciales neque una esse simul in eadem materia essent auctem, si forma substancialis mixti formæ hinc ex elementis constaret. At plura accidentia, sicut specie diversa, possunt esse simul in eadem subiecto. Nec requiritur alia quinta qualitas con-

tentiva quatuor qualitatum mixti; nam forma ipsa est sufficiens principium, vnde tales qualitates diminant absque alio medio.

Ad secundum, conc. antec. neg. conseq. Quia color rubeus est unus color, & unicum accidens; at temperamentum non constat unicō accidenti, sed pluribus attenuatis, & testatis. Quod etiam contrarias concedere debet: quia nisi homo, v. g. haberet formales qualitates, non esset bene temperatus; qui propter quandoque medicina adhibetur, ut corrigat excessum caloris formalis, quandoque frigoris. Cum ergo morbi oriatur ex nimio predominio vnius qualitatis; inde est, quod intemperies, aut temperies in ipsis qualitatibus formaliter lumperit constitut.

27. Hic solet disputari de temperamento mixtorum; sed quæstio potius medica, quam philosophica est; de qua si placet, vide Mastr. hic q. 4.

TRAC-



TRACTATUS BREVIS DE COELO.

POstquam Arist. in octo lib. Physic. de corpore naturali in communi egit; ad agendum de cœlo descendit. At quia cœlum ex 1. cœli 96. sumi potest, vel pro ultima sphæra, vel pro cœlestibus corporibus, vel pro omnibus contentis ab ultima sphæra; in quo sensu cum Mondo, seu Universo convertitur; in præsenti ipsum capimus, non in tertia acceptione, nam de Mundo lib. 8. Physic. præcipua diximus; neque in prima, sed in secunda, ut scilicet supponit pro omni corpore super hanc elementarem regionem existente; quo modo astra etiam comprehendit. Sed quia de cœlo, in physic. disputata manent plura, quæ ad Philosophicum institutum spectant; hic breviter dicimus, quæ à peritis Astronomis adiuvantuntur.

DISPUTATIO VNICA.

D E C O E L O.

COElum in veriori ethymologia cœlando dicitur; vel quia omnia sublunaria continet, vel cœlestem beatitudinem occultat; in se autem est quædam substantia extensa, in qua astra resident; & si quæalia sunt supra ipsam. De qua sit.

Quæst. unica.

Quesit. unic. Continenſ plura du-
biola circa cœlum.

Dubitab. 1. Quot ſant cœli, & aſtra? Circa numerum cœlorum adhuc Patres non conueniunt inter ſe. Nam alij vnum; alij duos, alij tres, alij plures poſue- runt cœlos; imò ſcriptura ipſa quandoque in singulari, quandoque in plurali de cœlis loquitur. Sed communior; & receptiſſima ſententia Astronomorum eſt, cœli omnes numero eſſe vndecim, nec plures, nec pauciores; ſcilicet, cœlum Empyreum, immobile, & quietum, & decem mobiles. Prob. Totidem cœli debent admitti, quod ſunt motus diversi, & discontinua- ti in corporibus cœleſtibus; quia vnum, & idem cœlum non potest per ſe, & connaturaliter moveri motibus, plane diversis, & discontinuatis; ſi enim videtur em corpus deſcendere velociter, & corpus tardè deſcendens, recte colligeremus, corpora illa eſſe diſtincta, & discontinuata; ſed decem diuersi motus ab Astronomis deprehenduntur: ergo. Prob. min. Quia in primis in ſeprem planetis totidem deprehendimus motus diuersos, & contrarios; ita enim variant positionem, & aspectum, ut nunc ſint coniuncti, nunc ex dia- metro oppoſiti, nunc mutuo ap- proximati ad conſtellationem ali- quam, nunc diſuncti, & ab ea

recessi; quod quidem ſine diuersis motibus contingere nequit: ergo ſeprem planetæ habent totidem motus diuersos, & conſequenter totidem cœlos; quia idem cœlum non potest a ſe ipſo diſtare aut ſibi appropinquari, ſeu coniungi.

Dices: Idem corpus elemen- tale, ſcilicet, aér ſolet moveri, & agittari in partes contrarias: ergo idem cœlum poterit etiam moveri motibus contrarijs; & conſequen- ter ex varijs, & diuersis motibus planetarum cœli non ſunt multi- plicandi. Resp. 1. conc. antec. neg. conſq. Disparitas eſt: Nam aér eſt corpus fluidum, ideoque poterit moveri motibus diuersis, & contrarijs. Cœlum verò eſt corpus ſolidū; unde nō poterit ita moveri.

Resp. 2. diſt. antec. motu na- turali, neg. antec. motu violento, conc. antec. & neg. conſeq. Quan- do enim aér movetur, & agitatur in partes contrarias, hoc contingit per n. otum violentum vento- rum, non verò per natura- lem; nam in metu naturali talis diuersitas, aut contrarietas non reperitur; motus verò planetarum non ſunt violenti, ſed naturales. Unde nequeunt eſſe diuersi, & discontinuati; & conſequenter cœli, qui ſic moventur, debent eſſe plures, & non vnum; quia ne- queunt ipſa aſtra moveri, niſi pa- riter cœlum iſum, in quo ſunt, moveatur; nam cum ſint miræ, magnitudinis, & moveantur mira- velo-

velocitate, secum deferunt cœlum, in quo sunt. Quod patet in vase rotundo aqua pleno: Si enim corpus aliquod solidum motu circulari veloci in eo moveatur, ipsa quoque aqua simul circulariter moveatur: ergo cum astra circulat, & velocissimè moveantur, etiam ipsum cœlum debet moveri; & consequenter si motus planetarum sunt diversi, cœli debent esse distincti.

Deinde, preter hos tres, alijs motus inveniuntur. Primus velocissimus, Diurnus dictus; quia per spatum vnius dicitur, seu viginti quatuor horarum ab Oriente in Occidentem durat. Secundus, à Ptolomæo inventus ab Occidente in Orientem per aliam lineam, & supra distinctos polos; tardissimus tamen, cum ferè centum annis vnuin gradum pertranseat. Unde totum suum cursum triginta sex millibus annis, vel secundum alios, quadraginta novem millibus annis, conficit. Tertius trepidationis, sive accessus, & recessus ab uno ad alterum polum Mundi ab Alfonso X. Castellæ Rege determinatus: ergo præter septem cœlos, in quibus sunt planetæ, dantur alij tres mobiles: ergo decem mobiles; & consequenter cœli sunt vnde- cim, nec plures, nec pauciores. Ex quibus cœlum immediatum empyreo dicitur primum mobile; aliud huic immediatum, dicitur Glaciale, seu crystallinum; aliud

isti proximum, vocatur firmamentum eò, quod stellæ firmiter ipsi inharent; vel stellatum ex multiplicidate syderum in ipso recepta.

Circa numerum astrotum nota, quod astra alia dicuntur fixa, alia errantia, quæ etiam planetæ appellantur. Fixa sunt, quæ inter se eamdem distantiam, eundem situum, eundemque motum, & figuram servant. Errantia vero; quæ neque inter se, neque à stellis fixis quæ distant. Planetæ vero, seu sydera errantia septem communiter numerantur, scilicet, Luna, Mercurius, Venus, Sol, Mars, Jupiter, Saturnus. Ex quibus primus nebris vicinior est Luna, secundus Mercurius, tertius Venus, quartus Sol, quintus Mars, sextus Jupiter, septimus Saturnus. Et ex his Luna, & Venus sunt frigidi, & humidæ; Sol, & Mars siccæ, & calidi; Jupiter calidus, & humidus; Saturnus, frigidus, & siccus; Mercurius denique accipit conditiones illius, cui adiungitur.

Astra fixa innumerabilia, ac penè infinita sunt, iuxta illud Gen. 15. suspicere cœlum, & numeras stellas, si potes & Ierem. 33. dicitur: Sicut enumerari non possunt stellæ cœli; quod debet intelligi de stellis omnibus, in cœlo existentiibus; nam quæ apparent non plus, numerantur, quam mille, & viginti duæ. Quas oriones ad quadraginta, & octo constellaticnes redegerunt;

gerunt; intelligunt autem per con-
stellationem certum numerum, seu
multitudinem stellæ um suò ordi-
ne, & situ aliquius rei liguram ex-
perimentem. Inter alias constella-
tiones illustria sunt illa duodecim
Zodiaci signa, scilicet: Aries, Tau-
rus, Geminis, Cancer, Leo, Vir-
go, Libra, Scorpius, Sagittarius,
Capricornius, Aquarius, Piscis;
& vocantur his nominibus, vel ob
similitudinem aliquam cum rebus
figuratis, vel ob aliquem effectum,
vel ob aliquas aliquorum fabulas.
Istorum ergo signorum tria sunt
cholerica, & ignea, vt Aries, Leo,
& Sagittarius; tria aerea, & san-
guinea, vt Geminis, Libra, &
Capricornius; tria aquæ, & fleg-
matica, vt Cancer, Scorpius, &
Piscis; tria denique terres, & me-
lancolica, vt Taurus, Virgo,
Aquarius.

Dubit. 2. Quæ sit figura, &
magnitudo cœlorum? Resp. ad
primum, cœlum esse sphæricę fi-
gurę. Ita Arist. hic lib. 2. cap. 4.
dicens: *Figuram autem rotundam
habere cœlum, necesse est.* Ita etiam
Ptolom. & communiter Astro-
nomi. Colligiturque ex Sacra
Script. Eccles. enim 1. dicitur:
*Oritur Sol, & occidit, & in lo-
cum suum revertitur; ibique renas-
cens gyrat per meridiem, & flecti-
tur ad Aquilonem, iustrans univer-
sa in circuitu pergit spiritus, & in
circulos suos revertitur.* Et cap. 24.
eiusdem nomine Divinæ Sapientie

dicitur: *Gyrum cœli circinivit sola.*
Sed si cœlum non esset sphærica
figurę, non diceretur, quod Sol
gyraret, flecteretur, revertere-
turque in suos círculos; nec quod
sapientia circuisset gyrum cœli;
ergo, Prob. ratione: Figura sphæ-
rica est perfectior; caret enim
principio, & fine; sed alia corpo-
ra simplicia, scilicet, clementa
sunt sphærica figurę: ergo &
cœlum, quod est perfectius alijs
corporibus simplicibus. Unde
cœlum Empyrium quoad conca-
vam superficiem est etiam sphæri-
cum, licet quoad convexam sit
quadratum; in quo sensu intelli-
gitur illud Apocal. 21. *civitas in
quadro posita.*

Quoad magnitudinem autem
cœlorum resp. quodlibet cœlum
sua magnitudine terram superare
excessu inenarrabili; si enim terra
ex diametro interposita inter So-
lem, & Lunam, solum ad breve
tempus causat umbram in corpore
Lunæ millies, ac millies minori
cœlo suo, quantum excedetur ab
eodem cœlo? Quantò autem ma-
gis ab alijs cœlis maioribus, ac
maioribus, in quorum secundo
(exiguo quidem comparatione
aliorum) nec minimam quidem
umbram efficit? Et quid dicemus
de Empyreo? Cuius magnitudo
soli Deo, & cœlicolis nota est.

Cœlorum ergo magnitudo
etiam ex magnitudine stellarum
concipi potest. Stellas in sex mag-
nitudines

nitudines dividunt Astronomi moderni. Prima continet stellas. 15. secunda 45. tertia 208. quarta 474. quinta 217. sexta 49. Quælibet stella prime magnitudinis continet in se terræ magnitudinem centies septies; stellæ secundæ magnitudinis nonagesies; Tertiæ septuagies bis; Quartæ quinquagies quater; Quintæ trigesies septies; Sextæ decies octies. Ex adeo igitur vasta tot stellarum mole, & innumerabilium aliarem, quæ nobis ignotæ sunt, potest colligi, quanta sit magnitudo cœli stellati, seu firmamenti; quantaque parvitas terræ in comparatione cœlorum.

Dubit. 3. An cœli sint fluidi, aut solidi? Per corpus fluidum intelligimus illud, per quod aliud transire potest sine penetratione; talia sunt aquæ, & aëris; per aquam enim pisces, & per aërem aves sine penetratione transeunt. Per corpus solidum illud intelligimus, per quod sine penetratione aliud transire non valet; ut lapis, ferrum, &c. Non est quæstio de cœlo Emphyre; hoc enim supponunt omnes, esse solidum, cæterisque excellentius; quia domus, & curia Beatorum est. Procedit ergo quæstio de alijs. Aliqui moderni Astronomi tenent, cœlos esse fluidos; vnde asserunt, astra in cœlis moveri, veluti aves in aere, aut pisces in aqua.

Dicimus, cœlos esse solidos

quoad omnes suas partes. Ita communiter Phylosophi, & Astronomi. Prob. 1. ex illo Gen. 1. vbi cœlum vocatur firmamentum: Fiat firmamentum in medio aquarum; quod quidem nomen soliditatem denotat. Prob. 2. Iob. 37. vbi dicitur: Tu forsitan fabricatus es cœlos, qui solidissimi quasi ærefusi sunt. Tert. prob. ex illo ad Hb. 4. vbi Paulus ait Christum D. penetrasse cœlos: Qui penetravit cœlos; sed hec non esset necessarium, si essent fluidi: ergo non fluidi, sed solidi sunt.

Denique prob. ratione: Quia licet Planetæ habeant inter se varios, & distinctos motus, hæc tamen distinctio est cum maxima constantia, & perseverantia; alias incerta prorsus esset omnis Astronomia de coniunctionibus, oppositionibus, & aspectibus Planatarum; incertæque essent prædictiones Eclipsis Lunaris, aut Solaris, quod est falsum: sed huiusmodi constantia est naturaliter impossibilis, si astra moventur per cœlum fluidum, & in constans: ergo moventur per cœlum solidum, & constans. Prob. min. Quia in corpore liquido, & fluido nulla potest assignari linea constans, fixa, & immobilis: sed vbi talis nequit assignari linea, nequit etiam assignari motus constans, & invariabilis per eandem lineam: ergo.

Dubit. 4. A quo cœli localiter
Qq ter

ter moveantur? Supponimus cœlos localiter moveri, & quidem in gyrum, seu motu circulari, iuxta illud Eccles. 1.: *Oriuntur Sol, & occidunt, & ad locum suum revertuntur, ibique renascens gyrat per meridiem.* Quo supposito.

Dicimus: Cœli non moventur ab intrinseco, seu à se ipsis; sed ab extrinseco, scilicet, ab intelligentijs. Prob. prima pars. Tum: Quia localiter se mouere in proprio loco, proprium est animalium: sed cœli non sunt animati, vt tenent omnes PP. & Scolast. ergo. Tum: Quia motus localis ab intrinseco proveniens est propter acquisitionem alicuius perfectionis rem motam perficiens; sic gravia, & levia localiter moventur, vt propria loca consequantur; sic etiam animata localiter moventur, vt cibos, & alia necessaria perquirant; nam finis motus localis semper est utilitas, & bonum intrinsecum mobilis: sed cœlum nullam perfectionem intrinsecam accipit per motum localem; moveretur enim solum, vt posset se efficiere communicare inferioribus, illaque conservare propter bonum Universi: ergo cœli non ab intrinseco, sed solum ab extrinseco moventur.

Prob. secunda pars: Quia naturaliter non appetet, corporeum aliquod esse tantæ virtutis, vt infinito tempore posset tam vastam cœli molem, tamque velociter

circum volvere: ergo debet esse aliquid immateriale. Tunc sic: Sed movens cœlum tali modo, & regulariter ob bonum Universi debet esse cognoscitivum finis, & mediorum ad finem, quod est proprium intelligentiarum: ergo ab intelligentijs cœli moventur; aut, scilicet, immediatè in suum cœlum producendo impulsum, aut motum per potentiam exequitiam formaliter distinctam ab intellectu, & voluntate. De quo videatur Mastr. hic q. 4. n. 148.

Diximus ab intelligentijs: Nam cœli non moventur ab unica intelligentia, sed quodlibet cœlum suum proprium motorem assistenter habet. Tum: Quia virtus Angeli est limitata, & finita: ergo non videtur, omnes cœlos posse esse ad æquatam sphæram activitatis unius Angeli propter intelligentem magnitudinem, insuper propter motuum varietatem. Tum: Quia Theologi communiter docent singulis hominibus, provinciis, & urbibus præpositos esse singulos custodes Angelos, & assistentes: ergo multò magis id erit afferendum de cœlis tanto maioribus, non una tantum provintia, & regno, sed tota terra.

Non ob id tamen negamus, primum, mobile cœstros inferiores cœlos mouere; mouentor enim cœli inferiores rapido primi mobilis per impetum impressum. Ratio est: Quia corpus solidum a'ia corpori,

corpora perfectè continens, quibus sit contiguum, si velocissime moveatur, rapiet secum corpora inclusa, & maxime si illa sunt etiam solida; sic enim sunt magis apta ad recipiendum impulsum; sed primum mobile est corpus solidum perfectè continens inferiores cœlos, qui etiam sunt corpora solida: ergo moventur cœli inferiores ad motum primi mobilis. Sed quia hic motus est, cum aliqua tarditate ob maximam distan-
tiam, requiruntur etiam intelligentiae immediate moventes cœlos inferiores.

Dubit. 5. An motus localis cœlorum sit ipsis naturalis? Resp. nec esse naturalem, nec violentum ipsis, sed neutrum. Ita Subt. Doct. in 4. dist. 48. q. 2. §. Ad argum. princip. v. Ad aliud dico. n. 16. Prob. prima pars: Si cœlum haberet inclinationem naturalem ad motum localem, haberet etiam virtutem intrinsecam ad illum: consequens est falsum, iuxta dicta: ergo. Prob. seq. Quia gravia habent inclinationem naturalem ad motum deorsum, & levia ad motum sursum; habent quoque virtutem intrinsecam ad tales motus: ergo cœlum haberet virtutem intrinsecam ad motum localem, si haberet inclinationem naturalem ad illum. Secunda autem pars prob. Sicut enim cœlum ex illo motu nullam perfectionem intrinsecam, aut emolumentum accipit,

ita nec detrimentum: ergo illum non abhorret; & consequenter non est illi violentus. Ex quo tertia pars inferatur: Si enim nec est naturalis, nec violentus, consequenter debet esse neuter.

Attamen si loquamur non de naturalitate rigorosa, & ad utrum determinata, sed de naturalitate secundum quid, & largiora, motus localis erit naturalis cœlo. Licet enim non sit in cœlo properter aliquam perfectionem intrinsecam completivam sui per motum acquisibile; est tamen in ipso properter maximam totius Universi perfectionem à natura intentam, quæ est conservatio horum inferiorum; ad quam requiritur ordinatus cœlorum influxus, qui nequit sine motu fieri; ideoque motus erit properter secundum quid ipsis cœlo, quatenus, scilicet, bonum totius est etiam bonum partis; & consequenter secundum quid naturalis.

Dub. 6. An cessante motu corporum cœlestium, cessarent etiam omnes motus sublunarium? Resp. negativè cum Subt. Doct. in 4. dist. 44. q. 4. & in 2. dist. 14. q. 3. §. Ad primum argument. v. Tn dicit n. 7. in fine. Prob. 1. ex Aug. 11. confes. cap. 23. dicente, quod stante cœlo, adhuc rota figuli moveretur. Adebat quoque artic. Parisiensis oppositum damnans tamquam falsum. Prob. 2. Nam quando iusto Iosuë Sol quietit, Luna, & omnia alia sydera

pariter quieverunt; aliter inquit Doct. cit. nimia irregularitas fuisset in motibus cælorum; & tamen homines movebantur, & interficiebantur, cum tota die fuerit commissum prælium. Unde miraculum fuit factum circa Solis, & aliorum astrorum quietem, non circa homines; alias Deus miraculosè concurrisset cum hostibus, ut cum Hæbreis pugnarent, immo infinita fuissent tunc patrata miracula, quod est multiplicare miracula sine necessitate: ergo. Denique prob. Quia alias si Solis motu cessante, magnus ignis applicaretur stupor illam non combureret; similiter si ingens saxum mitteretur è turri, non moveretur deorsum; quod videtur ridiculum, quia in igne adeat sufficiens virtus ad comburendum, & in saxo ad motum deorsum: ergo.

Dices: Agentia inferiora sunt essentialiter subordinata cœlestibus corporibus; illa enim se habent ut cause particulares, ista vero ut cause universales. Unde accedente Sole videmus, omnia renasci; recedente, omnia destrui: ergo cœclis immotis nihil agent. Resp. neg. antec. & eius implicit. prob. Cœlum enim dicitur causa universalis, quia ad plures effectus esse illimitatum, quam sint inferiora; & etiam quia influxus cœlestis necessarius est ad quam plures effectus agentium inferiorum præcipue viventium; nam per Solis accessum omnia ad generan-

dum sunt vegetiora, & fortiora; ut patet in æstivo tempore; per recessum vero imbecilia, ut in hieme. Hinc 2. Physic. 26. dicitur: Sol, & homo generant hominem; quia cœlum suo calore foveat, & adiuuat virtutem semi-nalem viventium; non autem quia concursus eius sit necessarius ad omnes effectus inferiorum; sic enim solus concursus Dei est necessarius. Sed omisso antec. neg. conseq. Nam cœli immoti etiam influerent, & concurrent. Tum: Quia hæc inferiora, dum sunt in esse quieto, adhuc agunt: ergo multo magis cœlestia, quæ perfectiorem habent potentiam activam. Tum: Quia motus localis ex sua ratione formalis est forma respectiva: sed nulla forma respectiva potest esse virtus activa; respectus enim non est de genere activorum, eum sit ens imperfæctissimum, & non possit aliud virtualiter continere: ergo adhuc admissa subordinatione, si cessarent motus cœlestium, omnes motus sublunarium non cessarent.

Dubit. 7. Quænam cœlestia corpora agant in hæc inferiora? Dicitur 1. Omnia astra influunt in hæc inferiora. Prob. in primis de Planetis: Experientia enim constat, Lunam obesse pluribus incipite, & ex eius mutationibus homines infirmos peius se habere; de Sole autem ait Phylos. cit. cum homine generare hominem, & cum arbores arborum videmusque illi-

illuminare , calefacere , &c. ex eiusque accessu , & recessu variari quatuor anni tempora , quorum vicissitudine varij producuntur effectus , alias non producendi. Præterea ex Planetarum influxibus oritur , quod homines vehementer in hæc , aut illa obiecta inclinentur ; & ideò qui noscantur in Iove , sunt alacres propter sanguinem , quem abunde illud signum communicat ; qui nascuntur sub Marte , sunt habiles ad arma ; qui sub Saturno , melancholici propter frigiditatem , & siccitatem communicatam ab illo. Deinde prob. de fixis : Canis enim causat calorem ; Arturus frigus producit ; Orion pluviam affert ; Articus polus Magnetem attrahit , &c. ergo omnia astra influunt in hæc inferiora.

Dicimus 2. Cœli præter primum mobile , non influunt in hæc inferiora. Prob. in primis de Empero: quia vñque modo compertum non est , aliquam peculiarem influentiam habere ; nec aliqua ratio oppositum demonstrat. Licet enim sit perfectius omnibus alijs , tamen ex hoc non colligitur , quod influat ; nam perfectio in substantia non semper arguit perfectionem operationum ; vt patet in Angelis , qui sunt hominibus perfectiores , nec tamen ullam possunt elicere actionem substantialem. Deinde de alijs cœlis primo mobili inferioribus , etiam prob. quia cum sint

homogenei , si aliquam influentiam habèrent , iam per omnes Mundi partes æ qualiter influerent , eosdemque effectus cauferent ; quod patet esse falsum : at primum mobile continet alium Zodiacum ab illo , qui in cœlo stellato existit , ut diximus hic dub. 1. ergo secundum partes illas etherogeneas circum Zodiaci formantes influunt in sublunaria.

Dubitab. 8. Quinam effectus producantur ab astris ? Constat ex dictis , astra influere in hæc inferiora per varia accidentia à se producta. Unde difficultas est , utrum concurrent producendo etiam formas substanciales ?

Dicimus 1. Astra nec principaliè , nec instrumentaliter possunt attingere productionem cuiuscumque animæ , sive vegetativæ , sive sensitivæ , tam perfectorum , quam imperfectorum. Prob. prima pars : quia nullum agens potest producere effectum perfectiorem se : sed quodlibet vivens est astris perfectius , vt patet : ergo astra non possunt effectivè concurrere ad productionem formarum viventium. Secunda pars prob. quia de ratione instrumenti est non attinere terminum principalis agentis , nec virtute propria , nec virtute ab agente de novo recepta : sed astra etiam ut elevata sunt viventibus imperfectiora , quia per elevationem non constituuntur in ratione viventium ; ergo etiam , ut sic

sic nequeant attingere productio-
nem animæ. Unde in oviparis, &
fortè in alijs solus Deus est imme-
diatè animarum productivus; nam
Dei est supplere defectum, & im-
perfectionem causarum secunda-
rum, quando non adeat sufficiens
causa, ut in proposito.

Dicimus 2. Neque ad produc-
tionem formæ corporeitatis per-
fectorum viventium concurrunt
effectivè. Prob. quia viventia per-
fecta constant partibus multum
dissimilari bus, propter quam par-
tium etherogenitatem requirun-
tur plures alterationes, & disposi-
tiones præviae. Unde non statim
corpus generatur, sed multum
temporis consumitur; ut patet in
homine, cuius corporis spatio qua-
draginta dierum efformatur in
ventre, in quo tempore partes ge-
nerantur diversè omnino virtutis;
stomacho enim inest vir-
tus chilistica, epati virtus,
sanguifica, testiculis virtus proli-
fica; cor est calidum, cerebrum
frigidum, &c. ergo ab astris non
producuntur; nam impossibile
videtur tot dierum spatio in astris
eandem constellationem, & aspe-
ctum durare, ut ad tam varias, &
contrarias mutationes concurrant,
præcipue cum sint in continuo
motu, & variatione. Formæ tamen
corporeitatis viventium imperfe-
ctorum ab astris totaliter produ-
cuntur, quia non habent partes
multum dissimilares nec indigent

concursu plurium requisitorum ad
generationem, brevissimoque
tempore sunt. Unde poterunt ab
illis produci; quia cum non exce-
dant in perfectione ipsa astra, non
est denegandus ipsis concursus
productivus. Dependent etiam ab
astris ut à causis totalibus mixta
imperfecta, ut pluviae, nubes, nix;
& mixta perfecta, ut metalla, la-
pides, gemmæ; hæc enim non pro-
ducuntur univocè ab alijs simili-
bus corporibus, nec ab alijs mix-
tis, in quibus virtualiter conti-
neantur, ut patet: ergo à solis cœ-
lestibus corporibus producuntur.

Dubit. 9. Utrum astra possint
in intellectum, & voluntatem in-
fluere? Dicimus, non posse direc-
tè, & per se influere; benè verò
indirectè, & per accidens. Prima
pars est omnium Theologor. con-
tra Astrolog. Iudicior. estque sta-
tuta in Conc. Bracar. 1. cap. 9. &
10. & confirmata Decretis Sixti
V. & Urb. VIII. Prob. Potentiæ
spirituales, ut tales, non possunt
pati, nisi per receptionem acci-
dientium spiritualium; hæc enim
sola sunt proportionata subiecto
spirituali; sed agens corporeum,
qualia sunt astra, non possunt pro-
ducere accidentia spiritualia: er-
go potentiae spirituales non pos-
sunt pati directè ab astris; & con-
sequenter nequeunt astra in illas
directè influere. Ex quo sequitur,
quod nec possunt esse signa, ex
quorum præcognitione certitudi-

naliter , aut probabilitè eorum effectus præcognoscantur ; nam operationes intellectus , & voluntatis non habent connexionem cum stellis tanquam cum suis causis ; ergo nec certò , nec probabilitè possunt cognosci ex observatione syderum , in quibus nullo modo continentur virtualiter.

Secunda pars prob. quia intellectus , & voluntas , pro hoc statu , dependent à corpore in operando ; nihil enim est in intellectu , quicquid prius fuerit in sensu ; sed astra possunt variè immutare per suos influxus dispositionem corporum ; quia certum est , corpora cœlestia posse alterare organa sensitiva ; ex quo oritur , quod voluntas in variis affectibus impellatur , & intellectus ad exercendas functiones suas disponatur : ergo possunt astra indirectè influere in intellectum , & voluntatem , salva tamen semper hominis libertate ; quia licet homo possit inclinari ex eorum influxibus ad aliquam operationem , non tamen necessari.

Ex quo inseritur , quod licet Astrologi possint ex observatione syderum cognoscere pluvias , frigus , & alios effectus pùre naturales , qui ex solis causis naturalibus dependent ; illos verò effectus , qui à libertate proveniunt , nullo modo possunt certò prædicere ; quia licet maxima inclinatio in illos effectus ex influxibus astrorum pro-

veniret , ei potest omnino pro libertate frustrati , cum non possit ex influxu astrorum illa necessitas voluntati provenire.

Dubit. denique : An corpora cœlestia habeant lucem à semetip-sis ? Sapponimus , quod lux , & lumen , licet ab aliquibus pro eodem usurpentur , tamen differunt inter se ; nam lux est illa forma , quæ reperitur in corpore lucido , ut lux in Sole , & in igne ; lumen verò est illa forma , seu ille radius , qui in medio reperitur . Unde lumen non habetur à subiecto , sed ab alio recipitur ; ut lumen in aere à luce alienius corporis causatum . Hec supposito .

In hac re certum , & indubitatum est , cælum Empyreum : sic ex se totum lucidum iuxta illud Apocalip. 21. Civitas non erit Sole , neque Luna , ut luceant in ea quoniam claritas Dei illuminavit eam . A nobis autem non videtur , quia ex parte concavæ superficie est opacum , & quasi cortina quodam cooperatum . De alijs cœlis etiam est certum ex se ipsis nullam habere lucem , sed lumen à Sole , & cæteris astris emendicare . Si enim lucem aliquam haberent , transmitterent ad nos species visibles , Mundum illuminarent , & consiperentur à nobis , ut via lactea , & stellæ ; & experientia patet , non ita videri ; quia tamen sunt diaphani . & per consequens capaces luminis , etiam in tota profunditate ,

te, illuminantur à Sole, & atrijs,

De Luna similiter est certum, ex se non esse lucidam, sed ab extinseco illuminari, scilicet, à Sole. Et probari potest ex variatione luminis quoad nos, quam habet iuxta accessum, vel recessum à Sole: dum enim est decrescens, non illuminat nos, nisi secundum illam partem, quam radij solares attingunt. Nec valet dicere, quod in Eclypsi lunari non totaliter luna obscuratur, sed aliquam retinet lumen, quamvis exiguum; & quando est cornuta, pars à Sole non illuminata, albi. ans apparet. Non valet: quia illud, quod apparet, est quoddam lumen secundarium proveniens à partibus cœli propinquioribus à Sole illuminatis, & à stellis proximis; cuius signum est, quod luna magis illuminata apparet in extremitatibus, quam in me-

dio, vt pote, quia propinquius existunt partibus illis cœlestibus. Quare difficultas est circa reliquias astra.

Dicimus: alia astra non solum à Sole illuminari, sed etiam propriam lucem habere. Probatur. Tum experientia: in ipso enim meridie ex profundissimis puteis astra videri solent: sed tunc nequeunt illuminari à Sole; nam tunc opponitur ipsis à tergo; at ergo autem est opacus: erg. habent propriam lucem. Tum: Quia Planetæ apparent diversi coloris, quod indicat in luce differre: sed si à Sole illuminarentur, debèret lumen in omnibus esse eiusdem rationis: ergo. Tum tandem: quia ita melius salvatur scintillatio, quæ omnibus stellis convenit; ad quam requiritur, stellas ex se lucidas esse.



FINIS.



IN-

I N D E X.

LIBER QVARTVS.

D Isp. 1. de Loco,	2.
Quæst. 1. Quid sit locus, & in quo consistat?	2.
Dub. An locus sit respectus extrinsecus adveniens?	10.
Quæst. 2. Quibus rebus conveniat esse in loco, & quomodo?	10.
Dub. An Deus actu sit in spatijs imaginarijs?	14.
Quæst. 3. An idem numero corpus possit esse simul in duplicitate loco,	26.
Dub. An corpus in pluribns locis existens habeat virobiique eadem accidentia?	32.
Disp. 2. de vacuo,	42.
Dub. 1. An detur vacuum in rerum natura?	43.
Dub. 2. An naturaliter possit dari?	44.
Dub. 3. A quo moveantur corpora ad replendum vacuum?	45.
Dub. 4. An motus gravium sursum, & levium deorsum ad impediendum vacuum sit naturalis,	47.
Dub. 5. An corpus possit moveri per vacuum,	48.
Dub. 6. An talis motus foret successivus?	49.
Disp. 3. de tempore,	50.
Quæst. 1. Quid, & quotuplex sit duratio,	51.
Dub. Unde dicatur res plus, vel minus durare?	53.

Quæst. 2. De tempore,	55.
Dub. 1. An partes temporis intrinseci existant ratione sui?	55.
Dub. 2. In quo formaliter consistat tempus intrinsecum?	57.
Dub. 3. Quid sit tempus extrinsecum?	59.

LIBER SEXTVS.

D Isp. vnic. de continuo,	61.
Quæst. 1. Ex quibus componatur continuum?	62.
Quæst. 2. An continua habeant terminum magnitudinis, & parvitudinis?	78.
Quæst. 3. Quomodo res incipiunt & desinant esse?	83.
Dub. An indivisibilia possint de potentia Dei absoluta incipere extrinsecè, & desinere intrinsecè?	88.

LIBER SEPTIMVS.

D Isp. vnic. de distinctione inter movers, & motum, & approximatione inter agens, & passum,	91.
Quæst. 1. A quo gravia, & levia ad propria loca moveantur?	91.
Quæst. 2. De aliquibus dubijs gravium, & levium?	99.
Dub. 1. An motus gravium, & levium debeat fieri per lineas rectas?	299.
Rg	Dub. 2.

- Dub. 2. A quo proveniat diversitas motum gravium, & levium? 99.
 Dub. 3. A quo moveantur projecta? 100.
 Dub. 4. A quo proveniat motus resilientis? 101.
 Dub. 5. An detur quies in puncto reflexionis? 102.
 Dub. 6. An gravia, & levia in proprijs locis gravitent, & levitent, 103.
 Quæst. 3. An agens possit agere in distans quin agat in propinquum? 104.

LIBER OCTAVUS.

- D**isp. vnic. de Æternitate rerum, 111.
 Quæst. vnic. An mundus potuerit esse ab Æterno? 111.
 Dub. 1. De Æternitate quoad res permanentes, 113.
 Dub. 2. De Æternitate quoad res successivas, 118.
 Dub. 3. An Philosoph. per motum sufficienter demonstraverit existentiam primi mobilis? 122.

*DE GENERATIONE,
& corruptione.**LIBER PRIMVS.*

- D**isp. 1. De Generatione substantiali, 125.
 Quæst. 1. Quid sit generatio substantialis, 125.
 Quæst. 2. Quodnam sit subjectum,

- & terminus generationis, 128.
 Quæst. 3. An generatio substantialis fiat successive, vel instantiæ? 134.
 Quæst. 4. De generatione conservativa, 140.
 Dub. 1. An ad veram, & realem conversionem requiratur quod terminus a quo delinat esse simpliciter, 141.
 Dub. 2. An requiratur incep-
tio simpliciter termini ad quem? 142.
 Dub. 3. Quæ connexio requiri-
tur inter desitionem termini a quo, & positionem termini ad quem ad rationem conversionis? 145.
 Dub. 4. An ad conversionem sub-
stantialiæ requiratur aliquid commune utrique termino res-
pectu cuius id quod definit, &
id quod succedit exercitat re-
pugnantiam, 147.
 Quæst. 5. Quid sit generatio vi-
ventium? 148.
 Dub. 1. An uterque parentis active
concurrat ad generationem vi-
ventium, 150.
 Dub. 2. Quomodo parentes con-
currant ad organizationem pro-
lis? 153.
 Dub. 3. Quænam sit causa attingen-
gens eductionem animæ, &
unionem eius cum corpo-
re, 155.
 Dub. 4. Quænam sit causa effectiva viventium nascentium expul-
sionis? 157.
 Disput. 24

- Disput. 2. De corruptione, substantiali, 158.
 Quæst. 1. Quid sit corruptio substancialis? 158.
 Quæst. 2. An res corrupta possit naturaliter eadem numero reproduci? 160.
 Dub. 1. An corruptio sit per se à natura intenta? 172.
 Dub. 2. An in corruptione fiat resolutionis usque ad materiam primam. 173.
 Dub. 3. In quo ponitur explicatio istius axiomatis generatio unius est corruptio alterius. 179.
 Dub. 4. An generatio sit causa corruptionis? 183.
 Disp. 3. De alteratione, 188.
 Quæst. 1. Quid, & quomodo sit alteratio? 189.
 Dub. 1. An membra divisiva alterationis distinguantur essentialiter inter se? 190.
 Dub. 2. An alteratio sit motus continuus, vel descretus? 190.
 Dub. 3. Quomodo aliquid divisible possit in instanti acquiri, 196.
 Quæst. 2. Quomodo fiat intensio qualitatibus? 197.
 Dub. An partes intensive qualitatibus sint homogeneæ, vel ætherogeneæ? 209.
 Quæst. 3. De actione, & reatione, 218.
 Dub. prim. An simile possit agere in sibi simile? 218.
 Dub. 2. An ad actionem integra-
- contraria requiratur proportio maioris in qualitatibus? 222.
 Dub. 3. An agens in agendo repatiatur? 225.
 Dub. 4. An agens possit perfectè assimilari sibi passum? 227.
 Dub. 5. An posita penetratione agentis cum passo, possit agens perfectè assimilare sibi passum? 228.
 Dub. 6. aquo agente qualitas per reflexionem intendatur? 228.
 Dub. 7. A quo agente intendatur qualitas per antiperistatism? 230.
 Disp. 4. De nutritione, augmentatione, rarefactione, & condensatione, 232.
 Quæst. 1. De nutritione 232.
 Dub. 1. Quid sit, & in quo consistat potentia nutritiva? 233.
 Dub. 2. In quo actu nutritio consistat? 234.
 Dub. 3. An per nutritionem acquiratur nova substantia? 233.
 Dub. 4. An vivens idem numero permaneat toto tempore vitae? 236.
 Dub. 5. Quomodo identitas numerica viventis possit salvari cum acquisitione novarum partium, & deperditione antiquarum? 236.
 Quæst. 2. De augmentatione. 237.
 Dub. In quo augmentatio formaliter consistat? 237.
 Quæst. 3. De rarefactione, & condensatione, 239.

LIBER SECUNDVS.

- Disp. 1. De elementis in com-
muni, 257.
 Quest. 1. Quid, & quotuplex
sit elementum? 257.
 Dub. Quæ qualitates singulis ele-
mentis convenient? 257.
 Quest. 2. An, & quomodo ele-
menta possint invicem transmu-
tari, 263.
 Quest. 3. An duæ qualitates con-
trarie possint esse simul in eo-
dem subiecto, 267.
 Disp. 2. De elementis in particu-
lari eorumque metheoris, 272.
 Quest. 1. De igne, & eius me-
theoris, 272.
 Dub. Vbi ignis proprium obti-
neat locum, & sedem? 272.
 Quest. 2. De aëre eiusque me-
theoris, 278.
 Dub. An Iris fuerit ante dilu-
vium, 281.
 Quest. 3. De terra, & aqua ea-
rumque metheoris, 282.
 Dub. 1. An terra sit altior
aqua? 282.
 Dub. 2. An globus iste ex aqua,
& terra compactus moveatur
circulariter? 283.
 Dub. 3. Unde mare traxerit ori-
ginem? 284.
 Dub. 4. Unde proveniat salcedo
aque maris? 285.
 Dub. 5. Unde in mari tanta exha-
lationum copia? 285.
 Dub. 6. Quænam sit causa fluxus,
& refluxus maris, 285.
 Dub. 7. Quænam sit causa mate-
rialis congelationis pluviae in
grandinem? 288.
 Quest. 4. An elementa maneant
formaliter in mixto 289.
 Dub. Quomodo intelligenda sit
virtualis continentia elemento-
rum in mixto? 293.
 Dub. 2. An in mixto actualiter
maneant formæ substantiales
elementorum, 394.

LAUS D E O.



Si ergo modus gloriabitur trius, de ceteris quatuor modis vocatis dicitur explicatio super primos modos, scilicet logica, et logica secundaria, et modis instrumentorum rendit vocali. Logica est, scilicet ratio solvitur, quia in logica est ratio de dictis, et in logica secundaria, nomen, et significatio; et in logica instrumentorum, et in logica vocali, manifestatio tendit.

233. Logica prima

Si ergo non agit de conceptibus obtinuis, sed tantis secundario, quatenus, sicut, et substantiis, et actionib[us], et agentib[us] de ceteris imagine, tantum de conceptis agit, quatenus est obiectus imaginis, que est a priori communis obiectu significati. Sic et sententia est de his, Et Secundus logica omnis. prae: ceterus potest logica de conceptibus obtinuis agere, sed dictis conceptibus, quatenus ab ipsa sunt, sed conceptibus obtinuis, ut directi, tantum sunt logica, quatenus ab ipsa sunt tales, et logica non potest agere de conceptibus obtinuis, ut subiecti, sicut sunt substantiis, sed quatenus agit de sua substantiis, non agat, sicut res in respectu baderentur ad ipsum, quod fieri necet, accepta enim ordinante ad ipsam hanc expositio ignoratur de rectio. permittimus conceptibus obtinuis ut directis duos regimur, minime ad hanc, et si ergo de conceptis terminatur, et logica non agit de conceptis, ut directis, et de substantiis, et logica quatenus substantiis conceptibus, et conceptibus substantiis, et conceptibus obtinuis, ut directi, tantum sunt logica, quatenus ab ipsa sunt tales, et primaria, et secundaria agit de conceptibus obtinuis, et tantis secundario.

declaration

Hec admodum **O**ceptus obtinere videlicet, ac ut fratibus subiungant, genitissimis, **S**tantius resultant exhibitus, stide
nominae villa resultante ex visione; **E**cce nam tantus post bene, si male fieri, quatenus bene, si male fuisse, scilicet ergo to
tad iustificatio, et tendit, ut sectentur fratres, quibus sectis facti, obtinueret recte directori necessaria, et obtinui
t in videlicet tantus fuit indicatrix igitur, et genitissimis fratibus, ut illi tamen fit imprimis vero, per uniu
eris capitulo verbo: id est **O**ceptus docere logica, quod ego id est prefacio; **S**ed et **I**de gerifacio **O**ceptus obtinuerat, **S**ed et
tu scilicet et tu evidens, quod est genitissimum de corologia, et **O**ceptus fratres, quod secundario tantus est **O**ceptus ob
tinuerat, quare sit.

8^o D^o logica ī e^o que volum agit de scriptibus scatibus, si uolum oī sciendi scat. h^oce videtur
bi^ere p^o micm Scoti; q^one uolat logica cum p^oceder instrumento sciendi; q^on determinet ungarzani, de quo
inturrentio, s^one intelligendis de scatibus, cui p^one xao i^ost*rumen*tū ciēndi uenit. q^o quo ad 13 quartum
mij, q^o gauclouy quo ad 28. videntur Ordines & tra*s* t^o des & m^oalib^o logicas sunt I. S. 3. p^o I. par: q^o logicas
c^oribit regulas disputationis, & consuetudines, ex dictis, & iustis & factis ad teos de boni cap*o*, vnde d^o munus logicas
cedi p^o t^o ore, affari, & negari. E^o h^oce via recepta p^o scatibus mentis: q^o logica agit de scriptibus scatibus, q^o ho
mi^o de scriptis, que e^o ab eo corespondent^o h^oscatibus alias scatibus, recte explicat nos socii: q^o e^o def^o socii: q^o
scriptibus scatibus, & def^o, diuini s^oci: q^o logica agit de scriptibus scatibus, ex quo t^o par, in dictis t^o eius uoluntate
q^o logicas & e^o agit de int^o rumento sciendi (ut sup^o d^o n^o videtur) q^o n^o de vocali nec de obtrusis p^o
glaucom: q^o volum de scatibus.

Illustratus dicitur q̄ 1. sectus, subiectus 2. 3. Secundum dicitur de conceptu: quod est conceptus habens significationem et veritatem de conceptibus factis, 3. tantum de conceptis: 3. logica 3. est pre remonstratio agit de conceptibus factis, 3. de terminis conceptus, plus at any: logica docet, definitio, 3. definitio debetur conceptus; deinde, quod est conceptus a genere, vel ita, quamvis non sit conceptus realis, 3. hoc est via soli quadrant conceptibus conceptus, factis tamen non conceptus. 3. est si quis planet logicae, exquireret quod est, logica agere debet conceptus factus, non conceptus, 3. non dicitur, 3. ego sic inferius ipso: obit conceptus factus definitio, 3. obit conceptus factus definitio, in re, 3. donde pondente a factibus conceptibus, 3. ab aliis vero non ad illos, questiones, in idem, 3. questiones, 3. at per se sunt conceptibus factibus, in questionibus, non guttare dicunt factibus cognitis, realitate dictantibus, que

X. deinde, q[uod] hoc caput imm[edia]tate sufficiente de capitulo obtrivis, et imm[edia]tate traducta
foecit capitulo, q[uod] tamquam regula, unde ens uocatur et def[initio] definitus debet. Quicquid est
capitulo obtrivis exceptus, h[ab]et de finitiis debent obtrivis, et oblongi, siue q[uod] sit id est, q[uod] est dedicata de specie
est, q[uod] exceptus, sed aliq[ue]st. Exceptus, h[ab]et species tales debent esse, ut obtrivis respondeat ipsius de specie
omnium in dylographia realib[us] D, vel e, capitulo, scilicet primis, et capitulo, scilicet re, debent esse, et
ut aliq[ue] capitulo, h[ab]et in dylographia realibus obtrivis, capitulo, primis, et re, et de aliq[ue] ita et minime
negliguntur capitulo cumq[ue] artis, et in artis architecturae, et de finitiis debent esse, h[ab]ent q[uod] positionem
longitudinis, et latitudinis, excepto imm[edia]tate architectorum, cui imm[edia]tate q[uod] est proportiona
q[uod] studiis, et latitudinis. Et id q[uod] ex quo resultat longitudine, et latitudine, ha[bit]u q[uod] positione, q[uod] est capitulo
rebus, ex quibus p[ro]dicta resultant, & —

Regulabili: modus sciendi obtinus inde tunc utramque sciendi fralij
et obliuia. Et qd de intentione pugnae namque) qd si modus sciendi fralij quicq; pread logicam
etm de obtin. Qd: Sitio, quis agit de beatitudine, agit gredie beatitudine fralij, et obtin. Est sitio, quia
de actibus humanis, agit etm de gressu obtin. Agari, Sitio, quis agit de instrumento sciendi fralij, qd
etm de obtin. N° 2 ad regulam, mox sciendi fralij de tunc ab obtin, et figura de tunc utrūcū
sit sitio, dicitur ad linguis, modis quatuor, et sit puerillo, ut etq; debent scire, ut et mox
sciendi fralij exponit scientia obtin. N° 3 qd mouere eti fralij, quasi inactus exerto inde
linguis amō eti sciendi obtin ut talis, nō hī nihil facit dñs nos, nō qd ponimus obtin logica imm
de sciendi fralij, qui inactus, se exerto, s̄ quasi inactus rursum agat, (Et postea operabilis)
a instrumento, vel ne eadem? mox sciendi obtin ut 2 tot. ad 1 frācēm dico, sit agit de beatitud
ine, de actibus humanis, soly pugnare agere de obtin, et de logica

S^aD^o: sbrugmaale logies 11.01.2017

magis operosus, agilioris, & iudiciorum, & discursus, & huiusmodi facilius, seu ea faciliter, ut qualesque ea regiuntur, in huiusmodi operibus, et eorum disponibilitatibus, seu eorum disponibilitatibus instrumentis riundi, hoc quod librum est de scien-
tia, & ratione, & artis, & laboris, & admodum de multis, de cuius veritate postea tractabit, quoad illas, & doctoris, & scolasticis
discutientur. Hoc ergo liberum, & obviandum, quare loquens in ritu practica, re uitio, & dilectio, in attributis, & in
dispositione, & in eiusmodi regiuntur operibus, & disponibilitatibus instrumentis, currit, & ex eo
etiam loquens in ritu operibus, & disponibilitatibus instrumentis, currit, & ex eo
etiam loquens in ritu operibus, & disponibilitatibus instrumentis, currit, & ex eo

Dicitur ergo in poterit ad opus et in potentia obiectus malleus
et in opere et capax ad eius actionem. Porro ergo non est ut etiam etiam in
gentia adiutandy, operatione (que est in opere) alio esse similius, talis positus; quod huius
complexitatis illa, in qua obiectus obiectus apparent in dividibilitate, utrumque sive inservient, sive pluri-
ti aperte, que sunt inveniuntur, quod est obiectus pluralis, et invenientes similitudinem. Et cum inveniantur
potius ex operis obiectus, non a tunc punitus, obiectus positus illa, in qua obiectus inveniatur duorum
et plurium obiectorum, et in hoc plure obiectus, in quo nunc obiectum inveniatur in distinctione
arum, et invenientur identitatem: namque obiectus aperte inveniatur a logica, sive ostenditur.

peole. Et Secund^t Post q^z 2. ubi sic aut: instrumenti exinde est by adiquat ynto catalogo q^z
y momenty dicitur, q^z operis in tunc realitate int' dicitur, ut realitate pumq; ducant, quoniam
instrumenti tunc q^z qualitat^e realit^e reale debet esse. Sed dicitur ex quo loquitur, q^z dicitur id est
admodum ianam. Now instrumenti vnde c^r a realitate cuiusq; agniti famis est talia, et demonstratae sunt
q^z genitiz; at res signatae sunt man
realit^e scaling ab aliis m^c
et tunc res signatae, q^z em' raoz.
Oldy e. alioz raoz e. cognitiz
et procedere minimaq; reali, Sc
by et can. Ag' q^z e. effigie
timon' Scot. —

Ciuyarin
generat hz nro pfo
superioris postea
10. 20.

more in oblique
directions
and the
upper part
is more
vertical.

Tom L. Sauer Co.
General Sales Office

Fr. Joseph della Concordia
con que de ms ab ereditate
condicio de San Basilio

sinotacticity, etmin

15. $\frac{1}{2}^{\circ}$
v. iniquus retulit bonos, & ordinarios
v. rebusque reali ordinario, & rectitudine; acq. 21

magis, in his non est facultas frangendi, aut exagrandi entitatis, & fortitudinis, ut nate



3.309